BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
42 B
9

Digitized by Google

14-20:21

Digitized by Google

Digitized by Google

SAM. L. B. de PVFENDORF

DE

OFFICIO HOMINIS

ET

CIVIS

Secundum

LEGEM NATVRALEM

LIBRI DVO

ADNOTATIONIBVS

ILLVSTRATI

QVIBVS PRINCIPIA IVSTI AB HONESTI ET DECORI REGVLIS SOLLICITE DISTINGVVNTVR

ET RECENTIORVM CIRCA HANC DISCIPLINAM PLACITA EXPENDVNTVR

AVCTORE

Gottlieb Samuele Treuer

Prof. Polit. et Moral.

in Academia Iulia.

Editio Secunda

auctior et emendatior.

LIPSIAE et WOLFENBVTTELII

APVD IOAN. CHRIST. MEISNER.

MDCC XXVI

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V.E. III

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO. POTENTISSIMO. QVE.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
DOMINO.
AVGVSTO.
WILHELMO.
DVCI. BRVNSVICENSIVM.
ET.
LVNEBVRGENSIVM.
PRINCIPI.
PIO. OPTIMO. FELICI.
DOMINO. SVO. CLEMENTISSIMO.

Felicitatem. perpetuam.
Cultor. deuotissimus.
Gottlieb. Samuel. Treuer.

Digitized by Google

SERENISSIME PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME,

ADmoueo ad limina TVA cultu ſubmiſſimo alteram libri huius editionem, cui non parum commendationis attulit,

Digitized by Google

tulit, quod, quum primum a me ederetur, TVO NOMINI immortali inſcriptus fuerit. Nec feliciora nouae editioni auſpicia, nec auguſtiora reperire potui, quibus meae in ius naturae commentationes gratiores reddi & illuminari poſſent. Colluſtratur TVO EXEMPLO glorioſiſſimo, quidquid praecepta non tantum iuſtitiae inculcant; ſed omne, quod virtus, quod aequitas, quod prudentia commendant, TVIS actionibus poterit edoceri. Noua quoque clementiae TV-

Digitized by Google

AE in me documenta proſtant, quae publice confiteri, exosculari, venerari par eſt. Benigno itaque oculo, PRINCEPS CELSISSIME, hunc denuo dignare librum, tamquam interpretem animi gratiſſimi & deuotiſſimi, quo aeternum TE TVAMque virtutem proſequar. DEVS TE ſeruet ad ſuprema vitae humanae faſtigia, TEque nouis fortunae auguſtae ornamentis decoret & coronet. Helmaeſtadii. Calendis Maiis. A. R. S. MDCCXXVI.

PRAE-

Digitized by Google

PRAEFATIO
ADNOTATIONVM.

NUnc ea eſt felicitas ſtudii moralis, vt iuſtitiae regulas a reliquis actionum humanarum normis diſtinctas et ſolidiſſimis principiis innixas non alieno, ſed proprio fundamento firmatas eſſe videamus. Intermixtum erat ius naturae reliquis diſciplinis, quibus GROTII, PVFENDORFII, THOMASII manibus ereptum nunc ſua ipſamet luce fulget, radios ſuos per totum vitae humanae ambitum magno cum fructu diffundens. Floret nunc elegantiſſimum ſtudium et vbiuis loci omnis mouetur lapis ad illud promouendum et iuuentuti vlterius inculcandum. Id quod praeter alia documenta ex

eo quoque patefcit, quod hinc et inde fcripta Pufendorfiana in varias linguas transferantur, explicentur, illuftrentur, quo doctrina iuris, ad quam natura homini paedagogus eft, bono ordine, nexu concatenato et certiffima e principiis deductione in omnium notitiam peruenire poffit.

Librum, quem hic exhibeo, multi eruditorum dignum iudicarunt, in quo operam fuam collocarent; quod in eodem iuris naturae principia concinne et dilucide propofita effe arbitrati funt. Quiuis tamen eorum peculiarem fibi fixit fcopum; et licet varii in eumdem librum fint commentati; illorum tamen intentio, methodus et tractationis materia ita inter fe differunt, vt nemo alterius limites attigiffe dicendus fit. TITIVS definitiones, diuifiones et terminos maximam partem examinauit, minutias nonnumquam fectatus metho-

thodi Pufendorfianae acerrimus vbique censor. HOCHSTETTERVS in *collegio Pufendorfiano* non tam librum hunc respexit, quam locos communes iuris naturae condidit, theologiam moralem admiscuit et theologiae reuelatae principiis in iuris naturae placitis firmandis vsus est. WEBERVS textum fere tantum breuissime declarat, et omnia ad vsum praecipue iuridicum dirigit. KEMMERICH in aphorismos librum hunc commodissime resoluit, interspersis iis, quae a PVFENDORFIO omissa fuerunt. IASTER duabus plagulis in tabellas redegit. WALDKIRCH exemplis iuridicis, nonnumquam historicis illustrauit, vix in vllius sententiae veritatem inquisiuit. BARBEYRACVS in Gallicam linguam elegantissime transtulit, notis paucissimis adiectis; quum omnia vastissimo suo commentario ad ma-

ius PVFENDORFII opus complexus esset. PROELEVS omnia iuris naturae dogmata ex conseruatione sui immediate deducens hunc librum principio isti, maiori quidem ordine et ratiociniorum nexu, accommodauit, limatoque iudicio proposuit: sed principia iusti et honesti non satis distinxit. PAGENSTECHER edidit quidem denuo libellum PVFENDORFII; sed promissas in eum obseruationes, quantum mihi constat, nondum in lucem protraxit. His accesserunt LEHMANNI adnotationes, qui variorum sententias ex diuersa saepe hypothesi exortas congessit, placitaque sua interiecta collustrare magis voluit, quam demonstrare. IO. BALTH. WERNHERI analecta ad hunc librum valde extemporalia sunt & ieiuna, soliditatem huius doctrinae parum iuuantia.

Quum itaque pro studii, quod profiteor,

fiteor ratione, iiunctum mihi esset iuris naturalis dogmata exponere; omnem mihi nauandam esse operam iudicaui, vt praeiudicia, quae circa eadem oriri solent, remouerem, iustum ab honesto et decoro secernerem, in recentiorum sententias et thesium veritatem inquirerem, rationibus pro virili omnia fulcirem et explicatiora auditoribus meis exhiberem. Inde enatae sunt, LECTOR BENEVOLE, quas vides, adnotationes: quibus si aliquo tibi fuero emolumento; persuasum habeas, me votorum meorum finem prorsus esse adsecutum.

Ex Viri doctiss. WEBERI editione partim paucula additamenta textui insperſa, partim summaria capitibus praemissa adhibui: tum ne aliquid textui deesse videatur, quod WEBERVS sufficientibus causis adductus & post eum PAGENSTECHERVS et BAR-

BARBEYRACVS suis editionibus inseruerunt: tum vt lector per summa contentorum capita in lectione eo commodius adiuuetur. In margine citaui opus PVFENDORFII *de I. N. et G.* vt ex eo tamquam indice pateat, quo loco PVFENDORFIVS in opere maiori eamdem materiam verius pertractauerit: qua in re BARBEYRACVM habui praeeuntem.

Quod reliquum est, eo animo omnia hic a me proposita esse moneo, vt, si quid melius inueniam, vel censores modesti veriora demonstrent, ea quam lubentissime sim amplexaturus; qui neque in aliena, neque in suamet verba iurandum esse puto, sententiamque GERARDI de VRIES *Prof. Vltraiect. in praefat. de term. pneumatol.* meam penitus facio: *Quoties de eo, quod aut verum, aut bonum est, sermo fit; humana nomina nullo mihi habentur discrimine, quitam non adfurgo nominibus aliorum, vt neque propriis parcam, si quid in eis emendandum didici. Sic ipse philosophor libere: sic omnes duce veritate, comite modestia, libere philosophantes toto animo valere plurimum iubeo.*

PRAE-

PRAEFATIO
ILLVSTRIS PVFENDORFII.

§. 1. *Commendatio* instituti et principiorum ab vsu in doctrina iuris nat.
§. 2. In vita ciuili:
§. 3. In iurisprudentia.
§. 4. *Discrimen* iuris nat. theologiae moralis et iuris ciuilis in genere.
§. 5. *Speciales differentiae* iuris nat. et theolog. moralis consistentes in
§. 6. Principiis cognoscendi,
§. 7. Forma,
§. 8. Fine,
§. 9. Obiecto.
§. 10. *Consectarium:* ius nat. formare hominem, non vt rectum, sed vt corruptum.
§. 11. (I) Illustratur praeceptis ipsius decalogi, et
§. 12. Soluitur dubium: *an ius natur. in statu integro aliud fuisset futurum, atque nunc est?*
§. 13. (II) Probatur ex indole praeceptorum negatiuorū, quibus fere hodie constat.
§. 14. (III) Dilucidatur exemplis.
§. 15. *Conclusio* ad obtrectatores.

LECTORI BENEVOLO SALVTEM.

§ I.

NI receptus plerisque eruditis mos legis propemodum vim induisset; superuacuum videri poterat circa rationem huius scripti aliquid praefari: quum res ipsa satis loquatur, me nihil aliud egisse, quam vt tironibus *praecipua iuris naturalis capita* breui, & vt arbitror, perspicuo compendio *exponerem*: ne, si citra cognitionem

tionem velut elementarem in diffusa eius disciplinae spatia sese immiserint, copia & difficultate rerum ab initio protelentur.

§. II.

Simul & illud publico expedire visum, eiusmodi doctrina morali studiosae iuuentutis animos imbui, cuius vsus manifestus in vita ciuili spectaretur. Et licet alias semper inglorium iudicauerim, aliorum diffusiora scripta, & multo magis propria, in compendium redigere: tamen, quum superiorũ auctoritas accederet; a cordatis vitio mihi versum iri non arbitror, quod isthoc laboris vnice iuuentutis vtilitati dare voluerim; cuius merito tantus esse fauor debet, vt in eiusdem gratiam suscepta opera, etiam ingenii & splendoris non capax, nemine indigna sit iudicanda.

§. III.

Ceterum quin eiusmodi principia ad vniuersam iuris disciplinam magis idonea sint, quam cuiusuis iuris ciuilis elementa; nemo, cui sanum sinciput, abnuet.

§. IV.

Atque haec in praesens sufficere poterant; ni quidam monuissent, non ab re fore, quaedam praemittere, quae ad indolem iuris naturalis in vniuersum intelligendam, eiusdemque limites accuratius designandos facerent. Quod eo libentius suscepi; quia hoc modo praetextus adimitur hominibus importune curiosis febriculosam suam censuram extendendi ad hancce disciplinam, quae sepe velut interiecta ab ipsorum prouincia disiungitur. Manifestum igitur est, ex *tribus* velut *fontibus* homines cognitionem officii sui,

et

et quid in hac vita ſibi tamquam honeſtum ſit agendum, tamquam turpe omittendum, haurire; ex *lumine rationis*, ex *legibus ciuilibus* & ex peculiari *reuelatione* diuini *Numinis*. Ex *primo* fluunt officia hominis communiſſima, praecipue quae ipſum cum aliis hominibus ſociabilem reddunt: ex *altero* officia hominis, quatenus peculiari et definitae ciuitati ſubiectus degit: ex *tertio* officia hominis chriſtiani. Inde et *tres* ſeparatae *diſciplinae* proueniunt; quarum prima eſt *iuris naturalis*, omnibus gentibus communis: altera *iuris ciuilis* ſingularum ciuitatum, quae tam multiplex eſt, aut eſſe poteſt, quot numero ſunt ciuitates, in quas genus humanum discesſit: tertia *theologia moralis* habetur, illi parti theologiae contradiſtincta, qua credenda exponuntur. Singulae harum diſciplinarum *modum ſua dogmata probandi* adhibent, ſuo principio reſpondentem. In *iure naturali* aliquid faciendum adſeritur; *quia per rectam rationem idem* ad ſocialitatem inter homines *neceſſarium* colligitur. Praeceptorum *iuris ciuilis vltima ratio* eſt; *quia legislator ita conſtituit. Theologus moralis in eo* vltimo *adquieſcit; quia DEVS* in ſcripturis ſacris ita *iuſſit*. Quemadmodum autem diſciplina iuris ciuilis ius naturale, tamquam generalem magis diſciplinam, praeſupponit: ita ſi quid iure ciuili continetur, de quo ius naturale ſilet, non ideo hoc illi repugnare cenſendum eſt. Simili modo ſi in theologia morali aliqua tradantur, ex reuelatione diuina profluentia, ad quae ratio noſtra iam non pertingit, quaeque adeo et ius naturale ignorat; imperitum valde foret, ideo illam cum hac committere, aut repugnantiam aliquam iſtarum diſciplinarum ſomniare. Vice verſa, ſi quae in diſcipli-

na iuris naturalis præsupponantur ex eo, quod per rationem inuestigari poteſt; illa propterea iis, quæ sacrae litterae super eadem re liquidius tradunt, nequaquam opponuntur, sed tantum abstrahendo concipiuntur. Sic v. gr. in disciplina iuris naturalis, abstrahendo ab illa cognitione, quae ex sacra scriptura hauritur, formatur conditio primi hominis, vtcumque in mundo proiecti, quatenus sola ratiocinatio adsequi poteſt. Ista opponere iis, quae super eadem conditione diuinae litterae tradunt, hic vero eſt succus nigrae loliginis; haec eſt acrugo mera.

§. V.

Enimvero vti iuri quidem ciuili et naturali facile inter se conueniet: ita *inter idem ius naturale et theologiam moralem fines regere*, ac, quibus potiſſimum partibus illa differant, definire, paulo operoſius videtur. Qua super re paucis ſententiam meam exponam, non quidem pro auctoritate papali, ac ſi ab omni errore priuilegio aliquo mihi cautum foret; neque qui ex somniis diuinitus immiſſis, aut irrationabili aliquo inſtinctu ſingularis cuiusdam illuminationis fiducia animetur; ſed tamquam talis, cui ſpartam ſibi commiſſam pro modulo ingenii exornare cordi ſit: ita tamen, vt, quemadmodum cordatos et eruditos viros meliora ſuggerentes lubenter audire, et citra pertinaciam prius placita emendare ſum paratus: ſic floccifacium Midae aemulos cenſores, rerum ad ſe nihil ſpectantium arbitria proterue inuolantes, totamque ardelionum nationem, cuius characterem lepidiſſime *Phaedrus* repraeſentat: *Trepide*, inquit, *concurſant, occupata in otio, gratis anhelant, multa agendo nihil agens, ſibi moleſta, & aliis odioſiſſima.*

§. VI.

§. VI.

Primum igitur discrimen, quo istae disciplinae inuicem separantur, resultat ex diuerso fonte, vnde sua dogmata vtraque deriuat; de quo iamiam aliquid tetigimus. Ex quo consequitur: si aliqua sint, quae diuinis litteris agere aut omittere iubeamur; quorum necessitatem tamen ratio sibi relicta perspicere nequit; illa extra ius naturale esse, et ad theologiam moralem proprie spectare.

§. VII.

Praeterea in theologia lex consideratur, prout innexam habet diuinam promissionem, et quandam rationem federis inter DEVM et homines: ab qua consideratione ius naturale abstrahit; quippe quum ista a peculiari DEI reuelatione proficiscatur, quam sola ratio inuenire nequit.

§. VIII.

Illud porrò discrimen longe maximum est, quod finis disciplinae iuris naturalis tantum *ambitu huius vitae includatur*, adeoque ea hominem formet, prout hanc vitam cum aliis sociabilem exigere debeat: ast theologia moralis hominem christianum informat, cui propositum esse debet non hanc solum vitam honeste transire; sed qui fructum pietatis post hancce vitam maxime exspectat, quique adeo πολίτευμα suum in coelis habet; heic autem viatoris dumtaxat aut peregrini instar gerit. Quamquam enim animus hominis non solum ardenti cum adfectu immortalitati velut immineat, suique destructionem vehementer auersetur; atque inde apud plerosque gentilium inoleuerit persuasio de animae a corpore separatae duratione, et quod tunc bonis

Digitized by Google

bene, malis male ſit futurum: eiusmodi tamen circa haec perſuaſio, in qua animus hominis plane et firmiter adquiſcere poſſit, ex ſolo DEI verbo hauritur. Inde et iuris naturalis ſcita ad forum dumtaxat humanum adaptantur, quod vltra hancce vitam ſeſe non extendit; quae ipſa multis in partibus praue ad forum diuinum adplicantur, circa quod theologiae maxime curae eſt.

§. IX.

Ex quo et illud fluit, vt, quia forum humanum circa externas tantum hominis actiones occupatur; ad ea autem, quae intra pectus latitant, nec aliquem effectum aut ſignum foras produnt, non penetret; adeoque nec circa eadem ſit ſollicitum: ius quoque naturale magnam partem circa formandas hominis exteriores actiones verſetur. Aſt theologiae morali non ſufficit exteriores hominis mores vtcumque ad decus compoſuiſſe; ſed in eo maxime laborat, vt animus eiusque motus interni ad placitum numinis fingantur: et illas ipſas actiones improbat, quae extrinſecus quidem recte ſe videntur habere; ab animo tamen impuro promanant. Quae ratio etiam videtur, quare in diuinis libris haut ita frequenter agatur de illis actionibus, quae poenis fori humani ſunt ſancitae, aut circa quas ibidem ius dicitur; quam de illis, quae, vti *Seneca* loquitur, ſunt extra publicas tabulas: vti manifeſte adparet iis, qui praecepta et virtutes ibidem inculcatas accurate inſpexerint. Etſi, quum et illae ipſae virtutes chriſtianae animos hominum ad ſocialitatem quam maxime disponant; theologia quoq; moralis honeſtatem vitae ciuilis efficaciſſime promoueat. Vti

et

et vice versa, si aliquem videas, qui turbulentum et importunum vitae ciuilis membrum se gerat; tuto iudices licet, religionem christianam intra labra tantum ipsi haerere; cor nondum penetrasse. Atque ex hisce non solum genuini limites, qui ius naturale, prout a nobis illud traditur, a theologia morali separant, manifeste, puto, adparent: sed etiam, quod ius naturale nequaquam dogmatibus verae theologiae repugnet; sed tantum a quibusdam eius dogmatibus, quae per solam rationem inuestigari nequeunt, abstrahat.

§. X.

Vnde et illud patet; necessarium esse, *vt in disciplina iuris naturalis homo nunc consideretur, prout ipsius natura est corrupta, adeoque prout est animal multis prauis cupidinibus scatens.* Nam etsi nemo tam stupidus sit, quin in seipso inordinatos ac in deuia tendentes adfectus deprehendat: tamen, nisi diuinae litterae praelucerent; nemini iam constare posset, illam adfectuum rebellionem per culpam primi hominis proueniisse.

§. XI.

Et consequenter, quum ius naturale ad ea non abeat, quo ratio pertingere nequit; incongruum foret, idem ex natura hominis integra velle deducere: praesertim quum et pleraque praecepta ipsius decalogi, prout verbis negatiuis concepta sunt, naturam hominis corruptam manifeste praesupponant. Sic v. g. *primum praeceptum* vtique praesupponere videtur, hominem ad idololatriam & πολυθεότητα credendam procliuem. Si enim ponas hominem, integra adhuc natura praeditum, in quo liqui-

Digitized by Google

da DEI erat cognitio, et qui ſubinde velut familiari eius reuelatione fruebatur; non video, quomodo tali in mentem venire potuerit aliquid ſibi fingere, quod loco veri DEI, aut cum eo, colere vellet; aut credere in eo numen ineſſe, quod ipſe finxerat. Igitur huic opus non erat verbis negatiuis iniungi, *ne deos alienos coleret;* ſed ſufficiebat eidem ſimplex et adfirmatiuum praeceptum: *diliges, honorabis et coles DEVM*, quem vniuerſi huius, et tuum quoque creatorem noſti. Idem circa *ſecundum praeceptum* obtinet. Nam quare negatiuo praecepto vetaretur DEVM blaſphemare, qui liquido ipſius maieſtatem et beneficia intelligebat, et quem nullae prauae cupidines agitabant, cuiusque animus ſtatu ſibi à DEO adſignato placide adquieſcebat? Quomodo hunc tanta inſania ſubire poterat? Quin hic adfirmatiuo tantum praecepto monendus erat, vt nomen DEI glorificaret. Aliter tamen dicendum videtur de tertio, vt & quarto praecepto; quae quum adfirmatiua ſint, neque neceſſario corruptam naturam praeſupponant; in vtroque ſtatu locum inuenire poſſunt. Sed circa reliqua praecepta, proximum ſpectantia, res aeque eſt manifeſtiſſima. Homini enim, qualis initio a DEO conditus erat, ſufficiebat ſimpliciter iniunxiſſe, vt proximum ſuum diligeret; ad quod et natura procliuis erat: aſt quomodo eidem poterat praecipi, *ne occideret*; quando nondum mors cadebat in hominem, quae per peccatum in mundum introiuit? Verum nunc negatiuo praecepto quam maxime opus eſt, vbi pro dilectione tanta odia inter homines graſſantur, vt etiam magna eorum ſeges detur, qui ex mera inuidia, aut libidine alte-

Digitized by Google

alterius fortunam inuadendi, alios non innocentes ſolum, ſed et amicos et de ipſis bene meritos ſubuerſum ire non dubitent; et quidem vt horridum et inconſultum turbulenti animi impetum ſub conſcientiae vocabulo, ſi diis placet, venditare non erubeſcant. Sic quid opus erit expreſſe *adulteria* vetare inter eos coniuges, qui tam ardenti et ſincero amore ſeſe amplecterentur? aut quid *furta* vetare intererat? quum nulla adhuc auaritia, nulla penuria foret, et nemo quid ſibi proprium putaret, quo alteri prodeſſe poſſet. Aut quid neceſſum erat *falſa teſtimonia* interdicere? quum nondum exiſterent, qui exinde famam ſibi atque gloriam aucuparentur, ſi alterum foeda atque inficeta calumnia adſpergere poſſent. Sic, vt non inepte huc adplicaueris illud *Taciti: Vetuſtiſſimi mortalium nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoque ſine poena aut coërcitionibus agebant; et vbi nihil contra morem cuperent; nihil per metum vetabantur.*

§. XII.

Atque haec ipſa probe intellecta viam pandere poſſunt ad amouendam eam dubitationem: *num* igitur *lex diuerſa fuerit in ſtatu naturae integrae, an vero eadem?* Vbi paucis reſponderi poteſt: *ſumma legis capita* in vtroque ſtatu eſſe eadem; ſed multa praecepta particularia propter diuerſitatem conditionis humanae variare; ſeu potius eamdem ſummam legis per diuerſa (non tamen contraria) praecepta ſeſe explicare; prout diuerſo ſeſe modo habuit homo, cui illa lex obſeruanda. Summam legis ſaluator noſter ad duo capita redegit: *Dilige DEVM et dilige proximum.* Ad haec capita referri poteſt vni-

Digitized by Google

uerſa lex naturalis tam in integro, quam in corrupto ſtatu hominum; (niſi quod in ſtatu integro nullum aut modicum videatur discrimen fuiſſe inter ius naturale, et theologiam moralem. Nam et ſocialitas, quam nos pro fundamento iuri naturali ſubſtruimus, commode in dilectionem proximi reſolui poteſt. Sed quando ad *praecepta particularia* deſcenditur; ſane discrimen non leue emergit tam circa praecepta adfirmatiua, quã negatiua. Et quidem ad *adfirmatiua* praecepta quod attinet, eorum non pauca iam in iſthoc ſtatu dantur, quibus in primaeuo ſtatu locus non fuiſſe videtur: idque partim, quia illa praeſupponunt tale inſtitutum, quod, an in feliciſſimam hominum conditionem cadat, non conſtat; partim quia ſine miſeria et morte, quae abillo ſtatu exulabat, non intelliguntur. V. gr. Iam inter praecepta legis naturalis eſt: ne quis alterum in emtione venditione decipiat: ne falſa vlna, menſura, aut pondere vtatur: vt pecuniam creditam conuento tempore reſtituat: aſt illud nondum ad liquidum eſt perductum, an, ſi peccati expers genus humanum perſtitiſſet; eiusmodi commercia, qualia nunc agitantur, exercenda fuerint, et an aliquis vſus pecuniae tunc futurus fuerit. Sic, ſi *tales ciuitates*, quales nunc ſunt; in ſtatu innocentiae locum non habuerunt; locus quoque ibidem non fuit praeceptis, quae id genus ciuitatum iisque contentum imperium praeſupponunt. Iam quoque iure naturali iubemur ſuccurrere egenis, ſubuenire iniqua calamitate oppreſſis, curam habere viduarum orphanorumque: atqui haec fruſtra praecipiuntur iis, qui miſeriae, egeſtati mortique non

ſunt

Digitized by Google

sunt obnoxii. Ad condonandas iniurias, pacemque conciliandam pronos esse nos iam iubet lex naturalis: quae frustranea est inter eos, qui in leges socialitatis non peccant.

§. XIII.

Atque id ipsum manifeste quoque perspicitur in praeceptis *negativis*, ad ius iam naturale (non positivum) spectantibus. Etsi enim quoduis praeceptum adfirmatiuum virtualiter contineat interdictum omnis oppositi; (v. gr. qui iubetur diligere proximum, eo ipso vetatur inferre illi omnia, quae dilectioni repugnant: 1) tamen vt expressis praeceptis negatiuis illa sanciantur, superfluum videtur; vbi nullae prauae cupidines ad talia patranda propellunt. Ad quod illustrandum accommodari potest, quod Solon parricidarum poenam lege publica sancire noluit; quod tantum scelus in aliquem filium cadere non arbitraretur. Cui simile est, quod *Franc. Lopez. de Gomara hist. gen. Ind. occident. cap.* 207. refert de populis Nicaraguae: apud illos nullam fuisse statutam poenam in eum, qui regulum, (*Cacique* ipsi vocant,) occidisset; quod nullus, aiebant, sit subditus, qui excogitare aut patrare tam dirum facinus velit.

§. XIV.

Vereor, ne putidum videatur, isthaec tam aperta pluribus inculcare: ad tironum tamen captum hoc exempli addam. Sunt alicuius informationi commissi duo pueri, sed dispari plane indole. Vnus modestus est verecundusque, et magno litterarum amore flagrans: alter dissolutus, petulans, foedas potius libidines, quam libros amans. Summa officii vtrique eadem; literas addiscere: sed peculiaria praecepta

cepta disparia. Priori enim sufficit iniunxisse, quae studia, quo tempore quaue ratione tractare debeat: alteri praeter haec acerrima sub comminatione vetandum, ne circumcursitet; ne alea ludat; ne libros vendat; ne in exercitiis componendis aliena vitula aret; ne pergraecetur; ne scorta consectetur. Eadem si quis prioris indolis puero operose declamare instituat; hic συφημεῖν ipsum iubebit, et cuiuis potius, quam sibi ista canere, qui talium nulla cupidine tangatur.

§. XV.

Ex quo manifestum arbitror esse, longe aliam fore iuris naturalis faciem, si quis statum hominis integrum velit praesupponere: simulque quum tam liquido limites huius disciplinae, quibus a theologia morali seiungitur, designati sint; non deteriore hancce disciplinam conditione futuram, quam iurisprudentiam ciuilem, medicinam, scientiam naturalem, aut matheſin; in quas si aliquis ἀμύητος irrumpere audeat, sine populi suffragiis censuram sibi vindicans; non dubitem ipsi occinere, quod quondam Apelles Megabyzo, de arte pictoria, nescio quid, differere adgredienti: *Quaeso*, aiebat, *tace: ne pueri, qui melidem terunt, te irrideant, loqui orsum de rebus, quas non didicisti.* Sed cum bonis quidem cordatisque viris facile nobis conueniet: maleuolos autem ineruditosque obtrectatores satius fuerit inuidiae suae excruciandos commendare: siquidem vtique constat, aeterna positumque lege est; vt

Aethiops cutem non mutet.

SAMV-

Digitized by Google

SAMUELIS L. B. DE PUFENDORF DE OFFICIO HOMINIS ET CIVIS

LIBER PRIMUS

CAPUT I
DE
ACTIONE HUMANA.

1. Officii *definitio.*
2. Officiorum *obiectum*, ACTIO HUMANA.
3. Actionis humanae *principia*, eorumque inter ſe comparatio generatim.
4. (I) INTELLECTUS ſpeciatim.
5. *Affectiones* intellectus, conſcientia recta, probabilis;
6. Item dubia,
7. *Contraria* intellectui, error
8. & ignorantia.
9. (II) VOLUNTAS ſpeciatim.
10. *Affectiones* voluntatis ſpontaneitas
11. Et libertas.
12. *Impedimenta* ſpontaneitatis & libertatis à variis inclinationibus;
13. Item conſuetudine,
14. Motibus affectuum,

15. Nec non morbis.
16. *Contraria* voluntati coactio & metus.
17. Formale consecutiuum act. humanae IMPUTATIUITAS, *cuius regula generalis.*
18. *Regulae speciales* (1) de imputatione alienorum, quae sunt extra agentem.
19. (2) De imputatione morborum & defectuum, qui sunt in agente.
20. 21. (3) De imputatione ignorantiae & erroris.
22. (4) De imputatione deficientis occasionis.
23. (5) De imputatione impossibilium.
24. (6) De imputatione coactionis & metus.
25. (7) De imputatione rationis impeditae.
26. (8) De imputatione somniorum.
27. (9) De imputatione agentium in concursu.

§. I.

Officium (1) nobis heic vocatur actio hominis pro ratione obligationis ad prae-

Ad §. I. (1) Officii vox saepe latiori sensu complectitur virtutem, quae tamen h. l. bene ab officio distinguenda. Virtus enim non ad iuris naturae disciplinam, sed honestatis praecepta spectat, & est amor siue studium agendi secundum praecepta legis: officium vero est ipsa actio externe cum lege conueniens. Quorum differentia vlterius patet exinde: officium saepissime est sine virtute & virtus sine officio: omnis virtus officium dici potest ratione obligationis, sed non omne officium virtus est: virtus semper intra animum latet, officium & est externum & internum: virtus semper in motione, officium nonnumquam in non agendo consistit: virtus interne maxime obligat, officium externe: virtus a coactione externa produci nequit, offi-

Digitized by Google

praeſcriptum legum (2) recte attemperata. Ad quod intelligendum neceſſarium eſt praemittere, tum de natura actionis humanae, tum de legibus in vniuerſum.

§. II. Per *humanam actionem* intelligimus non quemuis motum a facultatibus hominis procedentem, ſed illum dumtaxat, *a*) qui prouenit ac dirigitur ab iis facultatibus, quas humano generi prae brutis Creator O. M. attribuit, nempe, qui velut praelucente *intellectu* ac decernente *voluntate* ſuſcipitur. (1)

a) vid. Puf. de I. N. & G. L. I. c. V. §. 1. 2.

officium vero a principio cogente extrinſeco etiam cauſſatur: virtus cumprimis internam tranquillitatem reſpicit, officium externam.

(2.) Si vero officium generali ſenſu auctoris accipiatur pro quauis actione hominis ad normam praeceptorum moralium compoſita; quadruplex erit officium: *a*) honeſtatis, quod DEUM ſpectat & nos ipſos, *b*) decori, quod aliorum hominum amicitiam attendit, *c*) iuſtitiae, quod pacis externae violationem euitat, *d*) prudentiae, quod ſelectum finis & adminiculorum in omnibus dirigit. In hac vero iuris naturae doctrina ſolum officium iuſtitiae explicandum eſt.

Ad §. II. (1) Ita ſumitur actionis nomen, ſi generatim ad totum philoſophiae moralis ambitum ſpectetur: in iure vero naturae ſpeciatim actio iuſta ſupponenda eſt, quae obligationem perfectam inuoluit, ſiue quae ita nobis incumbit, ut ſi eam omittamus, vi ad illam praeſtandam ab altero cogi poſſimus.

Digitized by Google

§. III. Datum quippe eſt homini b) (quoad *intellectum*,) vt non ſolum varias res, quae in hoc vniuerſo occurrunt, poſſit cognoſcere, eas inter ſe conferre, & harum occaſione nouas ſibi notiones formare: ſed vt etiam poſſit proſpicere, quid acturus ſit, ac ad id exequendum ſeſe mouere, idemque ad certam normam, certumque finem conformare, & quid inde prouenturum ſit, colligere; quin &, quae peracta iam ſunt, an ad regulam congruant, iudicare. Sed nec (quoad *voluntatem*) omnes hominis facultates ſeſe perpetuo, aut modo vniformi mouent: verum aliquae iſtarum intrinſeco hominis impulſu excitantur, excitataeque temperantur & diriguntur. Denique nec in omnia obiecta promiſcue homo fertur, ſed quaedam appetit, quaedam auerſatur. Saepe quoque, licet obiectum agendi adſit, motum ſuſpendit; & pluribus obiectis praeſentibus vnum eligit, cetera reſpuit. (1)

b) v. Puf. l. c. c. I. §. 2. & c. III. §. 1.

§. IV.

§. III. (1) Nemo umquam accurate comprehendet has animae humanae rationes, niſi qui cogitationes men-

§. IV. Circa facultatem *a*) ergo comprehendendi & diiudicandi res, (1) quae *intellectus* vocabulo venit, id

a) In hunc & 4. seqq. §§. vid. Ius N. & G. L. I. c. III.

mentis suae ad eamdem reflectat & istarum quasi lumine animam suam collustret: alias ex aliorū opinione suā diiudicabit naturam, & sola fide nitetur in re, quam euidentia sensuali potuisset percipere.

§. IV. (1) Minus recte Vir Cl. BARBEYRAC ad h. l. auctorem erroris accusat, quod iudicium ad intellectum retulerit, idque ad voluntatem pertinere putat cum Cartesianis, qui omnes animae actiones voluntatis nomine complectuntur. Iudicium enim intellectus esse operationem vel ab anima peragi, dum cogitat, exinde patet, 1) quod cogitando ideas coniungamus vel disiungamus, 2) quod actus volendi non sit de essentia iudicii, sed is, qui iudicat rem esse veram, eamque adfirmat vel negat, non statim velit rem esse veram. 3) Sequeretur, qui plus haberet voluntatis, eum plus habere iudicii. 4) Iudicium nobis inuitis saepe obrepit: inuitum autem notat defectum voluntatis. 5) Veritas est obiectum intellectus: ergo etiam iudicium, in quo veritatis palmaria sedes est. Adductus in contrariam sententiam esse videtur Cl. BARBEYRAC. descriptione iudicii, quam nonnulli adferunt, quod consistat in adquiescentia mentis in ideis, quarum relationem perspexit. Sed duplex est adquiescentia mentis, intellectus scilicet & voluntatis: ille adquiescit in inquisitione veritatis cuiusdam rei, quando eam iudicauit esse veram vel falsam: vbi tamen adquiescere & iudicare distincti actus sunt: haec vero adquiescit in desiderio, quando eidem satisfactum est. Conf. de illa controuers. IO. SCHMIDII *Diss. de Iudicio ad intell. non volunt. pertinente*, 1703. *Lipsi. hab.* PETRUS a MASTRICHT *Gangr. novit. Cartes. Sect. II. c. 27.* MARESIUS *in System. Theol. Loc. IIX. §. 41. in not. p. 414.*

ante omnia pro certo habendum eſt: cuilibet homini matura aetate & mente integra (2) tantum ſupereſſe naturalis velut luminis, vt adhibita cultura, ac debita meditatione poſſit recte comprehendere (3) ſaltem generalia illa praecepta & principia, quae ad vitam hancce honeſte & tranquille exigendam faciunt; ſimulque iudicare, iſta vtique indoli humanae congruere. Hoc enim niſi ſaltem intra ſphaeram fori humani admittatur, quibusuis ſuis delictis homines ignorantiam inuincibilem obtendere poſſent: cum nemo in foro humano argui poſſit violaſſe regulam, quam capere ſupra ipſius vires eſt.

§. V.

(2) Niſi obſtet ſenſuum primariorum defectus, qui nonnumquam impedit, quo minus in homine naturale lumen ſeſe exſerere potuerit ob defectum culturae ac debitae meditationis, quae obiectis per ſenſus offerri ſolitis hac ratione deſtituitur. Qua de re exemplum notatu dignum exhibetur in *hiſtoria academiae ſcientiarum Pariſienſis* añi 1703. *p.* 22. *ſeq.*

(3) Homini non poteſt non ineſſe facultas noſcendi & intelligendi leges: DEUS alias iniuſtitiae arguendus foret, (quod tamen abſurdum,) quod legem nobis praeſcripſiſſet, ſed non conceſſiſſet facultatem patefaciendi illam eiusdemque contenta, praeſertim cum DEUS & DEI voluntas non niſi DEO volente poſſint cognoſci.

§. V. Intellectus hominis, quando de eo, quod agendum, vel omittendum eſt, recte informatus fuerit, (1) & quidem ita, ut ſententiae ſuae certas & indubias rationes norit reddere, ſolet vocari *conſcientia recta.* (2)

§. V. (1) Conſcientia, quae hic indicatur, eſt perceptio relationis inter ideas noſtras de norma legis conceptas, & inter actiones, quas commiſimus. Praecedit conſcientiam cognitio legum, vel noſtra de iis opinio; deinde actionum noſtrarum occaſio, ſiue peractae illae ſint, ſiue peragendae. In ipſo conſcientiae actu deprehendimus 1) reminiſcentiam idearum, quas de norma legis concepimus, 2) comparationem earum cum noſtris actionibus, 3) perceptionem relationis inter easdem, quam quidam iudicii nomine appellant. Hanc conſcientiam ſequi ſolet iudicium practicum & ratiocinatio mentis, quae pro ipſa conſcientia vulgo ſumitur, quia eam indiuulſo nexu comitatur. Iſtam perceptionem non experimur eſſe in noſtra poteſtate, poſitis ad agendum requiſitis: reſultat enim ex reminiſcentia legum & praeſentia noſtrarum actionum, nobis volentibus, nolentibus, & extorquet animo iudicia moleſtiſſima, niſi muro aheneo ſit munitus, qui eſt nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. Conſcientia vero non datur, niſi praeceſſerit apprehenſio legum: neque ea nobiſcum naſcitur. Gignitur in nobis conſcientia pro ratione noſtrae inſtitutionis in rebus practicis, & prout occaſio nobis offertur cognoſcendi rationem normae noſtrarum actionum. Certae itaque aetati certoque temporis termino adſtringi nequit conſcientiae in nobis origo, cuius qualitas ab educatione & inſtitutione, immane quantum, dependet.

(2) Rectius appellabitur certa conſcientia, quae eſt

(2)

Sed vbi quis veram quidem ſententiam circa agenda vel omittenda fouet, quam tamen ipſe per rationes demonſtrare nequeat, ſed eamdem ex vitae ciuilis tenore, ex aſſuetudine, aut ſuperiorum autoritate hauſerit; neque tamen ipſi ſuppetat ratio, quae contrarium magis perſuadet, ſolet vocari *conſcientia probabilis*, (3) qua maxima pars mortalium regitur; quippe cum paucis rerum cognoſcere cauſas conceſſum ſit. (4)

§. VI.

clara atque diſtincta perceptio relationis actionum noſtrarum ad claras & euidentes ideas de norma legis conceptas. Certa ſemper recta eſt.

(3) Probabilis conſcientia vel recta, vel erronea eſt: nititur a) exemplis, b) teſtimoniis, c) conſuetudinibus. Recta ſi eſt, conſiſtit in perceptione obſcura relationis actionum noſtrarum ad veroſimiles de lege ideas, quae legi reapſe ſunt conformes. Erronea vero refert actiones ad noſtras de norma legis ſententias ſpeciem veri mentientes & erroneas.

(4) Conſcientia improprie norma agendi dicitur, quod facile ex eius definitione patet: & doctrina, quae contrarium inculcat, infinitis vrgetur difficultatibus, quas vberius expoſuit THOMASIUS *de Fund. I. N. & G. L. I. c. 4. §. 15. ſeqq.* Tota inſuper doctrina de conſcientia nondum ſatis exculta eſt; quoniam in relatione actionis ad normam moralem conſiſtit: normae vero agendi & obligationis inter homines diuerſitas ad conſcientiam nondum fuit applicata. Datur enim quadruplex conſcien-

§. VI. Solet tamen quibusdam non raro euenire, circa casus potissimum singulares, vt ex vtraque parte sese offerant rationes; nec illi ita polleant iudicio, vt vtrae praeponderent, liquido discernere queant. Id quod vocari sueuit *conscientia dubia.* (1) De qua haec est regula: *Quamdiu in ancipiti haeret iudicium, bonum*

scientiae species ratione regularum iusti, honesti, decori & prudentiae, quae a se inuicem abesse possunt. Alii enim gaudent conscientia iusti & decori, sed percipere nequeunt relationem actionis suae ad normam honestatis & prudentiae: alii honeste viuunt, sed decori conscientia obstupefacta: plurimi sensu imprudentiae suae destituuntur. Quae obseruatio quum latius se extendat, hic loci susius exponi nequit.

§. VI. (1) In omnibus actionibus, vbi conscientia dicitur esse dubia, mens nostra haesitat & dubitat, i. e. suspendit iudicium ob defectum conscientiae, siue quia non percipit relationem aliquam actionis ad normam legis. Non enim vel reminiscitur principiorum practicorum, quae aliqua ratione actionem praesentem firmiter normare possent; vel inter illa, quorum recordatur, factumque suum nullam connexionem solidam & adaequatam dispicit, adeoque de applicatione actionis ad legem fluctuat: quod fieri non posset, si aliqua adesset conscientia, e. g. qui dubitat de suffocato & sanguine, an edere liceat, non reminiscitur vllius legis rem accurate determinantis: & licet alicuius praecepti sibi conscius sit; tamen vel non nouit, an se obliget, vel nullam solidam relationem legis & actionis percipere sibi videtur,

quid ſit, an malum; actio erit ſuſpendenda. Nam nondum diſcuſſa dubitatione ad agendum ſeſe determinare, propoſitum peccandi, aut ſaltem neglectum legis inuoluit.

§. VII. Saepe etiam intellectus hominis pro vero falſum adprehendit; & tunc in *errore* verſari dicitur. (1) Qui

§. VII. (1) Error committitur ab intellectu neque in cognitione falſi iudicii, a qua nec DEUS immunis eſſe videtur, neque in vlla apprehenſione ideae euiusdam ſimplicis: nam non poteſt non res ita cognoſcere & inſtar ſpeculi recipere, vti ei offeruntur; ac licet ſaepius ideam rei oblatae diſſimilem ſibi formet; eſt tamen tantum idea, quae non transfertur ad rem oblatam per iſtam apprehenſionem, ſed demum per iudicium. Error itaque non committitur niſi in mentis iudicio, in quo ideae coniungendae disiunguntur & disiungendae coniunguntur, & in aſſenſu, quem erroneis aliorum iudiciis praebemus. Euitemus ergo praecipitantiam mentis in iudicando & ſuſpendamus iudicium, donec adquiratur fundamentum boni aſſenſus. De cetero conſcientia erronea, quae hic innuitur, eſt perceptio relationis inter actiones noſtrasque de norma legis ſententias erroneas. Reminiſcimur erroris practici vel praeiudicii vulgaris, tamquam normae viuendi, quae apud nos auctoritatem legis obtinuit: ad illam referimus noſtras actiones. Perceptio vero iſta ſiue conſcientia non eſt erronea in ſe, ſed ita dicitur propter effectum & obiectum ſuum, quod eſt error. Veram enim adipiſcimur notionem relationis: vere eam percipimus actionem cum regula comparando, ſiue regula vera ſit, aut falſa. *Etiamſi*

etc-

Qui error *vincibilis* ſolet appellari, quando quis adhibita attentione & diligentia debita cauere poterat, ne in eum incideret: *inuincibilis* autem, quando quis etiam adhibita omni diligentia, quam vitae communis ratio fert, iſtum euitare non poterat. Qualis error tamen ſaltem inter eos, queis rationis lumen excolere, & vitam ad honeſtum componere cordi eſt, non circa communia viuendi praecepta, ſed dumtaxat circa ſingularia negotia incidere ſueuit. Nam & naturalis iuris praecepta generalia plana ſunt: & qui leges poſitiuas fert, id ante omnia agere ſolet & debet, vt illae ſubiectis innoteſcant. Vnde citra ſupinam negligentiam heic error non naſcitur. Sed in ſingularibus negotiis facile eſt, vt error

etenim, recte monet LOCKIUS *de intell. hum. L. 2. c. 28. §. 20. haud recta ſit norma &, quod ad eam attinet, verſer in errore; conuenientia tamen & repugnantia rerum cum illa comparatarum mihi manifeſtiſſima fiunt: atque in hoc relationis notio conſiſtit. Per falſam vero regulam rem menſurans de morali eius rectitudine falſum iudicium laturus ſum; quoniam eam ad regulam haud veram exegi: haud vero erro circa actionis iſtius relationem ad regulam, cui a me comparatur, quae conuenientia eſt, aut repugnantia.*

ror inuito & praeter culpam obrepat circa obiectum, aliasque actionis circumstantias.

§. VIII. Vbi vero simpliciter cognitio abest, vocatur *ignorantia.* Quae duplici modo consideratur; vno, prout ad actionem aliquid confert; altero, prout inuito, at non citra culpam oborta fuit. (1) Priori respectu ignorantia solet diuidi in *efficacem & concomitantem.* (2) Illa est, quae si ab-

§. VIII. (1) Intellectus hominum non potest non laborare ignorantia quadam, cum sit finitus. Facultates ipsae ad cognoscendum quandoque cum deficiunt; & cum angusti nimis & inaccessibiles sint aditus ad rerum multarum naturam & adfectiones; non tantum cognitionem suam angustissimis terminis circumscriptam esse sentit, sed etiam in iis, quas cognosci posse putat, impotentiam suam deprehendit ideis claris & adaequatis omnimode destitutus.

(2) Clarius diuisio instituetur in essentialem vel accessoriam: siue in *caussalem* & *non caussalem.* Non autem illius ignorantiae moralitas a sola agentis declaratione pendet, & ab eius displicentiae vel complacentiae expositione erroris efficacia suspendenda, quod huic doctrinae imputauit TITIUS ad h. l. & qui eum sequutus est BARBEYRAC; sed tota negotii vel actionis natura hic ponderanda, cuius circumstantiae ostendunt, abfuisse rationem voluntarii, & iudicium agentis exsulasse ad actum illum.

si abfuiſſet, praeſens actio non fuiſſet ſuſcepta. Haec eſt, quae licet abfuiſſet, nihilominus actio ſuſcepta fuiſſet. Poſteriori reſpectu ignorantia eſt *voluntaria*, vel *inuoluntaria*. Illa eſt, quam quis vel vltro affectauit, reiectis veri cognoſcendi mediis, vel debita diligentia non adhibita obrepere ſibi paſſus eſt. Haec eſt, quando quis ignorat, quae nec ſcire poterat, nec tenebatur. (3) Et haec iterum *duplex* eſt. Vel enim quis in praeſens quidem ignorantiam exuere non potuit, vt tamen in culpa ſit, quare in tali ſtatu verſetur: vel non ſolum in praeſens ignorantiam vincere nequit; ſed & in culpa non eſt, quare ad talem conditionem ſit deuolutus.

§. IX. Altera facultas, *a*) quae in ho-

a) In hunc & 7. ſeqq. §§. v. Puf. I. N. & G. L. I. c. IV.

(3) Si quis ignorat, quae ſcire non tenetur; non ſemper ignorantiae inuoluntariae, ſed vtplurimum voluntariae erit adſcribendum. Hinc ratione obiecti ignorantia etiam voluntaria eſt vel *culpabilis*, qua aliquis ignorare voluit, quae ſcire debebat, vel *inculpabilis*, qua aliquis ignorare voluit, quae ſcire non debebat. Inuoluntaria eſt vel vincibilis, vel inuincibilis. Inuincibilis eſt talis vel in ſe, ſed non in ſua cauſſa; vel in ſe & ſua cauſſa ſimul, quas auctor in fine §. deſcribit.

homine prae brutis (1) peculiariter cernitur, *voluntas* vocatur; per quam velut intrinseco impulsu ad agendum sese homo mouet, & eligit, quod sibi maxime arridet; auersatur, quod sibi non conuenire videtur. Habet igitur homo à voluntate, tum vt *sponte* agat, i. e. vt non per intrinsecam aliquam necessitatem ad agendum determinetur, sed actionis suae ipse auctor sit; tum vt *libere* agat, (2) i. e.

§. IX. (1) Bruta animantia non habent voluntatem, nec appetitum: nam imputari alias possent actiones, & virtutes & vitia caderent in bestias, eademque poena possent adfici: quod tamen absurdum. Minus recte ergo in excitatione hominum ad virtutes ad bruta animalia prouocatur a multis, quum eorum actiones sint necessariae & mechanicae sine reflexione, sine spontaneitate; moralitas vero exinde deducta partim ioco retundi, & facile in contrariam partem rapi possit, dignaque sit *Horatiana* L. 2. *Sat.* 3.

Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.

Pluribus idem illustrat PET. BAYLIUS *Dict. Crit. T. I. p.* 475. *not. C.* Obseruamus quoque, male hominem per animal rationale definiri, omnemque eius a bestiis differentiam sola ratione vel cogitatione absolui: si quidem voluntate & agendi libertate mirum in modum ab iis discrepat.

(2) Spontaneitas quidem in voluntate est, imo vero ipsa voluntas: sed libertas rectius dicetur ad mentem, quam ad potentiam volendi siue voluntatem pertinere: quum non tantum libertas peculiaris si

poten-

i. e. vt uno obiecto propoſito poſſit agere vel non agere, idemque eligere vel reſpuere; aut pluribus obiectis propoſitis vnum eligere, caetera reſpuere. (3) Porro cum actionum huma-

potentia; potentia vero potentiae minus proprie ineſſe dicatur, ſed ſeſe per totam animam diffundat, & eſſentiam volitionis non ingrediatur: abſente enim libertate velle poſſumns. Conf. LOCKIUM *de Int. hum. L. II. c.* 21. §. 14. *ſeqq.* CLERICUM *Pneumatol. S. I. c. III.* §. 11.

(3) Datur libertas, quae eſt facultas mentis agendi vel non agendi: cuius actus ſimplex eſt, propoſito vno obiecto; duplex vero vel multiplex, ſi offerantur plura obiecta. In omni enim libertate, quam vulgo dicunt contrarietatis, nihil aliud reperitur, quam vnus idemque actus libertatis, quae vulgo dicitur contradictionis; repetita tantum vice exercetur. Illius libertatis character primarius eſt indifferentia, qua ſe habet ad res obiectas: quae indifferentia tamen non eſt ſine omni ratione inclinante nos ad obiecta contingentia ſiue ea, quae non implicant contradictionem, vt aliter atque aliter ſe habere poſſint. Nihil enim menti obiicitur, de quo non aliquae rationes vel clare & diſtincte, vel obſcure ei obuerſentur, quibus magis in hanc, quam in illam partem inclinetur. Inclinatio vero illa non neceſſitat, licet determinet voluntatem: rationes enim, quibus inclinat, non ſunt inuictae nec ineluctabiles, vt mens non in alteram partem elabi potuiſſet: nec determinatio tollit potentiam agendi vel non agendi; nec producit rei neceſſitatem, vt non potuerit non ita eſſe: quae quidem ſequitur ſaepius determinationem, e. g. in praeſcientia, prouidentia DEI; ſed tamen non

vt

humanarum quaedam propter se ſuscipiantur, quaedam quatenus ad aliud conſequendum inſeruiunt, id eſt, quaedam rationem *finis*, quaedam

vt effectus illius determinationis, nec vt effectus abſolutae neceſſitatis. Nil inclinat voluntatem, niſi bonum, cuius repraeſentatio numquam talis eſt nec eſſe poteſt, vt ab vtraque parte rationes inclinantes in aequilibrio quaſi poſitae ſint; ſed ſemper in alteram partem propendet mens adducta maiori inclinatione ſub ſpecie melioris vel optimi, quam dein ſequi vel non ſequi, & voluntatem declinantem reuocare poteſt. Bonum ergo etiam non neceſſitat ſiue non cogit mentem neceſſitate abſoluta, vt hoc eligat vel non eligat, alterumque repudiet: ſequeretur enim id, quod amplectimur, non potuiſſe non a nobis eligi, ita vt cetera, quae reiecimus, nobis hac ratione ſint impoſſibilia & contradictionem inuoluant: quod tamen abſurdum & experientiae contrarium eſt. Vicerunt haec argumenta opinionem contrariam, mentem deſtitui plane omni libertate, cuius robur eo nititur fundamento, quod voluntas noſtra a bono inclinetur & determinetur; quae inclinatio cum neceſſitate ſic confunditur: poſt illam enim determinationem poſſibilitas contrarii non tollitur, ſed experimur in nobis potentiam agendi & non agendi, id eſt libertatem, quae iſta neque deſtruitur, neque mutatur, neque imminuitur, ſed integra manet. LOCKIUS propugnauit *de Intell. hum. L. 2. c. 21.* bonum maximum neceſſitare hominem: at in vltima editione iſtius libri ſententiam mutauit, qui l. c. huc maxime facit. Conf. Illuſtr. LEIBNITZII *Eſſais de Theodicée* paſſim, vbi cum inſigni iudicio praeſtantia iſtius doctrinae in variis capitibus religionis oſtenditur.

mediorum habeant: circa *finem* quidem ita voluntas verſatur, vt eum cognitum primo adprobet, dein ad eumdem conſequendum efficaciter ſeſe moueat, & velut ad eum tendat, vehementius aut remiſſius; eoque obtento adquieſcat placideque fruatur. *Media* autem primo probantur, tum quae maxime idonea fuerint viſa, eliguntur, ac demum vſui adplicantur.

§. X. Quemadmodum autem hoc maxime nomine homo actionum ſuarum auctor habetur, quia ipſe voluntario eas ſuſcepit: ita circa voluntatem (1) id cumprimis obſeruandum, eius *ſpontaneitatem* vtique aſſerendam eſſe, ſaltem circa illas actiones, de quibus ab homine in foro humano ratio ſolet exigi. Vbi autem homini nihil plane ſpontaneitatis re-

§. X. (1) Sponte agendi facultatem ſiue ſpontaneitatem anima recte habere dicitur, ita vt auctor poſſit appellari ſuae actionis, ſed minus commode voluntas, quae cum ſpontaneitate vnum idemque eſt. Identica ergo eſt propoſitio & nugatoria: Voluntas habet ſpontaneitatem i. e. voluntatem. Spontaneitas vero non tollitur coactione ſiue priuatione libertatis: nam coacte ſaepius volumus & non libere: ſpontaneitati inuitum, libertati coactum opponitur.

linquitur; ibi non ipſe homo, ſed qui eidem neceſſitatem adfert, auctor habebitur actionis, ad quam homo inuitus membra viresque ſuas accommodat.

§. XI. Porro quamquam voluntas *bonum* in genere ſemper *adpetat*, & *malum* in genere *auerſetur*: magna tamen inter ſingulos homines tum adpetituum, tum actionum cernitur varietas. Idque inde prouenit, quod non omnia bona & mala homini velut pura appareant, ſed inuicem mixta, bona malis, mala bonis: & quia diuerſa obiecta diuerſas velut partes in homine peculiariter adficiunt, v.g. quaedam aeſtimationem illam, quam homo de ſe ipſo habet; quaedam ſenſus eius exteriores; quaedam amorem ſui, quo ſe ipſum conſeruare ſtudet. Ex quo eſt, quod illa quidem homo adprehendat tamquam *decora*, iſta tamquam *iucunda*, haec tamquam *vtilia*. (1) Et prout quodque horum validum motum homini im-

§. XI. (1) Infinitae dantur voluntates hominum, quae varie modificantur, & a ſe inuicem ſunt diſtinctae. Ex omnibus illis voluntatibus reſultant tres

impreſſit: ita eumdem quoque verſus ſe peculiariter propendere facit. Cui accedit in plerisque hominibus ad certa quaedam *peculiaris inclinatio*, aut a certis auerſatio. Hinc fit, vt circa quamlibet fere actionem ſeſe ſimul offerant ſpecies bonorum & malorum verorum aut adparentium, ad quas ſolide diſcernendas aliis maior, aliis minor eſt perſpicacia. Inde mirum non eſt, unum in id ferri, abs quo alter maxime abhorret. (2)

tres potiſſimum, quae centrum quaſi reliquarum omnium conſtituunt, ad quod feruntur, tamquam ad principia ſua, in quae ſunt reſoluendae. Videmus enim magnam partem voluntatum tendere ad hominis excellentiam, perfectionem, gloriam adſequendam, augendam, promouendam: magna pars ſpectat delectationem & commoditatem ſenſuum ac vitae, & non minima iſtarum portio conſeruationem vitae & quae ad illam faciunt, primario ſectatur. Hinc omnes rationes inclinantes voluntatem ad honeſtum, iucundum & utile reuocantur; & tria ſunt, quae mentes hominum determinant, principia; ambitio, auaritia, voluptas: quae rurſus ſub genere philautiae militant. Haec generatim & abſtracte conſiderata indifferentia ſunt, hominum vero peruerſa praxi redduntur mala. Vid. THOMASII *Praxin Ethic. cap. 7. Fundam. I. N. & G. L. 1. c. 2.* BONTEKOE *de corpor. & anim. paſſionibus.* OSIANDER ad GROT. *L. 2. c. 20. §. 29. n. 3.* & ipſum GROTIUM, vt & *hiſtoire des Sevarambes P. 2. c. 6.* OPALENSKI *de Offic. L. 1. c. 1.*

§. XII. Sed nec ſemper voluntas hominis circa quamlibet actionem velut in aequilibrio (1) poſita deprehenditur ſic, vt inclinatio in hanc aut illam

(2) Vnaquaeque res, (EPICTETI ſententia eſt *Enchirid. c.* 65, 1) duas habet anſas, vnam tolerabilem, alteram intolerabilem, i. e. menti noſtrae in quolibet obiecto offeruntur vel verae, vel apparenter verae rationes, quae obiectum modo vt bonum, modo vt malum repraeſentant. Pro ratione itaque mentis, qua illas rationes ponderat, vel ad eas attendit, vel ab iis nobis non attendentibus attingitur, inclinant voluntatem noſtram & in hanc & in illam partem: hinc potiſſimum tot diuerſi naſcuntur appetitus.

§. XII. (1) *a*) AEquilibrii huius indifferentia non eſt verus character libertatis, neque umquam adſeri poteſt de voluntate: *a*) eſt enim impoſſibilis, & res obuiae partesque contrariae numquam ita offeruntur, vt partim ratione ſuae, partim ratione noſtrae naturae, partim ratione habitus ad noſtrum ſtatum, vitam momentaque circumſtantia in perfecto ſint aequilibrio, & altera ab altera nulla ratione praeponderetur. Semper adeſt ratio aliqua magis inclinans, licet nobis aperte non ſit cognita, tum quia in ſe obſcura mentem fugit, tum quia reflexiones mentis ad eam non conuertimus. Omnis experientia haec edocet, & qui contrarium ſtatuit, dignus eſt, qui cum *aſino Buridani* ſophismatum labyrintho implicetur, de quo vid. BAYLE *Dict. Crit. Tit. Buridan. not. B.* LEIBNITZ *Eſſais de Theodicée* §. 49. 307. *b*) Si dabilis eſſet caſus aequilibrii; homo plane foret immobilis, neque agere poſſet; quod nulla ratione praeponderante inclinaretur. *c*) Nihil eum mouere poſſet, quam fors & caſus, vt BAELIUS putat: ſed fors & caſus ſunt mera figmenta rationis, ſi tamquam cauſſae ſine ratione agentes con-

illam partem vnice ab *impulſu* eiusdem *intrinſeco* poſt mature perpenſa omnia proueniat: ſed frequentiſſime per *extrinſeca* velut *momenta* verſus vnam magis, quam alteram partem homo propellitur. Vt enim praetereamus communem illam mortalium in praua procliuitatem, cuius originem atque indolem alterius fori eſt excutere; *primo* voluntati ſingularem quamdam vergentiam conciliat *peculiaris ingenii diſpoſitio*, qua ad certum genus actionis aliqui valde procliues redduntur. Quae non in ſingulis tantum hominibus; ſed & integris in nationibus deprehenditur. Eam autem producere videtur coeli nos ambientis ſolique genius, humorum in corporibus tem-

concipiantur, & aſyla ignorantiae. *d*) Miſera quoque foret libertas, quae indifferentia aequilibrii abſolueretur, & in qua homo non tam ratione aliqua, quam coeco impetu duceretur. Quod contrarium eſt ſapientiae, quae nil agit ſine ratione; & quo maior ſapientiae gradus eſt, eo magis a bono vero ſemper inclinatur. *e*) Vera libertas datur in DEO, angelis bonis, ſanctisque hominibus: qui tamen omnes indifferentia aequilibrii deſtituuntur; cum ſemper ad id inclinentur, quod bonum & optimum eſt: citra tamen neceſſitatem. Conf. LEIBNITZ l. c. paſſim.

peratura ex ipſo ſemine, aetate, victu, valetudine, ſtudiorum ratione ſimilibusque cauſſis proueniens; item conformatio organorum, queis animus ad functiones ſuas obeundas vtitur, & ſimilia. Vbi notandum, (praeterquam quod homo adhibita cura *temperamentum* ſuum non parum retundere & alterare poſſit,) quantacumque etiam vis eidem tribuatur; non tamen eousque illa valere iudicanda eſt, vt hominem neceſſario in violationem legis naturalis rapiat, quousque haec in foro humano exercetur; vbi prauae cupidines intra actum exteriorem ſubſiſtentes non attenduntur. Adeoque ſi vel maxime natura recurrat, furca licet expulſa: id tamen prohiberi poteſt, ne exteriores actiones vitioſas producat. Et, quae in ſuperanda eiusmodi inclinatione occurrit difficultas, illam ſplendor laudis penſat, quae heic victorem manet. Quod ſi autem eiusmodi ſtimuli animum concutiant, quos nulla ratio, quo minus erumpant, reprimere poteſt; via tamen eſt, vt citra peccatum velut depleri queant. (2) §. XIII.

§. XIII. Valde quoque *ſecundo* in certas actiones voluntatem inclinat frequens eiusdem generis actionum repetitio, ex qua enata procliuitas *conſuetudo* vocatur. Per hanc quippe efficitur, vt libenter & expedite actio aliqua ſuſcipiatur ſic, vt obiecto praeſente in id velut trahi animus videatur, aut idem abſens vehementiſſime deſideret. De qua id ob-

(2) Deplere ſtimulum animi aeſtuantem citra peccatum fieri nequit, ſi principia honeſti & normam virtutis reſpicias, quae intimam animi rectitudinem ſtudiumque recte agendi requirit, & non deplendas, ſed reſtinguendas eſſe monet paſſiones. At vero ſi eamdem actionem ad normam legis ſtricte ſic dictae referas, ad principia iuſti, quae maxime externe obligant; omnino aeſtus animi ſine peccato depleri poterit ita, vt non laedatur ſocietatis humanae tranquillitas, e. g. WEBERUS ad h. l. ſuadet: *qui in Venerem pronus eſt, uxorem ducat: qui in iracundiam & pugnas, militiae ſe dedat & in uno conflictu vel centum hoſtes proſternat.* Sed ſi in iſtis exemplis ex ſolo quis aeſtu paſſionum agat; is quidem officium legis non laedit: laedit tamen virtutem, a qua alieniſſimus eſt, e. g. qui ſola iracundia & bruta ferocia ductus hoſtes proſternit, deplet ſtimulum animi, ſed ſine virtute, ſine fortitudine: ita tamen, vt non iniuſte egiſſe cenſendus ſit, ſed potius militis officium a lege requiſitum praeſtitiſſe. Homines enim in foro ſocietatis humanae non puniuntur ob difformitatem internorum motuum cum lege; ſed quia motus externi & actiones erumpentes legi & ſocietati humanae contrariantur.

ſeruandum: *uti nulla videtur eſſe adſuetudo, quin eam adhibita diligentia iterum exuere poſſit homo: ita nullæ quoque animum eousque detorquere valet, vt non exterioribus ſaltem actibus, in quos illa rapitur, heic & nunc cohibendis par homo ſit.* (1) Et quia penes hominem fuit eiusmodi adſuetudinem contrahere; inde, vtut haec actiones facilitet; tamen neque bonarum actionum pretio aliquid decedit, (2) neque prauarum malitia redditur leuior. Quin vti bona adſuetudo hominis laudem; ita praua eiusdem turpitudinem intendit. (3)

§. XIV.

§. XIII. (1) Conſuetudo tantam vim non habet in animos hominum, vt eos plane impediat, quo minus intelligant clariſſime, actuum externorum mala & incommoda longe ſuperare conſuetudinis ſuae blanditias & delectationem. Inclinat voluntatem & trahit; non tamen, vt exinde contrarium reddadatur nobis impoſſibile: ſed liberum nobis eſt illi inclinationi reſiſtere & variis rationibus voluntatem inclinare in alteram partem. De vi conſuetudinis conf. *Eſſais de* MONTAIGNE *L. III. c.* 13. VERULAMII *Sermon. fidel. c.* 37. ERASMI BARTHOLINI *Quaeſtiones Acad. de conſuetudine p.* 52.

(2) Conſuetudine bona quidem nihil decedit officio; multum tamen virtuti: quae virtus non eſt, ſi tantum ex conſuetudinis principio procedat.

(3) Multi ſua vitia excuſant conſuetudine, ſed perridicule: ipſi enim hac ratione confitentur, ſe tot itera-

§. XIV. Plurimum quoque *tertio* interest, an placida tranquillitas animo constet; an vero idem peculiaribus motibus, quos *adfectus* vocant, concutiatur. Circa quos illud tenendum: *quantumcunque vehementes isti sint; tamen debito rationis vsu hominem iisdem superiorem esse posse, ipsorumque impetum saltem intra vltimum actum sistere.* (1) Cum autē adfectuum alii excitentur specie boni, alii specie mali, & stimulēt, vel ad adquirendum aliquod gratum, vel declinandum molestum: naturae humanae congruens est, vt hos, quam illos, plus fa-

 uoris

iteratis vicibus malam actionem perpetrasse, vt tandem in consuetudinem abierit, quam se voluntario suscepisse & etiam nunc alere innuunt.

§. XIV. (1) Adfectus non necessitant animum, nec tollunt libertatem: quod exinde etiam patet, quod homo adfectu saepius abreptus interuentu viri venerabilis & vi coactiua praediti, vel apparentia alicuius periculi vel boni praesentissimi ab adfectu extemplo reuocetur: quidni ergo reuocabitur, si aliquam rationis vim serio & efficaciter adhibeat animus ad retundendos adfectuum motus? qui tanta vi pollent in homine: (1) quia non vult resistere; 2) non attendit ad adfectus nascentes, nec primos eorum gradus expiscatur: 3) non noscit viua cognitione, qui motus mentis suae sint inordinati & vnde oriantur; 4) non persuasus est, adfectuum regimen in sua potestate esse positum.

uoris aut veniae (2) mortales inter comitetur, eoque magis, quo infestius & intolerabilius fuit malum, quod eos excitauit. Longe quippe tolerabilius habetur carere bono ad naturae conseruationem non adeo necessario, quam excipere malum ad naturae destructionem tendens.

§. XV. Denique vti dantur certi *morbi*, qui vsum rationis in perpetuum, aut ad tempus plane tollunt: ita multas apud nationes (1) frequens est, homines sibi vltro arcessere morbi quoddam genus breui transiens, vsum rationis non parum perturbans

(2) Ratio etiam haec subest, 1) quod plus spontanei insit adfectibus ex obiectis delectantibus exortis, quam iis, qui a molestis rebus sunt excitati: 2) tanta menti non inest perturbatio in gratis, quam in molestis rebus, quibus natura omnem vim saepius opponit, quo minus ab iis obruatur: 3) libertati nostrae in rebus molestis plerumque maior vis inclinans extrinseca opponitur; cum in rebus acceptis vis inclinans magis sit intrinseca & in nostra potestate. Conf. ZENTGRAVIVS *de orig. I. N. p.* 400.

§. XV. (1) Meridionales nationes plerumque detestantur hoc vitium, libidini maiorem in modum studentes; & summa ignominia adficitur Hispanus, quando ebrii titulo insignitur. Septemtrionales e contrario Baccho utplurimum litant: licet & Boream malus auferat amor, & in imperio Ve-

bans. Quo innuimus *ebrietatem* ex certis potulentorum generibus ac quibusdam fumis prouenientem, quae violento motu ſanguinem ac ſpiritus impellit & turbat, ac ad libidinem inprimis, iram, temeritatem (2) & enormem laetitiam homines procliues reddit ſic, vt multi velut extra ſe per ebrietatem rapti videantur, & diuerſum plane genium induiſſe, quam quo ſobrii conſpiciebantur. Haec tamen vti non ſemper omnem vſum rationis ſequeſtrat: ita, quatenus vltro arceſſita eſt, odium potius, (3) quam fauorem actio-

Veneris non detur zona frigida. Cauſſam differentiae inueſtigant *les Eſſais de* MONTAIGNE L. 2. c. 2. & BAYLE *Dict. Crit. ſub voce Eremite not. I.* Quod autem nationibus certa vitia propria ſint, oritur partim ex peculiari corporis diſpoſitione & temperamento, partim ex ritibus & conſuetudinibus receptis, quibus gentes adſuefactae ſenſim in certa vitia rapiuntur.

(2) Sanguineos ad libidinem: cholericos ad iram & temeritatem impellit.

(3) Homo per ſummam ebrietatem peccans in legem non punitur proprie ob id delictum, quod ebrius commiſit; ſed quod in culpa ſit, quod in iſtum ſtatum deuenerit: multatur magis ebrietatis vitium, quod per enormem illam actionem maiori apparet turpitudine & laedit ſocietatem humanam.

ctionibus per eamdem ſuſceptis conciliare apta eſt.

§. XVI. Porro actiones humanae vti *voluntariae* ſolent vocari, quatenus a voluntate proficiſcuntur & diriguntur: ita, ſi quae reluctante voluntate ſcienter ſuſcipiuntur, *inuitae* adpellantur, preſſius ſumto hocce vocabulo. Nam latius id acceptum etiam illas comprehendit, quae per *ignorantiam* patrantur. (1) Inuitum autem nobis hoc loco idem notat, quod *coactum*: (2) quando nempe quis ab extrinſeco principio validiore adigitur membra ſua adplicare ita, vt auerſationem & diſſenſum ſuum ſignis ac praecipue renitentia cor-

§. XVI. (1) Actio aliqua inuita eſt per abſentiam voluntatis, non per ignorantiam. Ita, ſi quis venenum bibat, quod eſſe neſcit venenum; haec actio eſt inuita, non ob deficientiam intellectus, ſed quia noluit venenum bibere: quod exemplum adfert THOMASIVS *Fund. I. N. & G. p.* 65. Ignorantia itaque non ingreditur eſſentiam actionis inuitae, ſed eſt occaſio eiusdem extrinſeca: quae quia coniuncta ſemper eſt cum τῷ̃ inuito; hinc ſtatim eſſentiam inuiti in illa collocarunt.

(2) Alias inuitum & coactum varie differunt. Inuitum notat abſentiam voluntatis ab actione, quae vulgo vel per ignorantiam, vel per violentiam inimicam extrinſecam cauſſari dicitur: coactum ſaepis-

corporis ſignificet. Minus autem proprie inuita & illa dicuntur, quando incumbente grauiore neceſſitate aliquid tamquam minus malum eligitur & ſuſcipitur, abs quo alias homo extra neceſſitatem conſtitutus vehementer abhorrebat. Quales actiones vulgo *mixtas* vocant. Hae cum ſpontaneis illud habent commune, quod voluntas pro praeſenti ſtatu eas vtique *eligat* tamquam minus malum. Cum inuitis autem aliquatenus *quoad effectum* conueniunt, quod vel plane non, vel non ita grauiter, vti ſpontaneae, ſoleant agenti imputari.

§. XVII. Ceterum actionum humanarum, quae ab intellectu & voluntate proficiſcuntur & diriguntur, haec

Vid. in hunc §. & ſqq. Puf. de I. N. & G. L. I. c. V.

ſaepiſſime includit praeſentiam voluntatis. Inuitum tollit & prohibet voluntatem: coactum ei infert & addit neceſſitatem. Inuitae actionis auctor numquam dici poſſum, ſi in ſe & ſua cauſa ſit inuita: coactae tamen auctores appellari poſſumus. Non datur inuita voluntas: datur tamen coacta, e. g. homo ſeſe in aquam praecipitans, re bene conſiderata, coacte, ſed non inuitus ſuffocatur. LVCRETIA ſtuprum paſſa eſt a SEXTIO coacta, ſed non inuita: mortem enim amplecti poterat, quam TARQVINIVS minabatur. De quibus infra pluribus ad §. 24.

haec eſt *praecipua adfectio*, quod illae homini poſſint *imputari*, ſeu, quod homo pro earum auctore recte poſſit haberi, ac ad reddendam de iisdem rationem adſtringi, quodque in ipſum redundent effectus, qui ex iſtis proueniunt. Nulla enim propior ratio eſt, quare alicui actio quaepiam imputari poſſit, quam quia ab iſto ſciente & volente, mediate aut immediate, profecta eſt; ſeu quia penes ipſum fuit, vt fieret vel non fieret. (1) Hinc *axiomatis primarii* loco in diſciplinis moralibus ad forum humanum ſpectantibus habetur; quod *de illis actionibus rationem poſci queat homo*

§. XVII. (1) TITIVS ad h. l. minus accurate loqui mihi videtur: *quod ſi* inquit, *amplius inſtes, cur actio voluntaria imputetur; tum nulla vlterius ratio reddi poteſt, ſed illa veritas indemonſtrabilis eſt & immediata perceptione apprehenditur.* Nam quod imputetur actio voluntaria, ratio eſt, quia agens tenebatur obligatione ea agere in iſto negotio vel non agere, quae penes ipſum erat, vt fierent vel non fierent: ſiquidem imputare eſt aliquem rationis poſcere ob actionem patratam, vel illum iudicare cauſſam eſſe, ad quam applicentur effectus morales. Quomodo autem quis poterit rationis poſci ab alio, vel effectus morales mereri in re, ad quam praeſtandam, vel omittendam nulla obligatione ferebatur? Obligatio itaque ad agendum, vel non agendum comitari debet

vo-

homo, quae vt fiant vel non fiant, penes ipſum eſt: ſeu, quod eodem recidit, quod ***quaelibet actio directionis humanae capax, quam penes aliquem eſt fieri vel non fieri, ipſi queat imputari.*** Sic & contra nemo pro auctore eius actionis haberi poteſt, quae penes ipſum neque in ſe, neque in ſua cauſſa fuit.

§. XIIX. Ex hiſce praemiſſis aliquot particulares formabimus propoſitiones, vnde conſtet, quid cuique imputari, ſeu, cuius actionis euentusque auctor quisque poſſit haberi. *I. Actiones ab* (*a*) alio *patratae, vt* &

voluntariam actionem, vt actu imputetur. Sine ea obligatione actio quidem voluntaria capax eſt imputationis, ſiue imputabilis eſt: actu tamen nullos effectus morales ſortitur, ſiue non imputatur. Obligatio vero, qua tenetur, refert ſeſe ad normam agendi, ſiue illa per legem, ſiue per pactum conſtituta ſit: non enim ſola lex fundamentum imputationis conſtituit, quod contra *obſerv. Halenſ. append. obſ. X.* notamus. Sic e.g. promiſſa, debita, aſſecurationes, mandata, reſtitutiones damni imputantur, quia quis voluit vel noluit ea agere, ad quae pacto vel contractu, non vero lege erat obligatus. Quapropter ad verum imputationis actum requiritur, 1) ut aliquis voluerit ita agere vel non agere, ſiue vt actio ſit voluntaria: 2) vt obligatione teneatur ad illam actionem. Auctor hic imputationis magis ſigna, quam fundamenta explanat.

& (b) operationes *quarumuis* aliarum rerum, *nec non quiuis* (c) euentus, *non poſſunt alteri imputari, niſi quatenus ille poteſt & tenetur iſtas moderari.* (1) Nihil quippe eſt frequentius inter *homines*, quam vt (*) vni commiſſum ſit alterius actiones dirigere. Heic igitur ſi actio aliqua ab altero ſit patrata, circa quam iſte omiſit, quod penes ſe erat; actio illa imputabitur non ſolum,

§. XIIX. (1) Proprie alienae actiones nobis non imputantur, nec directe propter alterius factum rationis poſcimur, ſed ob noſtrum concurſum ſiue noſtram actionem, quam cum eo coniunximus. Alienae enim actionis effectus morales non poſſunt de altero in alterum transire, niſi noſtra acceſſerit actio, quae iſtos effectus nobis contrahit. Vt autem hoc fieri poſſit, requiritur a) vt in nobis adfuerit potentia concurrendi vel non concurrendi ad alienum factum. Nam quodcumque, vt fieret vel non fieret ab altero, in noſtra poteſtate non fuit poſitum, id minime in noſtram culpam trahi poterit. Sic gibbus, ſtatura & figura diſcipuli praeceptori tribui nequit. b) vt adfuerit voluntas concurrendi vel non concurrendi, qua licet alienam actionem non voluerimus; cauſſas tamen eius voluimus. c) vt adfuerit obligatio concurrendi vel non concurrendi ad id factum. e. g. MAXIMILIANVS Imperator animum ſuum ſententiae incertum & haeſitantem in arduis negotiis imputabat praeceptori negligentiſſimo & abſurdo. CAROLI V. prudentia CROYO CHEVRESIO eius inſtitutori tamquam cauſſae attribuitur,

ſolum ei, qui immediate ipſam patrauit; ſed etiam iſti, qui ex debita & poſſibili directione aliquid omiſit. Habet tamen ea res fere ſuum modum finemque ſic, ut illud *poſſibile* cum aliquo velut temperamento & moraliter ſit intelligendum: cum per quamcumque ſubiectionem vnius ſub altero ſubiecti tamen libertas non extinguatur, quin alterius directioni reniti & in diuerſa tendere poſſit; nec vitae humanae indoles ferat, vt quis vni perpetuo velut affixus omnes iſtius motus obſeruare queat. Igitur ſi quis omnia fecit, quae directionis ſibi iniunctae natura ferebat; vbi nihilominus quid ab altero patratum fuit, patranti ſoli imputabitur. Sic, poſtquam (*) in *animalia* homines dominium exercent; quae per illa in alterius detrimentum facta ſunt, domino imputabuntur, ſiquidem is ex debita cuſtodia & circumſpectione aliquid neglexit. Sic & *quaeuis mala, quae alteri obtingunt*, (*) imputari iſti poſſunt, qui eorum cauſſam & occaſionem, quum poſſet & deberet, non ſubtra-

(*) *Quod alterum.*

(*) *Quod tertium.*

xit. Sic quum multarum rerum naturalium operationes promouere aut ſuſpendere ſit penes homines; quod ab hiſce commodi vel damni datum ſit, iſtis imputabitur, quantum eorumdem opera vel neglectus ad id momenti attulit. Aliquando etiam *praeter ordinem* imputantur alicui euentus tales, qui alias ſupra humanam directionem ſunt, quatenus intuitu certi hominis iſtos diuinum numen peculiariter procurauit. Extra hoſce & ſimiles caſus ſufficit, ſi de propriis actionibus rationem quis poſſit reddere.

§. XIX. *II. Quaecunque in quolibet homine ſunt vel non ſunt, quae penes ipſum non fuit, vt adeſſent, vel non adeſſent, non poſſunt ipſi imputari, niſi quatenus per induſtriam naturalem defectum non ſuppleuit, aut natiuas vires non adiuuit.* (1) Sic cum perſpicaciam ingenii

§. XIX. (1) Imputantur 1) ſi cauſſa ſuprema incitata fuerit ad immittendum effectum vel defectum naturalem vel a noſtris viribus non dependentem. Sic SALOMONI ſapientia laudi fuit: CAINO illa nota turpitudini datur, quam ei DEVS adiecit, vt diſtingueretur ab omnibus. 2) Si iteratis actionibus nobis non cogitantibus effectum vel defectum quemdam contraxerimus. c. g.

Digitized by Google

ingenii viresque corporis nemo ſibi praeſtare poſſit; nemini quoque eo nomine imputari quid poterit, niſi in quantum culturam adhibuit, aut adhibere neglexit. Sic non ruſtico, ſed urbano atque aulico horridi mores vitio vertuntur. Vnde & valde abſurdae ſunt iudicandae exprobrationes eiusmodi qualitatum, quarum cauſſa penes nos non fuit, v. gr. brevis ſtaturae, formae parum felicis & ſimilium.

§. XX. *III. Quae per ignorantiam inuincibilem patrantur, imputari non poſſunt*: (1) quia neque dirige-

e. g. Femina ob fucum, quo colorem mentiebatur, oculorum vſum amittens. 3) Si potuiſſemus impedire effectum vel defectum, quod tamen negleximus. Sic apud veteres Gallos iuuenis zonae menſuram ventre prominulo excedens multabatur teſte STRABONE *L. IV. p. m.* 362. quia in illa aetate venter propendens ex gula & ingluuie prouenire iudicabatur.

§. XX. (1) GREGORIVS de RIMINI aliique ſcholaſticorum putant nullam ignorantiam inuincibilem excuſare in foro iuris naturae, cum illa orta ſit ex peccato originis, & vel ipſa peccatum ſit, vel peccati poena: ſed praeter id, quod de peccato originis lumini naturae nil conſtet, notandum eſt, intellectum per ſe & ſuam naturam, cum ſit finitus, ignorantiae cuidam inuincibili eſſe ſubiectum. Conf. de ea ſententia BAYLE *Dict. Crit. T. III.* vo-

re actionem poſſumus, vbi intellectus lumen non praelucet; & praeſupponitur, tale lumen ſibi hominem non potuiſſe comparare, neque quo minus poſſet, in culpa fuiſſe. Quin & in vita communi τὸ *poſſe* moraliter accipitur pro illa facultate, ſollertia & circumſpectione, quae vulgo ſufficere iudicatur, & quae probabilibus rationibus ſubnixa fuit.

§. XXI. *IV. Ignorantia, vt & error, circa leges* (1) *& officium cuique iniunctum ab imputatione non liberat.* (2) Nam qui leges & officium

ce Rimini not. A. Hoc tantum addimus ex ſuperioribus, actionem per ignorantiam inuincibilem patratam non eam ob cauſſam proprie imputari, quod ignorantia ſit inuincibilis, ſed quod actio prorſus ſit inuoluntaria ſiue inuita. OEDIPO inceſtus cum matre IOCASTA commiſſus non imputatur, non quia neſciuit ſe filium eſſe IOCASTAE, ſed quia noluit committere inceſtum.

§. XXI. (1) Quaeſtio, an detur ignorantia inuincibilis iuris naturae, adfirmanda eſſe videtur reſpectu ſtatus quorumdam ſubiectorum momentorumque circumſtantium. E. g. infantes recens editi in eo ſtatu non poſſunt vincere ignorantiam ſuam iuris naturae, nec in culpa ſunt, quod in iſto ſtatu verſentur, aeque ac qui inſania & plena fatuitate naturali laborant.

(2) Imputatur ignorantia iuris alicui, non quod ignoret, ſed quod voluerit ignorare.

cium alicui iniungit, efficere ſolet & debet, vt in notitiam ſubiecti illae perueniant: et ad ſubiecti captum leges ac regulae officii attemperari ſolent & debent, circa quas cognoſcendas & retinendas quemlibet ſollicitum eſſe oportet. Vnde qui eſt cauſſa ignorantiae, reſpondere etiam tenebitur de iis actionibus, quae ex illa ignorantia promanant.

§. XXII. *V. Cui occaſio agendi citra ſuam culpam deeſt, illi non imputatur, quod non egerit.* (1) Videtur autem occaſio quatuor haecce com-

§. XXII. (1) Negotia hic nonnumquam diſtinguenda ſunt: in nonnullis occaſio non dependet a noſtro arbitrio, nec in noſtra plerumque eſt poteſtate, ideoque ſola exſpectatio nobis relicta eſt, & non culpandi ſumus, quam quatenus occaſionem exſpectationi noſtrae oblatam non arripuimus. Alia vero ſunt negotia, in quibus non ſolum exſpectanda eſt occaſio, ſed obligamur etiam ad illam excitandam & quaſi procreandam, e. g. Medicus occaſionem exercendi artem ſuam exſpectare tantum poteſt, & delictum committeret, ſi aegrotos redderet homines vel veneno inficeret, ut medendi haberet occaſionem. Sed bellicorum munerum praefecti rerumque publicarum adminiſtratores elicere debent nonnumquam agendi occaſionem, nec occaſio omnimode eſt extra ſapientis poteſtatem. Recte haec explicat VERVLAMIVS *L.* 8. *de augm. ſcient. p.* 233. *Occaſiones non ſemper exſpectemus, ſed eas quandoque prouocemus & ducamus. Quod etiam*

complecti; vt *obiectum* actionis ſit in promptu; vt adſit commodus locus, vbi non poſſimus ab aliis impediri, aut malo aliquo multari; vt adſit opportunum *tempus*, quo non ſint obeunda negotia magis neceſſaria, quodque item aliis, qui ad actionem concurrunt, ſit opportunum; vt denique *naturales agendi vires* ſuppetant. Citra iſthaec enim cum actio fieri nequeat; etiam abſurdum fuerit, ſi alicui imputetur, ad quod agendum occaſio defuit. Sic Medicus ſegnitiae non poteſt argui, ſi nemo aegrotet. Sic liberali eſſe non conceditur, qui ipſe indiget. Sic talentum ſuum defodiſſe argui nequit, cui rite ambienti ſtatio denegata fuit. Et cui multum

etiam innuit Demoſthenes magniloquentia quadam: Et quemadmodum receptum eſt, vt exercitum ducat imperator: ſic a cordatis viris res ipſae ducendae, & quae ipſis videntur, ea gerantur & non ipſi perſequi eventus cogantur. Etenim, ſi diligenter attendamus, duas obſeruabimus easque diſcrepantes ſpecies eorum, qui rebus gerendis & negotiis tractandis pares habeantur. Alii ſiquidem occaſionibus commode ſciunt vti, ſed nihil ex ſe moliuntur aut excogitant: alii toti ſunt in machinando, qui occaſiones, quae opportune incidunt, non arripiunt.

tum datum fuit, ab eo multum repetetur. Sic non poſſumus ſimul ſorbere & flare.

§. XXIII. *VI. Non poteſt* quoque *alicui imputari, quod non praeſtiterit ea, quae vires ipſius excedunt, neque per eas prohiberi aut effici poſſunt.* Inde vulgo *impoſſibilium nulla eſſe obligatio* dicitur: (1) addendum tamen: *modo quis ſua culpa vires praeſtandi non detriuerit, aut perdiderit.* Hic enim eodem modo tractari poteſt, atque ſi vires adhuc obtineret; cum alias facilis eſſet via quamuis obligationem paulo laborioſiorem eludendi, vltro corruptis praeſtandi viribus.

§. XXIV. *VII. Imputari* quoque *non poſſunt, quae quis coacte patitur*

§. XXIII. (1) Quando aliquis ex pacto promiſit res in ſe impoſſibiles; illi non imputatur praeſtationis ſuae impoſſibilitas, nec eam ob cauſſam poenae vel alii effectus moleſti in eum redundant, ſed ob fraudem, quam alicui voluit intentare, ob malitiam vel ob alia momenta, quae totam illam actionem circumſtant. Exemplum habemus, ſi magus vel impoſtor dicaculus non praeſtiterit res omnem potentiam finitam excedentes, de quibus ſibi cum ſuperſtitioſo quodam conuenit: quarum ingens numerus exhibetur *Elect. Iur. publ. Tom. VI. p.* 233.

aut agit. Talia enim amoliri aut defugere ſupra ipſius vires poſitum intelligitur. Cogi autem dicimur duplici modo; uno, quando alius valentior per violentiam noſtra membra ad aliquid agendum aut patiendum adplicat; altero, (1) ſi potentior graue aliquod malum cominus

§. XXIV. (1) Cogere proprie eſt inferre neceſſitatem agendi, h. e. nobis ita actionem obtrudere, vt actio, quae huic contradictoria vel contraria eſt, nobis reddatur impoſſibilis, cum non poſſimus non id agere, ad quod cogi dicimur. E. g. Cum conſiliarii & officiarii Imperatoris FERDINANDI 1618 Pragae e ſumma arce per feneſtras in pomoerium praecipitarentur, & ſecretarius PHILIPPVS PLATTERVS violento caſu in VVILHELMVM Slabatam ſuperiorem iudicii praefectum decideret; ſtatim ex lapſu reſurgens veniam petebat doloris & moleſtiae exinde creatae. Quae res riſum mouere ſolet legentibus, quia non potuerat non praeceps ita ruere in obiecta ſubiacentia ſine ulla libertate ex violentia ſibi illata, quae omnem imputationem hic tollebat. Sed eiusmodi neceſſitas in altera ſpecie coactionis, cuius auctor haec meminit, nulla ratione locum inuenire poteſt. Nam libertas per eamdem non tollitur, ſed quando potentior graue aliquod malum cominus intentat, niſi vltro nos ad aliquid faciendum moueamus aut a faciendo abſtineamus; voluntas noſtra non neceſſitatur, vt potentiam amittat agendi vel non agendi; rationibus tantum viuidiſſimis & euidentibus magis inclinatur & determinatur. Quae inclinatio tamen non impedit, quo minus actio ſit vere voluntaria: penes hominem enim erat malum ſuſtinere aut poſtula-

minus intenter, idque ſtatim repraeſentandi facultatem habeat,) niſi vltro nos ad aliquid faciendum moueamus, aut a faciendo abſtineamus. Tunc enim, niſi expreſſe obligemur id, quod alteri eſt inferen-

 dum,

ſtulata exſequi. Si quis pedem vel digitum porrigat chirurgo reſecandum; id voluntario facit: elegit enim minus ex duobus malis, morte nimirum & reſecatione pedis: alii mortem maluerunt: MARIA e. g. MAXIMILIANI I. coniux, cum in venatione ex equo ferociente deiecta fracto femore omnem tractationem loci affecti per verecundiam refugeret, maluit mori, quam ſanari. HEVTERVS *rer. belgic. L. I. p.* 100. BECM. *lin. doctr. mor. c.* 15. *th.* 7. Martyres voluntario ignem elegerunt: nonnulli vero usque ad ignem conſtantes doloris perpetiendi rationibus adducti receſſerunt & vitam pretio religionis emerunt. Vbicunque igitur deliberationi & electioni locus eſt, ibi non datur vera coactio ſiue agendi neceſſitas. Vt autem claram & diſtinctam huius rei habeamus ideam, diſtinguendum eſt 1) inter rationes inclinantes voluntatem & vim cogentem: 2) inter violentum in ſe & in ſua cauſſa: 3) inter coactionem actuum extra & intra voluntatem, vbi perperam actus imperati & eliciti adferri ſolent: 4) inter neceſſitatem & determinationem voluntatis. Ceterum cum de hominis imbecillitate & perturbatione, quae mali alicuius repraeſentationem ſequi ſolet, aperte conſtet, & ſubiectum cogens in culpa ſit, quod homo in iſtam perturbationem incidat; in foro humano eiusmodi actiones plerumque non imputantur: in foro tamen diuino non item, e. g. Italus DEVM deteſtans eiusque abiurans cultum

dum, noſtro malo redimere, is, qui eam nobis neceſſitatem adfert, pro auctore facinoris habebitur; nobis autem non magis factum iſtud imputari poterit, quam gladio aut ſecuri caedes. (2)

§. XXV. *IIX. Eorum, qui rationis vſu deſtituuntur, actiones non imputantur*: quia, quid agatur, liquido dignoſcere & ad normam comparare nequeunt. Et huc ſpectant actiones infantum, antequam vſus rationis paulo diſtinctius ſeſe in-

tum, ne ab hoſte mortem minante occideretur: filius cum matre inceſtum committens ob metum mortis. Peccamus enim, quando obligationes colliduntur, & in earum comparatione maiorem negligimus, minorem amplexamur, cum tamen iſta noſtro malo redimenda fuiſſet. Plura legi poſſunt pro & contra in I. F. KREBSII *morum ſcientia c. I. & II.* PLANERI *paradoxis moralibus n. II.* THOMAS. *fund. I. N. & G. lib.* 1. *c.* 2. GVNDLING. *Tr. de efficientia metus Halae* 1711. 4. *ed. c.* 1. BARBEYRAC *not. ad Puf. de I. N. & G. l. I. c. V. §.* 9. *not.* 3.

(2) Simile hoc claudicat: in gladio enim paſſiue ſe habente ſola inſtrumenti ratio locum inuenit, cum omni agendi principio deſtituatur: homo autem coactus voluntate ſua varie ſe mouere poteſt & principii extrinſeci rationibus inclinantibus vel annuere vel reſiſtere, & *cauſſae inſtrumentalis* rationem ſuſtinet.

Digitized by Google

incipiat exſerere. (1) Quod enim iſti propter quasdam actiones increpantur aut verberantur, id non ideo fit, quaſi in foro humano poenam proprie dictam meriti ſint, ſed per modum nudae emendationis & diſciplinae; ne per talia moleſtiam aliis faceſſant, aut ne prauam adſuetudinem contrahant. Sic & furioſorum, mente motorum & delirorum actiones pro humanis non habentur, quibus quidem citra ſuam culpam iſte morbus prouenit.

§. XXVI. *IX.* Denique *imputari non poſſunt, quae quis in ſomniis agere*

§. XXV. (1) Quando infantes interfecti ſunt vel in bello vel occaſione atrocisſimorum criminum, quae parentes commiſerunt, non quidem ob ſuammet culpam puniti eſſe dicuntur, ſed partim vt eo acerbius adficiantur parentes, & CICERONE teſte vt caritas liberorum amiciores parentes adderet reip. partim, vt totum genus & familia exſtirpetur, neque vllus ſupereſſet ex tam nefaria domo ad imitandum ſcelus vel mortem vlciſcendam. At vero argumenta illa tanti non ſunt, vt infantes, quibus ne ſua facta quidem in foro humano imputari poſſunt, aliorum factorum reatum ſuſtinere queant: nec DEI exemplum, qui ſine culpae intuitu ius habet in vitam, in hanc cauſſam trahi poteſt. Vid. GROT. *de I. B. & P. c.* 21. §. 14. OSIANDER *ad h. Grot.*

re ſibi videtur, (1) niſi quatenus talibus interdiu cogitandis cum delectatione immoratus eorum imagines animo alte impreſſit; etſi & haec raris-

§. XXVI. (1) Somnia & actiones per ſomnum factae imputantur, a) ſi iis non tantum imagiuatione viuida ex lectione vel tractatione variarum rerum concepta, ſed etiam vnguentis vel aliis rerum naturalium effectibus occaſionem praebeamus. e. g. veneficae certis vnguentis ſibi profundisſimum ſomnum conciliantes, in quo varia ſibi ſcelera patrare imaginantur. Vid. MALEBRANCHE *de inquir. verit. l. 2. p. 3. c. 6.* BAYLE *reſponſ. aux queſtions d'un prouinc. t. I. p.* 304. *ſq.* b) Accedit quoque ἀταξία quaedam moralis ob deſiderium vel ob approbationem iſtorum ſomniorum, vel quia vt norma agendi nobis proponuntur. c) Si ea, quae per ſomnum nobis obuenerunt, potuiſſent adhibita quadam diligentia euitari vel impediri. Ex quibus omnibus tamen videmus, magis voluntatem noſtram, quae ſomnia antecedit vel ſequitur, nobis imputari, quam ipſa ſomnia & quidem in foro magis conſcientiae & diuino, quam humano. Sic inſulſe meretrix quaedam, vt refert CLEMENS ALEXANDRINVS *Strom. L. 4. fol.* 520. adoleſcentem narrantem, ſibi rem cum ea fuiſſe in ſomniis, turpisſimo lucro adſueta accuſauit coram iudice, quod illi mercede ſatisfacere detrectaret. Vnde eodem CLEMENTE autore iudex iuſſit adoleſcentem crumenam in ſole extendere, iuſſit meretricem vmbram apprehendere: lepide imperans, vt ſimulacrum mercedis redderet pro ſimulacro complexus. Non iniuſte quidem, ſed non decenti grauitate, vt monet ZENTGRAVIVS *de orig. iur. nat. p.* 316. Conf. inprimis THOMASII *diſſ. de iure circa ſomnum & ſomnia.*

rariſſime in foro humano attendantur. Alias enim phantaſia in ſomno eſt veluti cymba ſine rectore fluitans ſic, vt penes hominem non ſit praeſtare, qualia viſa iſthaec effingat.

§. XXVII. Circa imputationem autem *actionum alterius* paullo diſtinctius obſeruandum, quod aliquando quidem contingat, vt actio ei, qui immediate eam patrauit, (*) plane non imputetur, ſed alteri, qui hoc tantum velut inſtrumento vſus (**) eſt. (1) Sed frequentius eſt, vt & ei, qui actionem patrauit, & alteri, qui ad eamdem agendo quid vel omit-

(*) *Dicitur al. cauſa phyſica.*

(**) *al. Cauſſa moralis.*

§. XXVII. (1) Ad cauſſam moralem, (cuius variae ſpecies memoriae cauſſa verſiculis his incluſae ſunt: *Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus, Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans,*) tria potiſſimum requiruntur, 1) vt adſit intentio vel ipſius effectus vel ſaltem illius cauſſae. Sic ſacerdos exemplo ſuo auditores excitans ad pietatem non tantum intendit cauſſam, & ipſe vult eſſe pius, ſed etiam effectum, ciues cupiens bene moratos: 2) vt aliquis actione ſua non immediate tangat effectum eumdemque producat: ſic enim foret cauſſa phyſica: 3) vt quis tamen conferat aliquid ad effectum, ſiue agat aliquid vel non agat, ſine quo effectus non fuiſſet ſecutus vel *ex toto* vel *ex parte*. Gradus cauſſae moralis facile diiudicari poterunt, ſi attendamus ad pondus, quod eius actio ad effectum attulit, vel ad nexum actionem inter & effectum, & quam neceſſario illam conſequatur.

omittendo concurrit, illa simul imputetur. Id quod fit *triplici* potissimum *modo*; *vel* vt alter principalis caussa actionis, patrator minus principalis habeatur; *vel* vt vterque pari velut passu ambulet; *vel* vt alter minus principalis, patrator principalis caussa sit. Ad *primam classem* pertinent, qui alterum auctoritate sua ad quid permouerunt; qui consensum requisitum adhibuerunt, citra quem alter agere non poterat; qui poterant & debebant prohibere, & non fecerunt. Ad *secundam classem* pertinent, qui mandant, aut ad facinus patrandum conducunt; qui adiuuant; qui receptum & defensionem praestant; qui, cum opem ferre iniuriam patienti possent & deberent, non fecerunt. Ad *tertiam classem* referuntur, qui consilium (*) speciale dant; qui laudant & assentantur ante patratum facinus; qui exemplo suo ad peccandum accendunt, & similes. (2)

CA-

(2) Si imputationem damni per caussam moralem dati ad principia iusti examinemus; illa eo vsque se extendere potest, vt restitutionem damni violenter ab altero extorquere queamus: lex enim naturae

CAPUT II
DE
NORMA ACTIONUM HVMANARVM,
SEV
DE LEGE IN GENERE ET DE IVSTITIA.

1. Legis neceſſitas.
2. Definitio.
3. Forma, obligatio.
4. Subiectum, homo ſubiectus.
5. Cauſſa efficiens, ſuperior imperans.
6. Principium cognoſcendi, promulgatio.
7. Legis partes.
8. Obiectum ſeu materia.
9. Contraria legi, diſpenſatio & mutatio.
10. Aequitas quid?
11. Diuiſio actionum intuitu legis.
12. Effectus legis ius, ſeu iuſtitia perſonarum,
13. Vel actionum.
14. Diuiſio iuſtitiae.
15. Eius oppoſitum iniuſtitia.
16. Diuiſio legis.

§. I.

QVia actiones humanae a voluntate dependent, voluntates autem ſingulorum non ſem- vid. Puf. de I. N. & G. L. II. c. 1.

turae eſt, neminem eſſe laedendum. Quicumque igitur ab altero vel directe vel indirecte laeditur, ius eo ipſo accipit ſe, ni ſibi ſatisfiat, violenter defendendi: non enim quis obligatur, vt iniuriam, quam alter tamquam cauſſa minus principalis ſibi intulit, patienter ferat: vbi tamen decorum legis rigorem temperat.

ſemper ſibi ſimiles, & diuerſorum in diuerſa fere tendere ſolent; igitur ad ordinem & decorem in genere humano conſtituendum neceſſarium fuit, normam aliquam exiſtere, ad quam iſtae componerentur. (1) Alias enim, ſi in tanta voluntatis libertate, tantaque inclinationum & ſtudiorum diuerſitate quisque citra reflexionem ad certam normam ageret, quod ipſi in mentem veniret, non poterat non maxima confuſio in genere humano exiſtere.

§. II. Norma illa vocatur *lex*, quae *eſt decretum, quo ſuperior ſibi ſubiectum obligat, vt ad iſtius praeſcriptum actiones ſuas componat.* (1)

§. III.

§. I. (1) Voluntates hominum, quae normandae ſunt lege, variantur diuerſimode 1) pasſionum ſiue appetituum dominantium ordine & mixtura: 2) ſpecialibus earum adfectionibus, quae in vna eademque pasſione varie extolluntur: 3) conſuetudine, quae appetitum varie modificat: 4) effectibus in intellectu productis, qui voluntati varia ratione obſtant tenebrasque receptas cum augmento reddunt.

§. II. (1) BARBEYRACVS pleniorem & accuratiorem hic ſubminiſtraturus definitionem, legem ita deſcribit; *eſſe voluntatem ſuperioris ſufficienter*

hoc

§. III. Haec definitio vt eo melius intelligatur, euoluendum eſt, quid ſit obligatio; vnde ea oriatur; quis obligationem recipere, & quis eamdem alteri iniungere queat. Vulgo igitur

hoc vel illo modo promulgatam, qua vel generatim omnes actiones ſibi ſubiectorum, vel ſaltem actiones certi cuiusdam generis dirigit, ita vt reſpectu iſtarum actionum aut iis imponat neceſſitatem certa quadam ratione agendi vel non agendi, aut libertatem pro lubitu agendi vel non agendi iis permittat.

Sed quum 1) voluntas genus legis ſit remotius, quam decretum: 2) actionum vniuerſalitas vel particularitas naturam legis generatim ſpectatam non ingrediatur, ſed legis natura ſine iſta diſtinctione clare & diſtincte concipi poſſit, 3) Quum libertatem agendi vel non agendi ciuibus permittere non tam actio legis ſit, quam non-actio, & ſaepe voluntas imperantis praeter legem ſit, quae in definitione eiusdem non expreſſe memoranda eſſe videtur; ab auctoris definitione, quod pace *Viri* doctiſſimi dixerim, eas ob cauſas recedendum eſſe non puto. Video quidem, Cl. BARBEYRACVM legis permittentis ideam ſecundum monita TITII ad h. l. ea definitione comprehendere voluiſſe, ſed lex expreſſe etiam permittens ne quidem proprie lex dicenda. Nam dupliciter conſiderari poteſt, vel quatenus concedit aliquid, vel quatenus alios illo obiecto prohibet. Priori ſenſu proprie lex dici nequit, nec ad legis definitionem pertinere, quum requiſita legis plane abeſſe videamus, & hic mera beneficii & gratiae conceſſio. Poſteriori autem reſpectu vera lex eſt prohibitiua, cui intelligendae auctoris noſtri definitio ſufficit, nec opus eſt, vt ea nouis ideis *extraeſſentialibus* augmentetur & lex aliqua carens vera obligatione, qualis dici ſolet permiſſio, effingatur.

igitur a) *obligatio* dicitur *vinculum iuris, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei* a) *praeſtandae.* (1) Scilicet iniicitur per eam quaſi frenum aliquod noſtrae libertati, vt quamquam de facto voluntas in diuerſum tendere queat, intrinſeco tamen per eamdem velut ſenſu imbutam ſe deprehendat, vt, ni praeſcriptae normae conformis ſit actio edita, non recte ſe egiſſe cogatur adgnoſcere. Adeoque ſi quid mali eo nomine homini eueniat, non immerito id ſibi accidere iudicet; quum normam, prout par erat, ſequenti iſtud euitaſſe licuerit.

a) vid. Puf. de I. N. & G. L. III. cap. IV. §. 3. ſqq.

§. IV.

§. III. (1) Obligatio dupliciter conſideratur, tum vt actus imperantis, quo imponit neceſſitatem agendi vel non agendi, tum ut qualitas moralis in eo, qui obligatus eſſe dicitur, qua adſtringitur neceſſitate alicuius rei praeſtandae. In hoc ſenſu inuoluit 1) dependentiam iuſtam ab alterius potentia bene aut male faciendi, ſive is, qui obligatur, cognoſcere vel adgnoſcere eam velit ſiue nolit: 2) relationem actionis neceſſariam ad iſtius potentiae placita; 3) ſpem boni & metum mali inde reſultantis. Cl. BARBEYRAC ad obligationem requiri etiam putat ſenſationem rectitudinis vel peruerſitatis noſtrae actionis; ſed ſic vera obligatione deſtituerentur, ad tempus ſaltem, athei plurimique homines cauteriata vel ſtupefacta conſcientia laborantes, a quibus iſta ſenſatio longe

§. IV. Quod autem *homo aptus ſit ad recipiendam obligationem*, duplex cauſſa eſt: vna quidem, quia is voluntatem habet, quae ſeſe in diuerſas partes flectere, adeoque & ad normam componere poteſt: altera, quia homo a poteſtate ſuperioris non eſt immunis. (1) Nam vbi (*) alicuius agentis vires per naturam ad vniformem agendi modum ſunt alligatae; ibi libera actio fruſtra ex-

(*) *quoad primum.*

D 2 ſpecta-

remota eſt; quod tamen ſine impendio veritatis adfirmari nequit.

§. IV. (1) Nulla ex his rationibus ſingulatim obligationis capacitatem probare videtur abſolute. Prima enim ab alicuius voluntate libera & flexili deſumta eam non infert, quum in DEO eiusmodi voluntas liberrima ſine capacitate obligationis concipiatur. Secunda vero, quod aliquis a poteſtate ſuperioris non ſit immunis, refutatur ab exemplo brutorum animantium, quae nullam obligationem ſuſtinent, licet a poteſtate & dominio ſuperioris non ſint immunia. Quod ſi etiam valida eſſet; probaret tamen actualem magis obligationem, quam aptitudinem ad illam recipiendam. Verum ergo fundamentum aptitudinis ad obligationem in eo mihi ſubſiſtere videtur, quod aliquis habeat facultatem ſpem metumque concipiendi ex relatione actionum ſuarum ad normam alicuius ſuperioris, a quo pendere recte poteſt. Sola enim exiſtentia voluntatis & ſuperioris ab auctore adducta nimis generalis eſt, quam vt accurate rem determinet.

ſpectatur, iſtique in caſſum praeſcribitur aliqua norma, qui eam neque intelligere, neque ad eamdem ſeſe componere poteſt. Si quis autem (*) non adgnoſcat ſuperiorem; eo ipſo nemo exiſtit, qui neceſſitatem eidem iure queat iniicere. Et ſi maxime is in agendo certam rationem obſeruet, & a quibusdam actionibus conſtanter abſtineat: id tamen non ex obligatione aliqua, ſed ex proprio beneplacito facere intelligitur. Sequitur ergo, vt ille obligationis ſit capax, qui & ſuperiorem habet, & normam praeſcriptam poteſt cognoſcere, & voluntatem habet in diuerſa flexilem; quae tamen, vbi norma per ſuperiorem fuerit praeſcripta, ſentiat, ſe ab ipſa non recte diſcedere. Quali natura hominem praeditum adparet.

(*) *quoad ſecundum & tertium.*

§. V. *Introducitur obligatio* in animum hominis *proprie a ſuperiore*, i. e. tali, cui non ſolum *vires* ſunt malum aliquod repraeſentandi contra nitentibus; ſed & cui *iuſtae* ſunt *cauſſae*, quare poſtulare queat, ex ſuo arbitrio voluntatis noſtrae libertatem

tatem circumſcribi. (1) Talia enim vbi in aliquo fuerint, poſtquam, quid velit, ſignificauit, neceſſum eſt, in

§. V. (1) Recte hic omnis fons & origo obligationis verae & perfectae, quae neceſsitatem agendi infert, ex ſuperioris iure deducitur, & nota ad §. ſeq. oſtendit, omnem obligationis fontem inter homines in DEO eſſe quaerendum. Quamobrem minus recte philoſophantur, qui omne obligationis fundamentum in argumento vtilitatis quaerunt, & obligationem appellant, quando quis boni vel mali repraeſentatione ad agendum vel non agendum incitatur. Referenda huc eſt philoſophia viri ingenio famaque excellentiſſimi CHRISTIANI WOLFII, qui *in vernünftigen gedancken von der menſchen thun und laſſen c. 1. §. 8. p. 8.* obligare in eo ponit: *augumenta mouentia cuidam repraeſentare, cur aliquid velit vel nolit.* Cui ſententiae ne ſubſcribamus, ſequentes obſtare videntur rationes: a) excluditur idea DEI ab omni obligationis fundamento, & proinde ſuperſedere poſſumus in moralibus DEO atque idea legis & ad normam agendi nos obligantem ſufficiet argumentum ſolum vtilitatis, quod actioni vel non-actioni ineſſe deprehendimus. Atheiſmus omnis, a cuius tamen labe cl. WOLF. alienum eſſe ingenue fateor, hanc ipſam hypotheſin toti ethicae doctrinae ſubſternit, quod in *diſſ. de Syſtemate morali atheorum* fuſius commonſtraui. Obuiam quidem ire voluit ſagaciſſimus WOLFIVS atheismo, dum omne bonum & malum, quod rationes mouentes ingreditur, a natura proficiſci §. 9 docet, & ab ea nos exinde obligari colligit: nihilominus tamen ab idea eſſentiali obligationis remouetur idea DEI, quae ab ea abeſſe nec poteſt nec debet. b) Inſignem ea ſententia inuehit confuſionem in

in animo hominis oriri metum reuerentia temperatum: illum quidem ex potentia, hanc autem ex con-

forum morale, & officia quaeuis in priſtinum chaos recidunt. Quum enim vbiuis rationes mouentes in promptu ſint mentique obueniant; diſtinguere nullo modo poſſumus, quae actionum phyſicarum, quae moralium ſit genuina diſcrepantia; quae officia perfectae ſint obligationis, quae imperfectae; quid vi poſtulari queat ab altero, quid precibus impetrari; quid prudentiae ſit officium, quid humanitatis, iuſtitiae &c. c) Quum etiam nulla actio, quaecumque fuerit, rationibus determinantibus deſtituatur, ne quidem illae, quae dicuntur indifferentes e. c. vt dextrum pedem prius moueam, quam ſiniſtrum, quod LEIBNITZIVS & WOLFIVS concedunt; omnes actiones exinde inuoluent obligationem. Nulla ergo erit indifferens: id quod experientiae omni & rationi contrariatur. d) Quiuis ſibimet ipſi rationes agendi vel non-agendi repraeſentare poteſt: quiuis itaque ſe ipſum poterit obligare: quod tamen abſonum eſt, quum quiuis ſuae voluntati & determinationi libere nuntium mittere queat, adeoque illud ipſum, quod obligatorium eſt, ſimul foret non obligatorium. Quid? quod hoc pacto DEVS ab aeterno ſibi erit obligatus, qui nihil vmquam agit ſine ratione optima, quam ſapientia infinita ſuppeditat. Percipimus quidem in DEO neceſſitatem agendi moralem, qualis ſapientiam infinitam decet; non tamen omnis agendi neceſſitas obligationis nomine compellari poteſt, licet omnis obligatio neceſſitatem moralem includat: multa enim neceſſaria ſunt *neceſſitate finis*, non *neceſſitate obligationis*. Denique e) confundi hic videtur perſuaſio cum obligatione; vis moniti vel conſilii, & vis legis vel obligationis: quicumque enim ius habet

argu-

conſideratione cauſſarum, quae etiam remoto metu allicere aliquem debebant ad iſtius voluntatem amplectendam. Qui enim (*) nullam *rationem* allegare nouit, quare mihi inuito obligationem velit impingere, praeter ſolas vires, is terrere quidem me poteſt, vt effugiendo maiori malo ipſi tantiſper parere ſatius ducam: ſed eo metu remoto nihil amplius obſtat, quo minus meo potius, quam illius arbitrio agam. Contra qui (**) rationes quidem habet,

(*) *Quoad prius.*

(**) *Quoad poſterius.*

argumentis ſuis nos inclinandi in vnam vel alteram partem, non ſtatim gaudet iure nos obligandi: quod ius perfectum dirigendi noſtras actiones inuoluit. Oratores cum ſacri, tum profani ſuis rationibus perſuadendi vim exſerunt; non obligandi poteſtatem ſibi arrogant. Obligatio quidem omnis coniuncta eſt cum rationibus mouentibus, & ea eſt diuini numinis benignitas, vt ad nullas alias actiones humanum genus obligari velit, quam quae felicitatis ſunt adminicula; ſed non omne id, quod rationes animum commouentes adhibet, obligandi vim ſecum habet coniunctam: impune enim multas rationes adſpernari nonnumquam licet. Quod ſi dixeris, voci obligandi aliam ideam per philoſophandi libertatem eſſe adiectam; notes velim in re tanti momenti, quae totius moralis obligationis indolem peruertit, cautius philoſophandum, nec talis modi ideam vocabulo eſſe ſubiiciendam, quae naturam rei, quam ſignificat, penitus immutat.

habet, quare ego ipſi parere debeam, a viribus tamen malum aliquod mihi imponendi deſtituitur, eius iuſſa impune a me poſſunt negligi, ni potentior aliquis huius auctoritatem proculcatam adſertum eat. Rationes autem, quare quis recte poſtulare queat, vt ab altero ſibi obtemperetur, ſunt: ſi ab iſto in hunc inſignia quaedam bona ſint profecta; ſi conſtiterit, iſtum & bene huic velle, & rectius, quam ipſe valet, eidem proſpicere poſſe; ſimulque ſi actu iſte huius directionem ſibi vindicet, & denique ſi quis vltro alteri ſeſe ſubiecerit, & in ipſius directionem conſenſerit. (2)

§. VI.

§. V. (2) Ius aliquem obligandi, vt obtemperet, deriuat auctor a duplici ratione: *primo* ab inſignibus beneficiis. Sed beneficia producunt tantum obligationem, quam vocant, imperfectam grati magis animi, quam obſequii exhibendi. *Secundo* a conſenſu, quo quis alterius directioni ſe ſubiicit: qui tamen conſenſus per ſe fundamentum iuris obligandi conſtituere non poſſet, niſi altiore niteretur fundamento, lege nempe diuina, pacta eſſe ſeruanda. Vid. THOMAS. *fund. I. N. & G. c. IV.* §. 98. 99. BARBEYRAC *ad h. l.* Igitur res omnis recidit in ius diuinum, quo DEVS homines perfecte poteſt obligare, & quod ex creatione & conſeruatione ſibi adquirit. Illud

ius

§. VI. Ceterum vt lex vim ſuam in animis eorum, quibus fertur, exſerere poſsit, requiritur *cognitio cum legislatoris, tum ipſius legis.* Nemo enim obedientiam praeſtare valebit, ſi neque, cui parere debeat, neque ad

ius abſolutum perfecte obligandi alterum ad obſequium nulli homini concesſit naturaliter, ſed omnes voluit eſſe aequales. Quum tamen homo ſine aliorum ope ſe aegerrime conſeruare poſſet, partim ob infirmitatem virium reſiſtendi aliorum ferociae, partim ob laboris varietatem & grauitatem, cui aliorum vires & opera iungenda erant: quum quoque amore mutuo & obligatione imperfecta nollemus, aut non poſſemus adſtringi ad ea rite praeſtanda; hinc ex iure diuino iuſtus aliquis modus pateſcit, quo ex voluntate ſuperioris, DEI ſcilicet, homo hominem perfecte poſſet obligare; eo tamen volente: nimirum, vt alter alteri mutuo conſenſu expreſſo & voluntate declarata atque confirmata neceſsitatem agendi vel non agendi reciprocae vtilitatis cauſſa inferre poſsit, & ea, in quae conſenſit vterque, per remedia coactiua iuſte exigi queant. Pactum enim non foret perfecte obligatorium, niſi lex diuina illam vim ei adieciſſet. Homines ergo vtentes hoc iure obligandi a DEO ſibi conceſſo in ſocietates coaluerunt, ſervata vtplurimum aequalitate. At cum ne ſic quidem commode ſecuritatis finis obtineri poſſet; in ciuitatem atque imperium conſenſerunt, & ius perfecte obligandi in plurimis vitae neceſsitatibus cum eminentia quadam & maiori robore in imperantem detulerunt, qui non opus habet nouo pacto ad normam agendi conſtituendam, ſed ſolo imperio, ſola lege. Conf. OPALENSKI *de officiis l. II. c. 1. 2.*

ad quid teneatur, nouerit. (1) Et legislatoris quidem (*) cognitio eſt facillima. Legum quippe naturalium eumdem eſſe auctorem, qui vniuerſi, ex lumine rationis conſtat. Nec ciuis ignorare poteſt, quis in ipſum imperium obtineat. Leges porro naturales quomodo innoteſcant, paullo poſt exponetur. Ciuiles autem leges per *promulgationem* publice & perſpicue factam in ſubiectorum notitiam perueniunt. (2) In

(*) *Quoad prius.*

§. VI. (1) Vis legis obligantis non ex ciuis *actuali* cognitione, ſed ex voluntate ſuperioris ſufficienter expreſſa dependet, & vim amittit ſuam in ciuis animo, non quod eam actu ignoret, ſed quando legis cognitio non fuit in ciuis poteſtate.

(2) Haec voluntatis ſignificatio ad legem ſumme neceſſaria eſt & cauſſa, ſine qua non obligat. Vid. PET. de MARCA *de Concord. Sacerd. & Imp. l. 2. c. 15.* Non ſufficit ciui noſſe materiam & conſtitutionem legis, ſed requiritur, vt eamdem nouerit, tamquam legem. Ad promulgationem requiritur, 1) vt ſit ſolemnis, partim vt fiat publica auctoritate, partim vt fiat caerimoniis publicis & conſuetis: 2) vt ſit clara & diſtincta vel ratione idiomatis & characteris, vel ratione modi promulgationis: 3) vt ſit ſufficiens & ad cunctorum notitiam pertingere poſſit. Quare certo nonnumquam tempore a promulgationis die primum auctoritas legi accedit. Romanos conſtat trinundinum legi conſtituiſſe, antequam vim obligandi acciperet. Vid. PAVL. MANVT. *antiq. Rom. lib.*

de

In qua de *duobus* conſtare debet; tum quod lex eum habeat auctorem, penes quem ſummum in ciuitate eſt imperium; tum quae ſit legis ſententia. *Prius* cognoſcitur, ſi vel ipſe legem ſua voce promulget, vel autographo conſignet, vel ſi id fiat per ipſius delegatos: quorum auctoritas fruſtra in dubium vocatur, ſi conſtet, hoc cum munere, quod in ciuitate gerunt, eſſe coniunctum, & ipſos regulariter ad idem adhiberi; ſi iſtae leges in vſum iudiciorum deducantur; ſi nihil contineant, quod ſummo imperio deroget. Vt autem (*) ſententia legis recte percipiatur, promulgantibus incumbit, quanta fieri poteſt, perſpicuitate vti. Si quid in legibus obſcurum occurrat; eius declaratio petenda ab legislatore, aut illis, qui ad ius ſecundum leges dicendum publice ſunt conſtituti.

(*) *Quoad poſterius.*

§. VII. Cuiuslibet *legis perfectae duae partes* ſunt: vna, per quam definitur, quid ſit faciendum, quidue omittendum: altera, per quam indica-

de LL. p. 316. Sic promulgatio materiae legis antecedit legislationem.

dicatur, quodnam malum ſit propoſitum ei, qui praeceptum intermittit, & interdictum facit. Nam vti propter prauitatem ingenii humani, in vetita tendere amantis, ſuperuacuum eſt dicere, *hoc fac*, ſi non facientem nil mali ſit manſurum: ita abſurdum eſt dicere, *poenas dabis*, ni cauſa, quae poenam mereatur, praeceſſerit. Sic igitur omnis *vis legis* conſiſtit (*) in ſignificando eo, quid ſuperior a nobis fieri velit, vel non velit; & (*) quae poena violatoribus legis ſit conſtituta. (1) *Vis* autem *obligandi*, i. e. intrin-

(*) *Quoad primum.*

(*) *Quoad ſecundum.*

§. VII. (1) Lex quidem duas habet partes conſtitutionem & ſanctionem poenalem: ex iis tamen vnica ſaltem eius vis reſultat, nempe δύναμις ἀναγκαστικὴ monente ARISTOTELE *l. X. Eth. c. vlt.* quae eſt vis cogendi. Vis enim directiua competit omni praecepto virtutis, a quo lex in eo differt, quod dirigat cum coactione, ſiue quod cogat. Quod autem legi plerumque duplex vis tribuatur, exinde prouenit, quod cogat vel ad obedientiam praeſtandam, vel ad poenam ſubeundam ob illius neglectum; vbi tamen magis obiectum coactionis, quam ipſa vis cogendi differt. Ceterum ſi lex vi illa deſtituatur; vere non eſt lex, ſed monitum aliquod & praeceptum, quod impune laeditur, & cuius nulla in animos hominum vis eſt. Conf. TACIT. *l. II. annal. c.* 85. GRVTERVM *ad Liv. l. X. c.* 9. qui de legis Valerianae

trinſecam neceſſitatem adferendi, & vis cogendi, ſeu, per poenas ad obſeruationem legum adigendi, proprie eſt in legislatore & in iis, quibus legum cuſtodia atque executio eſt commiſſa.

§. IIX. Illud, quod per leges alicui iniungitur, debet non ſolum *intra vires eſſe illius*, (1) cui leges feruntur, ſed & vtilitatem aliquam adferre ſiue illi ipſi, ſiue aliis. Nam vti (*) ſub comminatione poenae aliquid exigere velle ab aliquo, quod eſt & ſemper fuit ſupra ipſius vires poſitum, abſurdum & crudele fuerit: ita (**) ſupervacuum eſt, naturalem voluntatis libertatem conſtrin-

(*) *Quoad prius.*

(**) *Quoad poſterius.*

nae placitis teſtatur: *Si quis adverſus ea feciſſet; nihil vltra, quam improbe factum adiecit: id, (qui tum pudor hominum erat,) viſum, credo, vinculum ſatis validum legis: nunc vix ſeruo ita minetur quisquam.* Idem obtigit in parte prima legis Cinciae, quae quum ſanctione careret, merito imperfecta dicta eſt ab VLPIANO *in reg. tit.* 1. & ab AVGVSTO, poena licet ſtatuta, vix ad obſeruantiam potuit reduci. Vid. BRVMMERI *comment. ad Legem Cinciam c.* 2.

§. IIX. (1) Modo ipſi, cui lex hoc tempore impoſſibilis eſt, imputari nequeat virium defectus vel amiſſio. Sic lex diuina iure a nobis exigitur, licet nobis ſit impoſſibilis: noſtra enim culpa vires agendi amiſimus.

ſtringere, ſi nulla in quemquam vtilitas inde proueniat. (2)

§. IX. Quamquam autem regulariter lex omnes legislatoris ſubditos complectatur, in quos materia legis quadrat, & quos legislator ab initio exemptos non voluit: interdum tamen contingit, vt ab obligatione legis aliquis peculiariter ſoluatur: id quod *diſpenſare* vocant. Vti tamen diſpenſare ille tantum poteſt, cui legem ferendi & abrogandi poteſtas competit: ita cauendum, ne promiſcua & citra grauiſſimas cauſas (1) facta diſpenſatione auctо-

(2) Voluntas enim nulla alia re mouetur, niſi bono: lex ergo contineat bonum, neceſſe eſt, ſiue illud ſit poſitiuum, ſiue priuatiuum. Nec opus eſt, vt ea vtilitas ex materia legis & officii natura promanet: ſufficit, quod imperantis voluntas aliquam vtilitatem extrinſecam ei ſuperaddiderit. An autem de legibus diuinis adſeri poſsit, in multis earum nullam noſtram vtilitatem perſpici poſſe, quod B. BEYERO *in Delin. Iur. Div. Nat. cap. V.* §.64. placuit; id cum fine DEI, cum inſcriptione legis in noſtra natura aliisque rationibus pugnare videtur: principium enim cognoſcendi legem naturae eſt ipſa noſtra felicitas.

§. IX. (1) Diſpenſatio ſine cauſſa facta etiam valet, & imperanti ius competit pro beneplacito ſuo aliquem legis obligatione exſoluere citra cauſſae grauioris inſpectionem. Prudentiae tamen eſt

ſine

auctoritas legum conuellatur, & inuidiae atque indignationi inter ſubiectos anſa praebeatur.

§. X. A diſpenſatione tamen multum differt *aequitas*, (1) quae eſt correctio eius, in quo lex deficit ob vniuerſalitatem; a) ſeu dextra legis interpretatio, qua ex naturali ratione oſtenditur, caſum aliquem peculiarem ſub lege vniuerſali non comprehendi, eo quod alias abſurdi quid

a) Puf. de I. N. & G. lib. V. c. XII. §. 21. & infra libri huius cap. vlt. §. 12.

ſine legitima & exſtantiori cauſſa legis obligationem non tollere, ne derogetur eius auctoritati. Vid. ZIEGLER *de iuribus maieſt. l.* 1. *c.* 7. De cauſſis tum intrinſecis, tum extrinſeeis GROT. *de I. B. & P. l.* 2. *c.* 20. §. 25. 26. STENONIS BIELKE *diſc. polit. de iure regio in impunitate delicti. Tubing.* 1619.

§. X. (1) Momenta differentiae ſunt: 1) aequitas eſt officium iuris nat. diſpenſatio ad gratiam & indulgentiam pertinet. 2) Diſpenſatio tollit obligationem, quae adeſt: aequitas monet nullam adeſſe. 3) Diſpenſatio excipit ciuem a lege: aequitas oſtendit, illum ſub lege non comprehenſum eſſe. 4) Diſpenſatio a ſolo legislatore exercetur: aequitas ab omni & inferiori magiſtratu praeſtari debet. 5) Diſpenſatio contra legem aliquid defert: aequitas oſtendit, legem huc non pertinere. 6) Diſpenſatio in legibus tantum locum inuenit: aequitas in omnibus negotiis, pactis, contractibus vim ſuam exſerit. De aequitatis natura & ratione conferendi GROTIVS peculiari libello de aequitate & indulgentia a NIC. BLANCARDO & paſſim cum eius operibus edito

&

ſtringere, ſi nulla in quemquam vtilitas inde proueniat. (2)

§. IX. Quamquam autem regulariter lex omnes legislatoris ſubditos complectatur, in quos materia legis quadrat, & quos legislator ab initio exemptos non voluit: interdum tamen contingit, vt ab obligatione legis aliquis peculiariter ſoluatur: id quod *diſpenſare* vocant. Vti tamen diſpenſare ille tantum poteſt, cui legem ferendi & abrogandi poteſtas competit: ita cauendum, ne promiſcua & citra grauiſſimas cauſas (1) facta diſpenſatione aucto-

(2) Voluntas enim nulla alia re mouetur, niſi bono: lex ergo contineat bonum, neceſſe eſt, ſiue illud ſit poſitiuum, ſiue priuatiuum. Nec opus eſt, vt ea vtilitas ex materia legis & officii natura promanet; ſufficit, quod imperantis voluntas aliquam vtilitatem extrinſecam ei ſuperaddiderit. An autem de legibus diuinis adſeri poſsit, in multis earum nullam noſtram vtilitatem perſpici poſſe, quod B. BEYERO *in Delin. Iur. Div. Nat. cap. V.* §.64. placuit; id cum fine DEI, cum inſcriptione legis in noſtra natura aliisque rationibus pugnare videtur: principium enim cognoſcendi legem naturae eſt ipſa noſtra felicitas.

§. IX. (1) Diſpenſatio ſine cauſſa facta etiam valet, & imperanti ius competit pro beneplacito ſuo aliquem legis obligatione exſoluere citra cauſſae grauioris inſpectionem. Prudentiae tamen eſt ſine

auctoritas legum conuellatur, & inuidiae atque indignationi inter ſubiectos anſa praebeatur.

§. X. A diſpenſatione tamen multum differt *aequitas*, (1) quae eſt correctio eius, in quo lex deficit ob vniuerſalitatem; a) ſeu dextra legis interpretatio, qua ex naturali ratione oſtenditur, caſum aliquem peculiarem ſub lege vniuerſali non comprehendi, eo quod alias abſurdi quid

a) Puf. de I. N. & G. lib. V. c. XII. §. 21. & infra libri huius cap. vlt. §. 12.

ſine legitima & exſtantiori cauſſa legis obligationem non tollere, ne derogetur eius auctoritati. Vid. ZIEGLER *de iuribus maieſt. l.* 1. *c.* 7. De cauſſis tum intrinſecis, tum extrinſeeis GROT. *de I. B. & P. l.* 2. *c.* 20. §. 25. 26. STENONIS BIELKE *diſc. polit. de iure regio in impunitate delicti. Tubing.* 1619.

§. X. (1) Momenta differentiae ſunt: 1) aequitas eſt officium iuris nat. diſpenſatio ad gratiam & indulgentiam pertinet. 2) Diſpenſatio tollit obligationem, quae adeſt: aequitas monet nullam adeſſe. 3) Diſpenſatio excipit ciuem a lege: aequitas oſtendit, illum ſub lege non comprehenſum eſſe. 4) Diſpenſatio a ſolo legislatore exercetur: aequitas ab omni & inferiori magiſtratu praeſtari debet. 5) Diſpenſatio contra legem aliquid defert: aequitas oſtendit, legem huc non pertinere. 6) Diſpenſatio in legibus tantum locum inuenit: aequitas in omnibus negotiis, pactis, contractibus vim ſuam exſerit. De aequitatis natura & ratione conferendi GROTIVS peculiari libello de aequitate & indulgentia a NIC. BLANCARDO & paſſim cum eius operibus edito

&

quid inde foret ſecuturum. Nam quia ob infinitam varietatem omnes caſus neque praeuideri, neque exprimi poſſunt; ideo iudices, quorum eſt generalia legum decreta ad ſpeciales caſus adplicare, debent a lege excipere eiusmodi caſus, quos excepturus fuerat ipſe legislator, ſi praeſens adeſſet, aut tales caſus praeuidiſſet.

§. XI. Porro a relatione & congruentia ad normam moralem actiones humanae certas ſortiuntur *qualitates & denominationes*. a) Et illae quidem actiones, de quibus in neutram partem quid disponit lex, vocantur *licitae* ſiue *permiſſae*. (1) Etſi

a) Puf. de I. N. & G. L. I. c. VII.

& Germanice etiam adiecto editioni GROTII in german. lingu. translati *Francof.* 1719. *fol.* BOECLERVS *inſtit. polit. l.* 2. *c.* 5. *p.* 151. *ſq.* PHILARETI *ethica l.* 1. *P.* 2. *c.* 9. *p.* 254. *ſqq.*

§. XI. (1) Lex non omnes actiones hominum circumſcribit limitibus, ſed eas tantum, quae influunt in tranquillitatem externam ſocietatis humanae & ſalutem ciuitatis. Manifeſte itaque de nonnullis actionibus addita ſanctione poenali disponit, & quid agendum, quid fugiendum ſit, expreſſe monet & determinat: multa autem ſilentio praetermittit, quae non videt influere in externam hominum tranquillitatem. In hiſce rebus quiuis libertate ſua vtitur, easque actiones permiſſas

Etſi quandoque in vita ciuili, vbi non omnia ad viuum poſſunt reſecari, illa etiam licita dicantur, in quae poena fori humani non eſt conſtituta, etſi in ſe honeſtati naturali repugnent. Quae porro actiones cum lege congruunt, *bonae;* quae

miſſas ſiue licitas eſſe in ſocietate humana iudicat; quas lex praecepto nullo iniunxit vel prohibuit. Quidquid ergo lex permittere dicitur, in eo non praeſcribit normam agendi, quod tamen de eſſentia legis eſt, ſed tacet de iſto negotio, quod minime gentium hanc ob cauſſam a lege approbatur. Res enim quae permitti dicuntur, duplicis ſunt generis, a)nec laedunt externam nec internam hominum tranquillitatem, nec principiis iuſti ſunt contrariae nec principiis honeſti:quales ſunt ſcientiam addiſcere, in caelibatu viuere, vitae conditionem eligere &c. 2) nonnullae vero non turbant quidem directe externam tranquillitatem: deſtruunt tamen internam & aperte principiis honeſti contrariantur, licet principia iuſti non attingant: quales ſunt ambitio, auaritia, intemperantia, impietas. De quibus egregia ſunt, quae monuit Cl. BARBEYRAC *diſcours ſur la permiſſion des loix ou l'on fait voir, que ce, qui eſt permis par les loix n'eſt pas toujours juſte & honnête. a Geneve* 1715. 4. Conf. GROT. *I. B. & P. L.* 1. *c.* 1. §. 9. THOMAS. *fund. I. N. & G. l.* 1. *c.* 5. §. 6. Caue tamen, ne beneficii conceſſionem ex gratia & beneuolentia principis cum permiſſione legis hic confundas: quicquid enim praeter beneficentiae virtutem in ea continetur, vel ad praeceptionem vel prohibitionem manifeſte ſpectat, nec vt nouo & improprio legis permittentis termino exprimatur, neceſſe eſt.

quae diſcrepant, *malae* vocantur. (2) Sed vt aliqua actio bona ſit, neceſſum eſt, vt ex omni parte cum lege congruat; vt mala ſit, ſufficit, ſi in vna dumtaxat parte deficiat.

§. XII. Iuſtitia autem quandoque eſt attributum *actionum*, quandoque *perſonarum*. Quando *iuſtitiae perſonae* tribuitur, ſolet vulgo definiri, quod ſit *conſtans & perpetua volun-*

(2) Actionum bonitas vel prauitas duplex potiſſimum eſt: phyſica, qua actio naturae noſtrae conuenit vel contraria eſt: quam etiam atheus admittit, adſerens, ſe ea omnia, quae officia dicuntur, accurate obſeruare, quod conueniant ſuae naturae atque vitae. Altera eſt moralis, quae in conuenientia cum norma agendi vel pugnantia conſiſtit. Moralis bonitas coniuncta eſt cum bonitate phyſica, ſed non vice verſa; cum phyſica bonitas extendatur etiam ad res, quae non admittunt moralitatem. Hinc duplex indifferentia: prior, qua actio aliqua naturae rei neque vtilis eſt neque pernicioſa: poſterior eſt moralis, qua actio aliqua fieri aut non fieri poteſt citra legis offenſionem. Haec itaque pro diuerſitate legis variatur in actionis habitu morali, ita vt, quae lege ciuili ſunt indifferentia, lege diuina ſaepiſſime mala ſint. Sic polygamia cum legibus humanis & praeceptis decori pugnat: iure tamen diuino vniuerſali indifferens eſt. Mendacium, otium, ebrietas multaque vitia legibus ciuilibus permittuntur, ita vt ſine delicto fieri aut non fieri poſſint: aduerſantur tamen principiis honeſti naturalibus.

voluntas ſuum cuique tribuendi. (1) Iuſtus quippe vir dicitur, qui iuſta faciendo delectatur, qui iuſtitiae ſtudet, ſeu in omni re conatur facere id, quod iuſtum eſt. Iniuſtus contra, qui negligit cuique ſuum tribuere, vel id non debito ſuo, ſed praeſente commodo menſurandum exiſtimat. Sic vt iuſti hominis non paucae poſſint eſſe actiones iniuſtae, & vice verſa. Iuſtus quippe iuſta facit propter praeceptum legis, iniuſta nonniſi per infirmitatem: iniuſtus autem iuſta facit propter poenam legi adiunctam, iniuſta per animi malitiam.

§. XIII. Quando vero *iuſtitia actio-*

§. XII. (1) Iuſtitia *perſonarum* alius plane fori eſt, & ad philoſophiam moralem ſiue ethicam ſpectat, non ad ius naturae. *Perſonae* enim iuſtitia a) virtus eſt, vt ex definitione auctoris conſtat, de qua in ethicis: iuſtitia actionum ad officia ſpectat iuris naturae: b) obligatione interna nititur: iuſtitia actionum obligatione externa: c) de ea in foro conſcientiae, de hac in foro externo humano conſtat. Hinc ethici vberius de iuſtitia *perſonarum* explicuerunt, eiusque partes conſtituunt puritatem, quae reſecat, quod vltra menſuram ſupereſt, & perfectionem, quae ſupplet, quod ad plenam menſuram deeſt. Vid. GEVLINGII *ethica c. 2. p. 86. ſqq.* PHILARETVS *ethic. l. 1. p. 2. c. 9. §. 2. p. 249.*

ctionibus tribuitur, tunc nihil aliud eſt, quam *recta applicatio earumdem ad perſonam;* Et iuſta actio, quae ex proaereſi, ſeu a ſciente & volente adplicatur ad perſonam, cui illa debetur. Sic vt *iuſtitia* actionum a *bonitate* in hoc potiſſimum *differat,* (1) quod haec ſimpliciter notet conuenientiam cum lege; iuſtitia autem

§. XIII. (1) Obſcure ſatis differentiam bonae & iuſtae actionis auctor hic exponit: bona enim actio quoque reſpectum ad alios inuoluit, quum ad illius eſſentiam requiratur, vt in omnibus circumſtantiis, etiam *perſonarum*, cum norma agendi conueniat. Ergo ſic mihi res videtur explicanda: bonitas terminus generalis eſt, notans a) qualitatem actionis moralem, qua cum norma agendi, quaecumque illa ſit, ex omni parte conuenit. Bona ergo actio eſt, tum quae conuenit cum principiis iuſti, tum quae conueniens eſt principiis honeſti & decori. Iuſtitia e contrario notat illam actionis qualitatem, qua per obligationem externam ad normam legis ſtricte ſic dictae ſiue ad principia iuſti compoſita eſt. Omnis itaque actio iuſta bona quoque neceſſario eſt, ſed non omnis actio bona ſtatim iuſta in ſenſu proprio dicenda: e. g. decorae actiones nihil iuſti inuoluunt. b) Bonae quoque & malae actionis terminus praeter conformitatem cum regula agendi inuoluit quoque reſpectum boni & mali, quod per eamdem ex poteſtate normae agendi in nos redundat: iuſtitia vero & iniuſtitia actionum ſolam conuenientiam & diſconuenientiam cum norma legis ſignificat. Conf. LOCKIVM *de intell. hum. l.* 2. *c.* 28. §. 5. *p. m.* 140.

tem praeterea inuoluat reſpectum ad eos, in quos actio exercetur. Quo nomine etiam *iuſtitia virtus aduerſus alium* dicitur.

§. XIV. Iuſtitiae diuiſionem non omnes eodem modo inſtituunt. Receptiſſima eſt diuiſio in *vniuerſalem & particularem.* Illa dicitur, quando quodcumque officium exercetur erga alios, etiam quod per vim, aut intentata in foro actione exigi non poterat. Haec autem eſt, quando alicui potiſſimum exhibentur, quae

§. XIV. Totus hic §. pertinet ad iuſtitiam perſonarum: quare non ad iuris naturae diſciplinam, ſed ad ethicam referendus. Iuſtitia vniuerſalis ſiue attributrix eſt, quae cuique tribuit, quod habere dignus eſt, ſiue, vt loqui amant. quod etiam iure imperfecto exigere poteſt. Iuſtitia particularis ſiue expletrix eſt, quae cuique tribuit, quod habendi vel poſtulandi ius habet, ſiue quod iure perfecto, vt dicitur, exigere poteſt. Quod ad iuſtitiam diſtributiuam & commutatiuam attinet, illa diſtinctio merito reiicitur a PHILARETO *ethic. l. I. part. 2. c. 9. §. 3. n. 5. p. 251. ſqq.* TITIO *ad h. l.* BVDDEO *elem. phil. pract. p. 2. c. 2 §. 46. p. 222.* cum 1) non iuſtitiam, ſed eius obiecta diuidat: 2) vtraque ſpecies circa idem obiectum nonnumquam verſetur: 3) proportione ſua non ſemper ſint diſtinctae: 4) inextricabiles errores & difficultates ob ideas ſcholaſticas ſibi adiunctas inuoluat. Vid. GROTIVM *de I. B. & P. lib. 1. c. 1. §. 8. n. 2. 3.* IACOB. THOMASIVM *annot. 107. n. 54. ad tab. 23. phil. pract.*

ille ſuo iure poſtulare poterat: & haec iterum ſolet diuidi in *diſtributiuam* & *commutatiuam*. Illa nititur pacto inter ſocietatem & membra inito circa participandum pro rata damnum & lucrum. Haec autem nititur contractu bilatere potiſſimum circa res & actiones in commercium venientes.

§. XV. Cognito quid iuſtitia ſit, facile etiam, quid *iniuſtitia* ſit, colligitur. Vbi obſeruandum, quod actio iniuſta, quae deſtinato ex conſilio ſuſcipitur, & per quam violatur, quod alteri perfecto iure debebatur, aut quod tali iure vndecumque partum is poſſidebat, proprie *iniuria* vocetur. (1) Quae triplici modo fit: vel ſi alicui denegetur, quod

§. XV. (1) Iniuſtitia perſonarum & actionum rurſus diſtinguenda, eaque ad ethicam, haec ad ius naturae pertinet. Actio appellatur iniuſta ratione principiorum iuſti, quibuscum non conuenit; & in iniuriam abit, ſi alterius iuri malitioſe aliquid ſimul detrahat. Inde omnis iniuria eſt iniuſta, ſed non omne iniuſtum eſt iniuria, ad quam praeter requiſita actionis iniuſtae & ea, quae auctor attulit, etiam requiritur, vt inuito inferatur, qui non conſentiat in detractione iuris ſibi facta: volenti enim non fit iniuria, licet fiat, vt ita loquar, iniuſtitia, ſiue iniuſta actio in eum volentem committatur.

quod ſuo iure poſtulare poterat; non ſi quid dumtaxat ex humanitate aut ſimili virtute debebatur: vel ſi auferatur, quod ſuo iure aduerſus auferentem valente, tenebat: vel ſi malum aliquod alteri inferatur, quod inferendi poteſtatem non habebamus. Ad iniuriam praeterea requiritur deſtinatum conſilium & malitia eius, qui facit. Quae vbi abfuerit, laeſio alterius *infortunium* aut *culpa* vocatur,(2) grauior aut leuior, prout grauis aut leuis fuerit ſocordia & negligentia, ex qua quis in alterum velut incurrit.

§. XVI. Lex reſpectu auctoris dividitur in *diuinam & humanam*: a) illa a DEO; haec ab hominibus lata eſt. Sed ſi lex conſideretur, prout neceſſariam & vniuerſalem congruentiam cum hominibus, vel minus;

a) Pufend. de I. N. & G. L. I. c. VI. §. 18.

(2) Quando diligentia etiam adhibita actio praeuideri non potuit, & cum ignorantia efficace coniuncta eſt; dicitur caſus infauſtus ſiue infortunium: ſi autem potuiſſet praeuideri, & per negligentiam, non tamen malitiam, nec deſtinato conſilio peccatum fuerit; dicenda illa actio eſt erratum ſiue culpa. IAC. THOMASIVS *phil. pract. not. ad tab. XXVI. n.* 4. haec ex ARISTOT. *l. V. moral. cap. X.* clare & diſtincte expoſuit.

nus, habet, diuiditur in *naturalem & positiuam. Illa est, quae cum rationali ac sociali natura hominis ita congruit, vt humano generi honestae & pacifica societas citra eamdem constare nequeat.* Vnde & illa per rationis homini congenitae lumen, & ex consideratione humanae naturae in vniuersum inuestigari & cognosci potest. *Haec* est, quae ex communi conditione humanae naturae haut quicqnam fluit, sed *ab solo legislatoris placito proficiscitur*, etsi nec ipsa sua ratione ac vsu, quem certis hominibus aut peculiari societati generat, carere debeat. Est autem *lex diuina*, alia *naturalis*, alia *positiua*. (1) *Humana* autem omnis presse accepta *positiua* est.

CA-

§. XVI. (1) Systema legis diuinae positiuae uniuersalis per illas ipsas manus cecidit, per quas exstructum est. Licet enim ante CHRIST. THOMASIVM, GROTIVS, CVRCELLAEVS, ZIEGLERVS, KVLPISIVS illius meminerint: primus tamen ille fuit, qui fundamenta istius systematis iacere & dilucidius exponere voluit. Sed primus etiam fuit, qui probabilitatem huius sententiae, quam clariorem reddiderat, solide disiecit non tantum in fundamentis iuris naturae & gentium passim

CAPUT III
DE
LEGE NATURALI.

1. Notitia ſtatus naturalis neceſſitatem legis nat. docet.
2. Homo naturaliter ſui conſeruandi ſtudioſiſſimus;
3. Absque aliorum tamen ope miſerrimus:
4. Habetque nocendi non ſolum procliuitatem;
5. Sed & facultatem.
6. Ingenio varius & affectibus.
7. Inde infertur ſocietatis colendae neceſſitas.
8. Socialitatis leges ſunt ipſa lex naturae.
9. Fundamentum legis N. ſocialitas.
10. DEVM tamen & religionem praeſupponit.
11. Vnde legis & obligationis vltimum firmamentum.
12. Quomodo lex nat. naturae nota dicatur?
13. Diuiſio officiorum iuxta leg. naturae.

§. I.

QUaenam legis naturalis ſit indoles, quae neceſſitas, & quibus eadem praeceptis in

paſſim, ſed etiam *in obſerv. Halenſ. tom. VI. obſ. XXVII. p. 279. ſqq.* Miror ergo WEBERVM ad h. l. PVF. & B. BEYERVM, cuius delineatio iuris diuini naturalis & poſitiui vniuerſalis 1716. in 4. *Lipſiae* prodiit, illud figmentum retinuiſſe. Licet enim DEVS tamquam legislator generis humani potuerit praeter ius naturae ex mero beneplacito ſuo omnes homines ad peculiaria praecepta poſitiua adſtringere; non tamen patet, an id vnquam fecerit. De promulgatione nihil conſtat, neque quod vo-

isthac mortalium conditione constet, planissime perspicitur, si quis naturam & ingenium hominis (1) penitius perscrutatus fuerit. a) Sicuti enim ad accuratam legum ciuilium cognitionem plurimum facit

a) Puf. de I. N. & G. L. II. c. III.

voluerit eiusmodi leges humano generi annunciare DEVS, neque quod promulgauerit. Ea, quae tamquam praecepta vniuersalia positiua proferuntur, aut sunt leges naturales certam hypothesin vel instituta specialia supponentes, quibus applicatae sunt, aut conclusiones principiorum honesti & decori in ipsa natura humana fundatorum: cuius rationem cum plene & perfecte per corruptionem nostram scire non liceat; cautissime de eo iudicandum esse arbitror, an praeceptum aliquod in illius oeconomia fundatum sit, nec ne: quidquid etiam HOCHSTETERVS *colleg. Puf. exercit. III.* pro stabilienda ista lege adferre adlaboret. Conf. omnino BVDDEVM *instit. theol. mor. p. 2. c. 1. §. 11. p. 370.*

Ad §. I. (1) Dispositio status naturae humanae vera potissimum est ratio legis naturae, quam DEVS non despotice suam vtilitatem intendens, sed instar principis clementissimi ad necessitates ciuium respicientis condidit, adeoque ea omnia, quae humanae naturae optima & conuenientissima sunt, legibus humanae naturae inclusit. Naturam enim humanam suae voluntati conformem condidit, ita, vt in eadem vbique voluntatis diuinae vestigia appareant. Quicumque ergo naturam humanam considerat, & quae ei sunt conuenientia, cognoscit, ille materiam & contenta legis naturae adhibita attentione eo ipso cognosci tamquam pretiosas post lapsum reliquias. Vid. BAELII *const. des pensées diuerses sur la comete c. 152.*

Digitized by Google

cit, ſtatum ciuitatis moresque & ſtudia ciuium probe intellexiſſe: ita perſpecto communi mortalium ingenio ſtatuque facile patebit, quibus legibus eorumdem incolumitas contineatur.

§. II. Id igitur homo habet commune cum omnibus animantibus, queis ſenſus ſui ineſt, vt ſe ipſo nihil habeat carius; ſeipſum ſtudeat omnibus modis conſeruare; (1) vt quae

§. II. (1) Cum DEVS hominem condidiſſet; voluit eum quoque conſeruari ſecundum voluntatem ſuam. Sicuti ergo omnibus rebus inſtinctum & impetum naturalem ad ſui conſeruationem indidit: ſic quoque homini tamquam praeſtantiori creaturae amorem naturae ſuae implantauit, quo homo ſui exiſtentiam & felicem continuationem anxie conſeruare & promouere ſatagit. Hoc eſt palmarium inter τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν prima naturae, quae CICERO *l. III. de finibus c. V.* ſecundum Stoicam doctrinam exponit, & approbarunt GROTIVS *de I. B. & P. l. I. c. II. §. 1. ſqq.* KVLPISIVS *colleg. Grot. p.* 20. BOECLERVS, VELTHEMIVS, OBRECHT, IAEGER *ad h. l. Grot.* Studium itaque conſeruandi ſeſe a DEO homini implantatum non tantum ius eſt ſiue facultas moralis ſine impedimento ſeſe amandi & conſeruandi, ſed etiam principium manuducens nos ad intelligentiam legis naturalis. Recte ergo HOBBES *de cive p.* 11. *Iuris naturalis fundamentum primum eſt, vt quisque vitam & membra ſua, quantum poteſt, tueatur*: nec video, quomodo vir celeb. IAE-

quae bona sibi videntur, adquirere; quae mala repellere nitatur. Qui quidem adfectus regulariter tantus est, vt reliqui omnes eidem cedant. Et quicumque hominis salutem impugnatum it, eum non potest non iste auersari eousque, vt etiam depulso malo intentato plerumque odium & cupiditas vindictae adhuc remaneat.

§. III. Ast in eo prae brutis homo deteriore iam conditione videtur, a) quod vix vllum aliud animal tanta a nativitate imbecillitas prosequatur; sic, vt miraculi sit instar futurum, si quis ad maturam aetatem peruenerit, nisi aliorum hominum auxilium accedat. Quum nunc inter tot inuenta humanae necessitatis adminicula, plurium annorum sollicita informatio requiratur, vt proprio quis Marte victum & amictum sibi parare queat; fingamus hominem citra omnem ab aliis hominibus

a) Puf. de I. N. & G. L. II. c. I. §. 8.

IAEGERVS *in obs. ad Grot. p.* 21. illam sententiam multis modis falsam DEOque & hominibus infestam vocet, cum ipse *pag.* 85. adserat, *prima naturae*, nempe conseruationem sui, *fundamentum esse, ad minimum remotum legis sanctissimae, qua quisque obligatus sit, vt se amet.*

Digitized by Google

bus accedentem curam & culturam ad robuſtam aetatem prouectum, cui nihil ſit ſcientiae, niſi quod ex proprio ingenio velut vltro pullulauit, eumdemque ab omni aliorum hominum ope atque conſortio in ſolitudine deſtitutum: ſane vix miſerabilius animal deprehendetur; (1) elingue nimirum ac nudum, cui nihil aliud relictum, quam herbas radicesque vellere, aut ſponte natos fructus legere, ſitim fonte, flumine aut

§. III. (1) Miſeriam hominis ab aliorum ſocietate remoti in ſolitudine viuentis illuſtrant exempla, quae adduxerunt KORNMANNVS *opp. curioſ. T. 1. de miraculis viuorum p.* 49. *ex append. ad Schaffneburgenſem* de puero Haſſiaco nutrito a lupo alioque inter feras capto, BECMANNVS de homine inter vrſos anno 1661 in Lithuano-Grodnenſibus ſiluis reperto, *in hiſt. orb. terrar. p. 1. c. 9. ſect. 4. p.* 411. *ſqq.* Nonnulli quidem cum arte quadam fingere voluerunt exempla hominum extra ſocietatem humanam educatorum, qui ſuo tantum ingenio nulla adiuti inſtitutione indagare & reperire potuiſſent veritates & luminis naturalis principia, vt BALTHASAR GRACIAN *in critico ſuo c.* 1. Arabs quidam ABI IAAFAR *in philoſopho autodidacto*, quem EDVARDVS POCOCKIVS latine & arabice exhibuit *Oxonii* 1700. 4. Sed fingi ea omnia quisque videt ſine vlla veriſimilitudine, hominem naturalibus ingenii viribus ea eſſe ſtatim adnotaturum & obſeruaturum, quae illi ingenio exculto multaque ſollertia & ſagacitate excogitarunt.

aut lacuna obuia leuare, repellendis aëris iniuriis antra ſubire, aut muſco gramineue corpus vtcumque tegere, tempus taedioſiſſimum per otium exigere, ad quemuis ſtrepitum aut alterius animantis occurſum exhorreſcere, denique fame, frigore, aut per feram beſtiam demum perire. Contra quidquid iam commoditatum vitam humanam comitatur, id omne ex mutua hominum ope redundauit ſic, vt poſt DEum O. M. nihil in hoc orbe ſit, ex quo maior vtilitas homini prouenire queat, quam ex ipſo homine.

§. IV. Iſthoc tamen tam vtile inuicem animal non paucis laborat vitiis, & non minore *nocendi facultate* praeditum eſt; a) quae coniunctionem cum ipſo reddunt ſatis ancipitem, magnamque requirunt cautionem, ne pro bono malum quis ab illo ſortiatur. Iam primum maior fere ad nocendum *procliuitas* in homine; quam in quouis brutorum deprehenditur. (1) Nam bruta fere

a) Puf. de I. N. & G. L. II. c. I. §. 6. & L. VII. c. I. §. 4.

§. IV. (1) Quod homo in ſua corruptione prae bru-

tis

fere *cibi deſiderio & Veneris* efferantur: quorum vtrique tamen facili negotio ipſa ſatisfacere poſſunt. Et eo deſiderio ſopito non temere in iras aut ad laedendum alios concitantur, niſi quis irritauerit. Aſt homo animal eſt nullo non tempore in *libidinem* paratum, cuius ſtimulis longe frequentius vellicatur, quam conſeruandae ſpeciei neceſſarium videbatur. Eiusdem quoque *ventis animantibus vitiis ſcateat maioribus,* quae in iis plane non exiſtunt, inde cumprimis prouenire mihi videtur, quod homo abutatur cogitationibus, reflexionibus vel opinionibus mentis ſuae, quarum beſtiae non ſunt capaces. Per ſuas enim imaginationes & cogitationes homo excitat libidinem, iram, ebrietatis ſtudium, affectus omnes, qui tot vicibus in animo non recurrerent, niſi per cogitationem & meditationem eorum obiecta viuide reuocarentur in animum, fomenta iis ſuppeditarentur, & mens varia ratione agitaretur. Per opinionem ſuam moleſtias ſentit, vbi nullae ſunt, remque nullius momenti tamquam miſeriam intolerabilem concipit, cuius repraeſentatione mille cruciatus ſibimetipſi infert: per cogitata ſua ſemper inquietus maiora anhelat & ſedato aliquo deſiderio meditatione ſua noua elicit, quae tranquillitatem impediunt & peruertunt. Quare Stoici, vt ex *Antonino*, *Epicteto*, *Arriano* patet, ſemper ad emendandam & bene dirigendam opinionem prouocant, quia intellexerunt, quantum momentum ad hominis felicitatem adferat recte de rebus cogitare & opinari. Conf. MOLINAEI *Paix de l'ame l. 2. c. 2.*

ter non ſatiari dumtaxat, ſed & titillari vult; & ſaepe plura adpetit, quam natura digerere valet. Veſtibus ne indigerent bruta, natura proſpexit: aſt homo non ad neceſſitatem tantum, ſed & ad oſtentationem veſtiri gaudet. Multi praeterea *adfectus* atque cupidines brutis ignoti in mortalium genere deprehenduntur: ſuperflua habendi libido, auaritia, gloriae & alios eminendi cupiditas, inuidia, aemulatio ingeniorumque contentio. Indicio eſt, quod pleraque bella, quibus genus mortalium colliditur, ob cauſſas gerantur brutis ignotas. Atque iſta omnia ſtimulare homines poſſunt & ſolent, vt ſibi mutuo nocere velint. Accedit in multis eximia quaedam petulantia, & aliis inſultandi libido; quibus ceteri, etiam modeſto ingenio praediti, ſtudio ſe ac ſuam libertatem conſeruandi ac tuendi, non poſſunt non offendi ac ad reſiſtendum accingi. Quandoque etiam homines ad mutuas laeſiones incitat *inopia*. & quod praeſens rerum copia cupiditatibus aut indigentiae eorum non ſufficiat.

§. V.

§. V. Sed & *maxima vis* ineſt hominibus ad noxas mutuo inferendas. Nam etſi neque dentibus, neque vnguibus aut cornibus ſint formidabiles, ut multa brutorum: tamen habilitas manus (1) in efficaciſſimum

§. V. (1) Obſeruat habilitatem manus Arabs ille, quem POCOKIVS edidit in ficto ingenioſe exemplo philoſophi ſui aucodidacti p. 44. 47. qui perſpiciens animalium pernicitatem & vires, & quae eſſent illis arma ad repellendum ea, quae cum ipſis contenderent, veluti cornua, dentes, vngulas, calcaria, vngues & his ſimilia, aegre ferebat, ſe eſſe nudum armis deſtitutum, viribus debilem, ſibique fructus comedendos impune ab animalibus eripi. Sed forte adſumens a ramis arboris baculum eoque feris ſe opponens ſuas vires intellexit, manumque omne armorum genus inuoluere & longe ipſarum armis praecellere vidit. PLVTARCHVS *de amore frat. p.* 478. docet naturam aptaſſe manum in multos atque inaequales digitos ſciſſam, aptiſſimum & artificioſiſſimum inſtrumentum vt eſſet: inde ANAXAGORAM narrat putaſſe, cauſſam omnis humanae ſapientiae in manibus hominis quaerendam eſſe; dogmate ſane ad atheiſmum procliui, idque innuente, hominem non a numine quodam organa in deſtinatum finem & ſapientem vſum accepiſſe, ſed forte fortuna per organorum vſum ad ſapientiam perueniſſe & varia inueniſſe, quae ſibi aliisque eſſent proficua. Conf. BAYLE *dict. crit. tom. I. voc. Anaxagoras not. E. p.* 220. Quod manus nobis datae ſint, vt poſſimus iuris noſtri eſſe vindices, GROTIVS recte adfirmat *de I. B. & P. l. I. c. V. §.* 1. eumque contra OSIANDRVM & ZIEGLERVM ad h. l. defen-

mum nocendi inſtrumentum euale-ſcere poteſt; & ſolertia ingenii aſtu & per inſidias graſſandi facultatem dat, qua aperta vi pertingere non licet. Sic, vt facillimum ſit, hominem homini grauiſſimum malorum naturalium, nempe mortem, inferre.

§. VI. Denique & in genere humano conſideranda eſt *inſignis illa ingeniorum varietas*, (1) qualis in ſingulis brutorum ſpeciebus non cernitur; quippe quae conſimiles fere inclinationes habent, parique adfectu & adpetitu ducuntur. Aſt inter homines quot capita, tot ſenſus,

dunt IAEGERVS *obſerv. ad Grot. p.* 184. SIMON ad h. l. homo autem per mentis malitiam in nocendi & exercendae vindictae & iniuſtitiae inſtrumenta eas conuertit.

§. VI. (1) Ingeniorum varietas & contentio infinitas producit diſcordias 1) opinionum diuerſitate, quae ſummam laedendi libidinem & odia internecina progignit, vt ex controuerſiis theologicis & bellis litterariis patet: 2) appetituum non tantum contrarietate, ſed etiam conuenientia, quando plurium cupido in vnam eamdemque rem incidit, quae inter plures nulla ratione diuidi poteſt. De quibus vid. HOBBES *de cive c.* 1. GVNDLING. *diſſ. de ſtatu naturali Hobbeſii* 1706. *Halae ed.* §. 20. *ſqq.* Inter eos, qui varietatem ingeniorum concinne & eleganter deſcripſerunt, palmam ceteris praeripit NEVHVSIVS *theatro ingenii humani.*

Digitized by Google

ſus, & ſuum cuíque pulcrum. Nec ſimplici aut vniformi cupidine omnes agitantur, ſed multiplici & varie inter ſe mixto. Imo vnus & idem homo ſaepe ſibi diſſimilis cernitur, &, quod vno tempore concupiuit, ab eodem alio tempore valde abhorret. Nec minor in ſtudiis, inſtitutis & ad exſerendum animi vigorem inclinationibus varietas, quae iam in infinitis fere vitae generibus conſpicitur. Per quae ne mutuo collidantur homines, ſollicita temperatura & moderatione opus eſt.

§. VII. Sic igitur homo iam eſt animal ſui conſeruandi ſtudioſiſſimum, per ſe egenum, ſine auxilio ſui ſimilium ſeruari impotens, ad mutua commoda promouenda maxime idoneum: idem tamen iuxta malitioſum, petulans & facile irritabile, ac ad noxam alteri inferendam pronum non minus, quam validum. Vnde colligitur, eidem, vt ſit ſaluus, neceſſum eſſe, vt ſit ſociabilis, i. e. vt cum ſui ſimilibus coniungatur, & aduerſus illos ita ſe

gerat, vt ne isti probabilem caussam accipiant eum laedendi, sed potius eiusdem commoda seruare & promouere velint. (1)

§. IIX. Huius ergo socialitatis leges, seu, quae docent, quomodo quis sese debeat gerere, vt commodum societatis humanae membrum existat, vocantur *leges naturales*. (1)

§. IX.

§. VII. (1) Omnia ea, quae hic auctor protulit, probant tantum a) socialitatem homini conuenire, sed non hominis esse legem: b) hominem sic duci sua ipsamet vtilitate solum ad colendam societatem, non vero obligatione erga alios, ideoque priuatum magis commodum, quam societatis data occasione pro lubitu esse promoturum: c) societatem esse bonum extraordinarium & quasi antidotum hominis malitiae & imbecillitati opponendum, non vero bonum ordinarium a natura homini destinatum. Plura vid. *in Titio ad h. l.*

§. IIX. Satis demonstrat auctor, societatem homini vtilem esse & necessariam, & ex eo colligi posse, partem nostrae felicitatis in ea versari & voluntatis DEI rationem illi inesse i. e. legis naturalis. Nondum tamen sufficit ea demonstratio ad euincendum principium iuris naturalis, quod ad cognoscenda ea officia manuducere debet, quae iure perfecto & vi ab aliis vrgere & extorquere possumus: cognita enim societatis vtilitate, non patet, alium me ad societatem colendam cogere posse, siue si societatem cum alio recusem, eum nanciscì ius se violenter defendendi, i. e. ius belli. Auctor potius inuenit principium decori, quod officia humanitatis illustrat.

Digitized by Google

§. IX. His positis adparet, *fundamentalem* (1) *legem naturalem* esse hanc: (2) *cuilibet homini, quantum in*

§. IX. (1) Ad *fundamentalem* I. N. stricte sic dicti propositionem requiritur, 1) vt sit in natura hominis fundata, eique, in quocumque sit statu, conueniat: 2) vt sit euidens, clare & distincte cognoscibilis cuique, per consequens & certa & vera, cuius nota est euidentia: 3) vt sit adaequata, & omnia in se officia hominis erga alios perfecta, quae vi vrgeri possunt, complectatur, nec ad alia se extendat: 4) vt sit vnica. Ex quibus requisitis facile erit iudicium de distinctis variorum eruditorum principiis, quae excogitarunt, quorum catalogum texuerunt BVDDEVS & LVDOVICI *hist. sur. nat.* PROELEVS *diss. de origine diuersorum iur. nat. principiorum Lipsi.* 1703. *hab.* REIMANNVS *introd. in hist. litter. P. III. artic. IV.* GVNDLING. *via ad verit. iurisprud. nat.* 1714. 8. *ed. c. II. p.* 23. *sq.* GERHARDI *delineat. I. N. lib.* 1. *c.* 9.

(2) Quisque videt, societatem particularem tantum esse propositionem, officia decori hominum aduersus se inuicem denotantem & ius naturae stricte sic dictum non constituentem, ad quam officia erga DEVM & seipsum indirecte tantum spectent, sed ipse PVFENDORFIVS haec officia excludi vult *specim. controu. c. V. §. 5. Erid. Scand. edit. Hert. p.* 253. §. 25. *p.* 294. §. 16, *p.* 327. §. 13. vid. PROELEVM *diss. de orig. diuersorum iur. nat. principiorum* §. 27. *sqq.* Qui itaque PVFENDORFIVM in eo reprehendunt, (insignis autem eorum numerus est,) quod posuerit principium insufficiens, quod neque pietatem neque temperantiam complectatur; illi mentem ipsius minus recte capiunt, qui ipse religionem a iuris naturae disciplina vna cum temperantiae principiis distinctam esse osten-

in se, colendam & seruandam esse so-
cialitatem. a) Ex quo consequitur,
(quia, qui vult finem, vult etiam
media, sine quibus finis obtineri ne-
quit:) omnia, quae ad istam socialitatem necessario & in vniuersum faciunt, iure naturali praecepta; quae eamdem turbant aut abrumpunt, vetita intelligi. Reliqua autem praecepta sunt tantum velut subsumtiones sub hacce generali lege, quorum euidentiam lumen illud naturale hominibus insitum insinuat.

a) Puf. de I. N. & G. L. II. c. III. §. 14. sqq.

§. X. Isthaec porro praecepta etsi manifestam habeant *vtilitatem:* tamen vt eadem vim legis obtineant, necessum est praesupponi, DEVM esse, & sua prouidentia omnia regere; eumdemque mortalium generi iniunxisse, vt ista rationis dictamina tamquam leges, ab ipso vi congeniti luminis promulgatas, obseruent. Alias enim possent ea quidem fortasse obseruari intuitu vtili-

dit. Eam ob caussam doctrinam de religione in opere maiori de I. N. & G. data opera omisit, & male BARBEYRAC, lacunam quasi suppleturus, eamdem in notis adiecit; quum ad aliud prorsus forum sit referenda.

Digitized by Google

tilitatis; (1) ſicut quae a medicis regendae valetudini praeſcribuntur; non autem tamquam leges; quippe quae

§. X. (1) Non ſufficit ſola ſocietatis vtilitas: requiritur maxime, vt monſtretur, culturam ſocietatis a ſuperiore nobis eſſe iniunctam, qui ius habuit inferendi nobis neceſſitatem agendi. Recurrendum ergo eſt ad principia altiora, quae ſocietatis principium antecedunt, quod ad §. ſeq exponam. Illud enim principium: *Cole ſocietatem:* atheus quam lubentiſſime concedit, & manibus pedibusque in omnes concluſiones iuris naturae deſcendit, omnia eius officia ſe obſeruaturum pronuncians ob eorum conuenientiam cum ſua natura; non vero tamquam effectus morales alicuius legis. His principiis innititur ſyſtema morale atheorum, quod TOLANDVS atheiſmi patronus *in Adeiſidaemone p. 71. ſqq.* ſic expoſuit: *Virtutum & vitiorum diſcrepantiam lubens agnoſcit atheus, ab ipſa vtpote rerum eſſentia promanantem; laudisque ſemper internae & vituperii ſibi conſcius eſt, ob ea, quae recte aut ſecus fecerit. Quamuis nihil abſolute & per ſe bonum aut malum fateatur, ſed reſpectu tantum habito ad bonos aut malos vſus, quibus res quaeque inſeruit, prout ſcilicet homines gaudio afficit aut dolore, vel in quantum taedet & delectat. Caeterum quo minus mercedem vllam aut poenam poſt mortem exſpectat futuram, eo magis ſtudere tenetur praeſentis vitae (& vnice ſecundum illam) felicitati; quam nemo tamen conſequi poſſe nouit abſque aliorum adiumento & mutua opera; quia nulla ſocietatis beneficia percipere debet ille, nec percepturus eſt, qui aliis non fecerit, quae ſibi fieri exoptat. En fundamentum virtutis & excitamentum!* Vtilitatis itaque & legis notiones probe diſtinguendae ſunt ob intri-

quae neceſſario ponunt ſuperiorem, & quidem talem, qui alterius gubernationem actu ſuſceperit.

§. XI.

catam etiam controuerſiam, an iuſtum vel iniuſtum antecedenter ſe habeant ad voluntatem DEI, an iuſtum aliquid ſit non propter legem DEI, ſed per ſe, ita vt, ponente GROTIO, ſi daretur, DEVM non exiſtere, tamen iuſtitia & iniuſtitia actionum noſtrarum immutata foret. Concedimus enim actiones humanas per ſe conuenire cum natura humana, & illam conuenientiam iam ab aeterno tamquam veritatem in intellectu diuino eiusque de rerum natura ideis exſtitiſſe, & voluntatis diuinae ab aeterno fuiſſe comitem; ſed haec conuenientia innuit tantum vtilitatem actionis & inutilitatem, quod homo ſic bene agat & ſuae naturae conuenienter vel contra. Sed nondum obligationem perfectam in iisdem concipimus, ita vt ſine crimine homo ſuae vtilitati non potuerit interdum renunciare: non concipimus praeceptum & prohibitum, nec non conuenientiam cum voluntate ſupremae rationis cum iuſſu & lege ſuperioris, vel repugnantiam, ſiue, quod idem eſt, nondum nobis conſtat de iuſtitia & iniuſtitia actionum. Si dari poſſet, DEVM non exiſtere; actionum maneret conuenientia cum humana natura, ſed non iuſtitia ſiue conuenientia cum voluntate ſupremae rationis ſiue cum lege, quae non exiſteret. Conf. ZIEGLER *ad Grot. prol. n. XI.* SAM. COCCEIVM, *in diſſ. de principio I. N. vnico Francof.* 1699. *hab.* BEYER. *delin. iur. nat. c. IX. §. 24. ſqq. p. 63.* BAYLE *continuation des penſées diuerſes tom. II. c. 152.* LEIBNITZ *eſſais de Theodicée P. II. §. 182. ſqq.* LVDOVICI *delin. hiſt. iur. nat. p. 150. §. 89.* WOLFIVM *ethica c. 1. §. 20. p. 15.* qui contrarium ſtatuit.

Digitized by Google

§. XI. Esse autem DEVM legis naturalis auctorem, ex ratione naturali ita demonstratur, (1) si prae-

§. XI. (1) Ordo demonstrandi principia iuris naturae ex sua origine, nempe voluntate supremae rationis siue legislatoris DEI, hic esse mihi videtur: 1) DEVS nos ita condidit, vti hominem ab aeterno in idea sua concepit sapientissime: 2) creauit nos non ad suam vtilitatem, sed ad nostram; vt nobis bene sit: 3) voluit ergo secundum sapientiam suam nos esse perfecte felices, quoad naturam nostram, i. e. nos perfecte frui omni perfectione status nostri interni & externi: 4) voluit ergo nos viuere secure, tranquille siue animo quieto & commode: haec enim pertinet ad veram & perfectam felicitatem: 5) hinc quidquid vere promouet felicitatem nostram, illud DEVS a nobis agi voluit; quia illud sapientiae suae conuenientissimum esse vidit, & in vera ptomotione nostrae felicitatis intelligimus nos maxime promouere gloriam DEI; quia facimus eius voluntatem: *fac ergo, vt sis felix.* Ex quo principio vniuersali 6) tria oriuntur specialiora semper coordinanda: primum, *noli turbare pacem externam*, vt secure viuas; secundum, *cole pacem internam*, vt tranquille viuas: tertium, *cole ea, quae salua vtraque pace commoditates vitae promouent*, siue cole amicitiam hominum, vt vere commode viuas. Quae sunt principia *iusti, honesti* & *decori*, quorum plenior deductio suae cuilibet disciplinae relinquenda, & ex quibus *principium iuris naturae est: Cole pacem externam.* Dubia, quae circa hanc demonstrationem subnascuntur, partim a THOMASIO, WACHTERO aliam licet viam ingrediente, PROELEO, WERNHERO, GVNDLINGIO &c. soluta sunt, partim facile attenta meditatione solui possunt.

praeciſe praeſenti mortalium conditioni inhaereamus; non attendendo, an primaeua conditio diuerſa ab hac fuerit, & vnde iſta mutatio prouenerit. *Quum enim natura hominis ita* ſit conſtituta; vt citra ſociabilem vitam humanum genus incolume eſſe nequeat, hominisque animus notionum huc inſeruientium capax deprehendatur; & vero pateat, non ſolum genus humanum, vti aliae creaturae, originem ſuam DEO debere, ſed & eumdem iſtud vtcumque iam conſtitutum prouidentiae ſuae moderamine complecti: inde conſequitur, DEVM velle, vt homo iis viribus, quas ſibi prae brutis peculiares ineſſe ſentit, ad naturae ſuae incolumitatem vtatur, vtque adeo a brutorum exlege vita humana vita ſit diſtincta. Id quod quum aliter, quam ſeruata lege naturali, obtineri nequeat; intelligitur quoque, a DEO obligatum hominem ad iſthanc ſeruandam, tamquam medium non ex arbitrio hominum inuentum, ac ex

eorum

eorum libidine mutabile, ſed expreſſe ab ipſo DEO huic fini procurando conſtitutum. Qui enim obligat ad finem, cenſetur quoque eiumdem obligaſſe ad vſurpanda media fini neceſſaria. Sed & *ſocialem vitam* a DEO hominibus *pro imperio iniunctam* eſſe, indicio eſt, quod in nullo praeterea animante ſenſus religionis, aut metus numinis deprehendatur, qui in animali exlege intelligi non poſſe videtur. Abs quo generatur tener admodum ſenſus in animis hominum non plane corruptorum, quo conuincuntur, in legem naturalem peccando offendi illum, cui in animos hominum imperium eſt, & qui metuendus ſit, etiam vbi ab hominibus metus non impendet.

§. XII. Quod vulgo dicitur, *iſthanc legem natura notam eſſe*, id non ita capiendum videtur, quaſi in animis hominum iam naſcentium inhaereant actuales & diſtinctae propoſitiones circa agenda & fugienda; a) ſed partim quod illa per lumen ratio-

a) Puf. de I. N. & G. L. II. c. III. §. 24.

rationis inueſtigari poſſit, partim, quod ſaltem communia & praecipua capita legis naturalis ita plana & liquida ſint, vt ſtatim aſſenſum inueniant, & ita animis inoleſcant, vt numquam inde iterum deleri queant, vtut forte homo impius ad ſopiendas conſcientiae vellicationes eorumdem ſenſum plane ſtudeat exſtinguere. (1) Quo nomine etiam in *ſacris*

§. XII. (1) Adde palmariam cauſſam, cur cordibus humanis lex inſcripta ſit, ſcilicet, quod lex diuina naturalis humanae naturae ita conuenienter lata ſit, & eius neceſſitatibus adeo euidenter accommodata, vt non tantum homo leui naturae ſuae contemplatione voluntatem DEI rationibus ſapientiſſimis innixam cognoſcere queat, ſed etiam, ſi occurrat aliquod praeceptum legis diuinae, ſtatum percipiat relationem eius ad ſuam naturam, eique adſenſum praebeat. Non ergo actualis aliqua notitia, ſed potentialis intelligenda eſt, qua homo, qui ad rationis vſum peruenit, mediante inſpectione ſuae naturae viribusque intellectus adiutus facillimo negotio potentia proxima notitiam iur. nat. ſibi adquirere poteſt. (NB. Id quod multi Theologorum noſtratium quoque ſtatuunt, MVSAEVS *introd. in theol. c. II. §. 19. p. 12.* BAYERVS *theol. poſ. P. I. c. I. p. 188.* HVLSEMANNVS & SCHERZERVS *ad Hulſ. brev. c. II. p. 85. 86.* BVDDEVS *theol. moralis P. II. c. II. p. 398.*) Nemo maiori perſpicacia & fortioribus rationibus hanc theſin probatam dedit, quam LOCKIVS *de intell. hum. l. I.* vbi impugnat Carteſianorum & Scholaſticorum abſurdam de habitu coñato doctrinam; non

ſacris litteris cordibus hominum inſcripta

non vero, vt nonnullis viſum fuit, potentialem notitiam innatam: oſtendit enim, *naturales quosdam characteres, κοινὰς quas vocant ἐννοίας, ſive inſitas rerum & in primo ipſorum ortu quaſi conſignatas quasdam in animis noſtris notiones non exiſtere, ſed homines ſola facultatum naturalium ope ſine notionum quarumuis impreſſarum adminiculo eam, qua vulgo imbuti ſunt, notitiam & certam inſuper rerum cognitionem adſequi poſſe.* Argumenta palmaria, quibus Carteſianorum & Scholaſticorum ideae & principia innata refutantur, ſunt: 1) principia practica ſunt propoſitiones, quae innatae eſſe nequeunt ſine ideis actualibus: ideas autem actu nobis a natura non obſeruari toto *cap. IV. l. I.* LOCKIVS demonſtrauit. 2) Non in memoria dici poſſunt latere: alias earum reminiſceremur, ſiue in earum perceptione nobis eſſemus conſcii, illas cognitas aut perceptas prius fuiſſe. 3) Rationis ope & vſu innoteſcunt; quod cum omnibus & ſingulis veritatibus quidem habent commune: in eo tamen differunt, quod potentia proxima ex ipſa humana natura citius & facilius cognoſcantur. 4) In hominibus, qui nullis aliis ideis animum imbuerunt, infantibus, rudibus &c. minus apparent, quam in iis, qui ratiocinatione de ſua rerumque natura mentem exercitarunt. 5) In hominibus extra hominum conſortium educatis, vel ab inſtitutione per defectum ſenſuum intercluſis prorſus abeſſe ſolent: quod tamen fieri non poſſet, ſi eſſent actuales innatae, inſtar habitus. Plura vid. in LOCKIO, quem refutare anniſi ſunt SCHERLOK peculiari libello, BVDDEVS l. c. VAL. ERN. LOESCHERVS *orat. ſoll. de opere legis in corda inſcripto. Witteb.* 1707. *hab.* Conf. BARBEYRAC *praefat. ad Puf. de I. N. & G. §. IV. p. XXX.* MASTRICHT *gangr. Carteſianar. nouit. p.* 198.

a) Roman. II, 15. *ſcripta* a) (2) dicitur. Inde & quum a puero ex vitae ciuilis diſciplina eorumdem ſenſu imbuamur; & vero recordari non poſſimus id tempus, quando primum eadem hauſerimus; non aliter de ea cognitione cogitamus, ac ſi illa nobis naſcentibus iam adfuiſſet. (3) In quod cuilibet etiam circa linguam ipſi vernaculam contingit.

§. XIII.

(2) Locutionem hanc metaphoricam (*cordibus inſcriptum*) non notare innatum eſſe, ſed de claritate & liquiditate cognitionis intelligendam oſtendit auctor noſter *apolog.* §. 24. *p.* 33. *epiſt. ad amicos p.* 112. *ſpecim. controu. c. IV.* §. 23. CLERICVS *art. crit. T. I. P. II. S. I. c. IV.* GROTIVS *ad l. Roman. II.* CVMBERLAND *de lege nat. prolegom.* Rationes ſubſunt ſequentes: 1) notitia naturalis quomodo inſit, patet ex naturali notitia ideae Dei, quae per ratiocinationem mentis ex operibus Dei adquiri dicitur Rom. I, 19. 20. 2) Phraſis illa quum metaphorica ſit, in plerisque locis ſcripturae S. notat ſcientiam adquiſitam & quidem rerum, quae innatae dici non poſſunt. Ieremiae XVII, 1. Ierem. XXXI, 33. Prouerb. VII, 3. Haec pace B. L. ex alieno foro veritatis amore hic attuliſſe liceat.

(3) Origo ſententiae contrariae deducenda 1) ex praeiudicio ab auctore allato: 2) ex iniqua explicatione dicti biblici: 3) ex principiorum ſcholaſticorum ad biblia applicatione: 4) ex conſequentiis iniuſtis & ſuſpicionibus, quibus tamquam argumentis ab inuidia ductis premitur ſententia Puf. 5) quod viderint leges illas ſine praeuia doctrina & expreſſa inſtitutione innoteſcere &c.

§. XIII. *Diuiſio officiorum*, quae ex lege naturali homini incumbunt, commodiſſime videtur inſtitui *ſecundum obiecta*, erga quae iſta ſunt exercenda. Quo intuitu illa in tres principales partes (1) diſpeſcuntur; quarum prima tradit, quomodo ex ſolo rectae rationis dictamine quis ſeſe debeat gerere *aduerſus DEVM*: alte-

§. XIII. (1) Addunt nonnulli cum HVGONE de ROY *tr. de eo, quod iuſtum eſt l.* 1. *tit.* 2. cum SCHILTERO *manuduct. philoſ. moralis ad iurisprudentiam c.* I. cum OMEISIO *diſſ. de officiis erga bruta Altorfi* 1702. *ed.* cum PROELEO *Grund-ſatze des rechts der natur, Lipſ.* 1709 *ed.* officia erga bruta. Sed ſolus vſus beſtiarum, ad quem prouocant, officiorum erga eas fundamentum conſtituere nequit: alias officia in lignum atque lapides darentur. Quid? quod omnia, quae in relatione ad bruta animantia praeſtanda nobis ſunt, commode ad officia erga nosmetipſos referre poſſimus; nonnulla ad officia erga alios homines. Erga animantia tamen eadem olim obſeruata eſſe leguntur a Pythagoraeis, de quibus vid. HESHVSII *dogma Pythagoraeum de abſtinentia carnium*, SCHEFFERI *phil. Ital. p.* 143. *ſqq.* a Benianis in orientali India, vid. MANDELSLO *itiner. l.* 1. *c.* 7 *&* 37. ab incolis iuſulae Suratae, vid. DELLA VALLE *itin. P. IV. p.* 24. *ſq.* a rege Calechuti & eius ciuibus honoratioribus, vid. ALOYSIVS *Cadamuſtus nauigat. c.* 57. a Turcis, vid. BVSBEQVII *legat. epiſt.* 3. Plura vid. in CAMERARII *horis ſubciſiuis centur. I. c.* 21. *& cent.* 2. *c.* 79. 80. Adde ZENTGRAV. *in ſumma iur. div. p.* 3. *ſqq.* LA CROZE *hiſt. du Chriſtian. des Indes l.* 6. *p.* 432.

altera, quomodo *aduerſus ſeipſum*; (2) tertia, quomodo *aduerſus alios homines*. Quamquam autem primario & directe ea praecepta legis naturalis, quae ad alios homines ſpectant, ex ſocialitate, quam fundamenti loco ſubſtrauimus, deriuentur: tamen etiam indirecte officia hominis erga DEVM, tamquam Creatorem, inde deduci poſſunt, quatenus vltimum firmamentum officiis erga alios homines a religione & metu numinis accedit, ſic vt ſociabilis quoque non eſſet homo, ni religione foret imbutus, (3) & quia ſola

(2) Haec officia h. l. non fuiſſent tractanda, ſed ad philoſophiam moralem ableganda ob rationes ſuperiores.

(3) Hominem ſine religione ſociabilem non eſſe, falſum omnino eſt: nam 1) religio ſocietatis cauſſa non eſt condita, neque eius eſſentiam ingreditur: 2) multa ſunt ſocietatum genera, quae religionis nullum inuoluunt reſpectum, & ſeruari ſolent citra vllam mentionem religionis: 3) atheiſmus cadere poteſt in homines, quorum temperamentum & naturalis animi diſpoſitio in ſocietatem fertur: 4) ſpes commodi vel lucri & metus mali vel damni hominem, quamuis atheum, ſociabilem reddere poſſunt: 5) dantur etiam atheorum exempla e. c. Spinozae, qui quaeuis humanitatis officia aliis praeſtiterunt. Nihil tamen hoc pacto auctoritati vel neceſſitati religionis detrahitur, quae longe grauioribus argumentis poteſt demonſtrari.

Digitized by Google

ſola ratio in religione vlterius progredi nequit, quam quousque illa inſeruit promouendae tranquillitati & ſocialitati huius vitae. Nam prout religio ſalutem animarum procurat, ex peculiari reuelatione diuina prouenit. Officia autem hominis erga ſeipſum ex religione & ſocialitate coniunctim promanant. Ideo enim quaedam non pro abſoluto ſuo lubitu homo circa ſeipſum disponere poteſt, partim vt cultor idoneus diuini numinis, partim vt commodum & vtile membrum ſocietatis humanae eſſe queat.

CAPVT IV
DE
OFFICIO HOMINIS ERGA DEVM.
SEV
DE RELIGIONE NATVRALI.

1. Religio nat. conſtat praeceptis theoreticis & practicis.
2. *Theoretica* ſunt: DEVM exiſtere.
3. Eſſe vniuerſi creatorem.
4. Et rectorem.
5. Eſſe

5. Esse perfectissimum.
6. *Practica* iniungunt cultum DEI tam internum,
7. Quam externum.
8. Religio naturalis intra hanc vitam terminatur.
9. Est vinculum societatis humanae.

§. I.

OFficium hominis erga DEVM, (1) quantum quidem ex naturali ratione inuestigari potest, (2) *duabus partibus* absoluitur: tum vt de DEO recte sentiamus, (3) tum vt actiones nostras ad

Ad §. I. (1) Negat hoc in homine naturali SPINOZA *tr. theol. polit. c. XVI. p.* 175. *&* 184. *edit. in* 4. *Hamburgi* 1670. *& opp. posthum. anno* 1677. 4. *edit. c.* 2. §. 8. *p.* 273. sequentibus argumentis: 1) quia natura ignorat obedientiam erga DEVM: 2) peccatum & iniuriam: 3) quia eo officio concesso superflua forent pacta noua a DEO cum hominibus inita: 4) quia non omnes obligantur ad id officium. Quae praeter multos alios solidissime & ex instituto refutauit PROELEVS *diss. de religione hom. & boni civis naturali cap. II.*

(2) Ex ratione de officiis in DEVM quidem constat; sed non ex speciali socialitatis principio: neque enim homini cum DEO vlla est societas, si lumen naturae consulas: neque socialitatis natura religionem absolute requirit; neque datur ius belli siue actio contra DEVM, vt ethnici homines crediderunt, qui a diis vindictam repetere, eos coram iudice accusare, quin etiam poena adficere ausi sunt, vid. LOVIS LE COMTE *Staat von Sina P.* 2. *p.* 113. WEBERS *veraendert Russland p.* 203.

(3) Cuius ideam accuratam vid. in OPALENSKI

tr.

Digitized by Google

ad ipsius voluntatem componamus. Inde religio naturalis constat propositionibus tum *theoreticis*, tum *practicis*.

§. II. Inter ea, quae de DEO cuiuis homini sentienda sunt, primum omnium est, vt certo persuasus sit *DEVM existere*, (1) i. e. reuera dari

tr. de officiis l. III. c. I. p. 181. Negat HOBBES *de ciue c. XV.* §. 14. *& Leuiathan c. III. p.* 12. in lumine naturali hominem de Deo recte sentire posse, quod nulla mentis facultas infinitas qualitates concipere queat. Vide, quae solide regerenda sunt, in PROELEI *diss. cit. c. III.* STILLINGFLEET *orig. sacr. l. III. c. I. §. 9. p.* 750.

§. II. (1) Quando DEI existentia probanda, non probandum, vt auctor putat, 1) dari ens a se aeternum, a quo omnia pendeant: quod etiam athei concedunt. Vid. FAYI *defensio religionis contra Tolandum Vltrai.* 1709. 8. *ed. act. erud.* 1710. *p.* 478. DREIERI *disputat. phil. prim. XVI.* §. 6. 2) dari ens homine longe perfectius ex materia non prouenies, & quod obiectum sit religionis. Vide CLERC *bibl. choiſ. tom. III. artic. V. p.* 58. & CHERBVRY *tr. de relig. gentilium c.* 2. sed dari rationem supremam siue ens summe intelligens atque volens, independens, infinitum perfectionibus, quod per immensam sapientiam omnia creauit, dirigit & conseruat. Ex auctoribus infinitis, qui pro DEI existentia scripserunt, (quorum cur tantus numerus sit, quodammodo coniicit THOMASIVS *introd. in philos. moral. c. III. par.* 74.) legi merentur PARKERVS *de DEO & prouid. diu.* Excerpta CLERICI ex CVDWORTH *system. intellectual.* in tomis prioribus *bibliothecae selectae*

ri ſummum aliquod & primum ens, abs quo hoc vniuerſum dependeat. Id quod ſapientes ex ſubordinatione cauſſarum, quae demum in primo aliquo ſiſti volunt, ex motu & ex contemplatione machinae huius vniuerſi, & ſimilibus argumentis (2) liquidiſſime demonſtrarunt. Quae

exhibita. SAMVEL CLARK *demonſtratio exiſtentiae & attributorum DEI* anglice ſcripta, cuius excerpta vid. in CLERC *bibl. choiſ. t. XXVI. p.* 279. Archiepiſcopi Cameracenſis de la MOTHEFENELON *demonſtration de l' exiſtence de Dieu a Paris* 1713. 12. LOCKIVS *de int. hum. l. IV. c. V.* PROELEVS *de relig. hom. & boni ciu. naturali Lipſ.* 1704. 8. *ed.* IO. CHRISTOPH. STVRMII *theoſophia phyſicae eius electiuae adiecta.* HEINSII *theol. nat. &c.*

(2) Argumenta pro exiſtentia DEI adeo frigida ſaepe adferuntur, vt ingenia ferocia incredulitatis ſuae fomenta ex iis depromant. Sic argumenta 1) ab idea entis perfectiſſimi ad eius exiſtentiam, 2) ex harmonia prophetiarum, 3) ex idea *DEI* innata, 4) ex conſenſu gentium minus valent contra atheos. Quod ad conſenſum gentium attinet, is 1) eſt tantum agnitio demonſtrationis ex lumine naturae, non vero ipſa demonſtratio: 2) eſt teſtimonium theſin reddens probabilem, non certam: 3) gentes omnes in errore conſentire poſſunt, & conſenſus gentium etiam probaret DEVM eſſe materiam; dari plures deos: 4) paucas gentes viderunt, qui ad omnium conſenſum prouocant: quare in auxilium vocandi ſunt ſcriptores, inter quos multi teſtantur, exſtitiſſe gentes atheas: & licet hoc de pauciſſimis gentibus, forte nullis probari

Quae ſi quis neget ab ſe capi poſſe; non ideo atheismi (3) ſui excuſationem inuenit. Quum enim vniuerſum genus humanum in perpetua velut poſſeſſione iſtius perſuaſionis fuerit; neceſſum erat, ſi quis eamdem oppugnare velit, vt non ſolum omnia argumenta, quibus DEVS eſſe probatur, ſolide deſtruat, ſed & plauſibiliores rationes pro aſſertione

bari poſſit, vti I. L. FABRICIVS *in apologetico pro genere humano contra calumniam atheiſmi* 1682 *ed.* oſtendit: vnicum tamen nationis exemplum vniuerſalitatem conſenſus generis humani infringeret: quale exemplum denuo adfert WEBER *veraendert Rusland p.* 164 de Tanguſis. Quidquid etiam illius ſit, ob rationes ſuperiores parum roboris conſenſui gentium contra atheos ineſſe videmus. Conf. PVF. *de I. N. & G. l. II. c. III. §.7.* & BAYLE *reſponſ. aux queſt. d'un prou. t. II. c.* 96 *ſq.* SCHARROCK *de offic. c.* 14.

(3) Cauſſae atheiſmi ſunt, 1) quod rationem non adgnoſcant, cur DEVS nullam cum hominibus habeat communicationem *immediatam*: 2) confuſio mentis circa originem & perpetuitatem mali: 3) ferox gloriae ſtudium ex negatione theſeos a toto orbe receptae, quem heroico ſcilicet ſpiritu erroris accuſare glorioſum eſſe ducunt nonnulli: 4) religionis tamquam rei politicae conſideratio: 5) indignatio, bonis mala, malis bona obuenire: 6) quod omnia primo intuitu videantur moueri & & peragi in ſyſtemate mundi ſine concurſu DEI. Plura vid. OPALENSKI *proleg. de offic. & in tot libris de atheiſmo.*

a) Puf. de I.N. & G. L.III.c.IV. §. 4.

ne ſua proferat. a) Simulque, quum generis humani ſalutem ea perſuaſione contineri hactenus creditum ſit, oſtendendum ipſi praeterea fuerit, generi humano per atheismum melius conſuli, quam retento ſano cultu numinis. Quod quum fieri nullo modo queat; omnium eorum, qui iſthanc conuellere quocumque modo aggrediuntur, impietas maxime eſt deteſtanda, & grauiſſimis poenis coërcenda.

§. III. Alterum eſt, *DEVM eſſe vniuerſi huius conditorem.* Quum enim ex ratione manifeſtum ſit, iſthaec omnia non exſtitiſſe a ſe ipſis; oportet, vt eadem ſummam aliquam cauſſam habeant. Quae ipſa eſt id, quod DEVM appellamus. (1) Ex quo conſequitur, falli eos, qui ſubinde

§. III. (1) Summam vel externam cauſſam demonſtrare ex rebus creatis, non eſt demonſtrare DEVM: athei enim eam concedunt: ſed requiritur, vt demonſtremus cauſſam illam ſupremam omnia ſcienter & volenter infinita ſapientia & liberrime condidiſſe. Sic omnes athei per ratiocinationem tales principium aliquod vltimum concedunt, & in quatuor ſpecies ſeu claſſes abeunt. 1) Nonnulli hylopathiam ſtatuunt eſſe principium omnium rerum, id eſt, materiam omni ſenſu deſtitutam. 2) Alii hylozoiſmum adferunt, mate-

inde *naturam*, tamquam vltimam omnium rerum & effectuum causſam, crepant. (2) Namſi per id vocabulum intelligitur efficacia illa & vis agendi, quae in rebus conſpicitur; illa ipſa vtique auctorem ſui, i. e. DEVM arguit: tantum abeſt, vt eius vis ad negandum DEVM quid valere poſſit. Sin autem per *naturam* intelligatur ſumma rerum omnium cauſſa; ex profano quodam faſtidio defugitur plana & recepta DEI adpellatio. Errant quoque illi, qui credunt DEVM eſſe aliquid eorum, quae in ſenſus incur-

materiam non quidem vita, ſed tamen ſenſu & intelligentia deſtitutam. 3) Alii atomiſtae ſunt, ad fortuitum atomorum concurſum prouocantes. 4) Reliqui naturam caecam & fatalem crepant, praeſidem totius vniuerſi & ſecundum regulas boni ordinis neceſſario impulſu procedentem. Conf. CLERC *bibl. choiſ. tom. III. p.* 61. *ſqq.* Omnes expoſuit perſpicue & erudite BVDDEVS *de atheiſmo & ſuperſtitione.*

(2) Vid. STVRMIVS *disquiſ. de idolo naturae in phil. elect. tom. II. p.* 359. ROB. BOYLE *tr. de natura* 1688. *Lond.* 12. & eius criticus MICH. BERN. VALENTINI *in epiſt. de natura naturae ad Boyle* 1689 *Gieſſae.* Conf. *obſerv. Halenſ. de Ariſtotelis errore circa definit. naturae t. III. obſ. VII.* Varias de natura ſententias recenſuit HOMBERG *zum* VACH *in dubiis iuris nat. c.* 2. *p.* 11.

currunt; & praecipue *sidera.* (3) Nam haec omnia substantia ipsorum arguit non esse primum aliquod, sed ab alio ortum. Nec minus indigne de DEO sentiunt, qui eum *mun-*

(3) Siderum cultum eleganter excussit HERBERTVS de CHERBVRY *tr. de relig. gentil. Amst.* 1700, *recus. c.* 4. *sqq.* VOSSIVS *de idololatria lib. II.* REICHELTVS *not. ad Gaffarelli curios. P. II. not.* 65. *p.* 306. & speciatim de sole vid. MACROB. *Saturnal. L. I. c.* 17. *ad* 24. Negat THOMASIVS *introd. in eth. c. III. §.* 65. *p.* 146. & BEYERVS *delineat. I. N. c. I. §. XV. p.* 11. *sq.* ex lumine naturae cognosci posse, sidera non esse deos, quia ex ratione non deprehendimus ea corrumpi. Sequentes tamen rationes aliud innuere videntur. 1) Mouentur non libere, sed vni eidemque circulo ita alligata sunt, vt extra limites suos vagari non sit liberum. 2) Limitum, quibus circumscripta sunt, angustia cum idea DEI immensi coniungi nequit. Vid. GRACIAN. *critic. c. II. philos. autodid.* POCOCKII *p.* 99. *sqq.* 3) Plura sunt sidera sibi similia: plures autem deos concipere ethnicis scientioribus etiam absurdum visum fuit. 4) Materialia sunt: ex lumine autem naturae patet, DEVM non posse esse materialem. Hinc luxuriante nimis ingenio CHARRON solem DEVM suum sensibilem, DEVM autem solem insensibilem dixit. Vid. BAYLE *dict. crit. tit. Charron. p.* 902. quem VETRAS *hist. des Sevarambes P.* 3. *c.* 15. sequitur, loco DEI incomprehensibilis, solem DEVM visibilem plebi obiiciens.

(4) Qui animam mundi, spiritum vniuersi siue archaeum, principium hylarchicum, naturam plasticam vniuersalem cum veteribus Stoicis, Platonicis, cum recentioribus PICCOLOMINAEO, CAE-

Digitized by Google

mundi animam (4) dicunt. Anima enim mundi, qualiscumque illa demum sit, partem mundi notat: pars autem rei quomodo eiusdem causſa, i. e. prius aliquid esſe potuit? Quod si autem per animam mundi intelligatur primum illud & inuisibile, a quo omnium rerum vis & motus dependet; pro plano vocabulo obscurum & figuratum nomen subſtituitur. Ex hoc ipso quoque adpaparet, *mundum non esſe aeternũ.* (5)

CAESALPINO, CAMPANELLA, HENRICO MORO, IO. RAIO CVDWORTH &c. propugnant, non statim ad atheismum procliues esſe vel manuducere dicendi sunt; sed hanc culpam illi sustinent, qui animam mundi ex materia exortam sine numine subsistere, & omnia mouere arbitrantur. Conf. MORHOFII iudicium hac de materia *polyh. T. II. L. II. c. XI. §. 7. p.* 222. *Imperite*, inquit, *faciunt, qui hanc doctrinam de spiritu mundi, non Platonico, sed saniori sensu acceptam, vt rem inanem vel impiam rident & reiiciunt, quam aliqui etiam ipso in Mose fundatam volunt & per spiritum illum, qui aquis incubabat, hunc spiritum aethereum intelligunt.* Nec dissentit HARTSOEKER *suite des conjectures physiques* Sed vti ex mente Platonis eiusque adsectarum se habet, anima mundi solido fundamento destituitur, vt discere licet ex STVRMIO *colleg. curios.* sub finem *auctarii III. P. I. & epist. eiusd. P. II.* subiuncta TAVRELLI *alpibus casis.* CLERICI *bibl. choiſ. T. IIX. p.* 37.

(5) De mundi aeternitate sententias veterum dispexerunt

currunt; & praecipue *sidera.* (3) Nam haec omnia substantia ipsorum arguit non esse primum aliquod, sed ab alio ortum. Nec minus indigne de DEO sentiunt, qui eum *mun-*

(3) Siderum cultum eleganter excussit HERBERTVS de CHERBVRY *tr. de relig. gentil. Amst.* 1700, *recus. c.* 4. *sqq.* VOSSIVS *de idololatria lib. II.* REICHELTVS *not. ad Gaffarelli curios. P. II. not.* 65. *p.* 306. & speciatim de sole vid. MACROB. *Saturnal. L. I. c.* 17. *ad* 24. Negat THOMASIVS *introd. in eth. c. III. §.* 65. *p.* 146. & BEYERVS *delineat. I. N. c. I. §. XV. p.* 11. *sq.* ex lumine naturae cognosci posse, sidera non esse deos, quia ex ratione non deprehendimus ea corrumpi. Sequentes tamen rationes aliud innuere videntur. 1) Mouentur non libere, sed vni eidemque circulo ita alligata sunt, vt extra limites suos vagari non sit liberum. 2) Limitum, quibus circumscripta sunt, angustia cum idea DEI immensi coniungi nequit. Vid. GRACIAN. *critic. c. II. philos. autodid.* POCOCKII *p.* 99. *sqq.* 3) Plura sunt sidera sibi similia: plures autem deos concipere ethnicis scientioribus etiam absurdum visum fuit. 4) Materialia sunt: ex lumine autem naturae patet, DEVM non posse esse materialem. Hinc luxuriante nimis ingenio CHARRON solem DEVM suum sensibilem, DEVM autem solem insensibilem dixit. Vid. BAYLE *dict. crit. tit. Charron. p.* 902. quem VETRAS *hist. des Seuarambes P.* 3. *c.* 15. sequitur, loco DEI incomprehensibilis, solem DEVM visibilem plebi obiiciens.

(4) Qui animam mundi, spiritum vniuersi siue archaeum, principium hylarchicum, naturam plasticam vniuersalem cum veteribus Stoicis, Platonicis, cum recentioribus PICCOLOMINAEO, CAE-

mundi animam (4) dicunt. Anima enim mundi, qualiscumque illa demum sit, partem mundi notat: pars autem rei quomodo eiusdem causſa, i. e. prius aliquid esſe potuit? Quod si autem per animam mundi intelligatur primum illud & inuisibile, a quo omnium rerum vis & motus dependet; pro plano vocabulo obscurum & figuratum nomen subſtituitur. Ex hoc ipso quoque adpaparet, *mundum non esſe aeternũ.* (5)

CAESALPINO, CAMPANELLA, HENRICO MORO, IO. RAIO CVDWORTH &c. propugnant, non ſtatim ad atheiſmum procliues esſe vel manuducere dicendi ſunt; ſed hanc culpam illi ſuſtinent, qui animam mundi ex materia exortam ſine numine ſubſiſtere, & omnia mouere arbitrantur. Conf. MORHOFII iudicium hac de materia *polyh. T. II. L. II. c. XI. §. 7. p. 222. Imperite*, inquit, *faciunt, qui hanc doctrinam de ſpiritu mundi, non Platonico, ſed ſaniori ſenſu acceptam, vt rem inanem vel impiam rident & reiiciunt, quam aliqui etiam ipſo in Moſe fundatam volunt & per ſpiritum illum, qui aquis incubabat, hunc ſpiritum aethereum intelligunt.* Nec diſſentit HARTSOEKER *ſuite des conjectures phyſiques* Sed vti ex mente Platonis eiusque adſeclarum ſe habet, anima mundi ſolido fundamento deſtituitur, vt diſcere licet ex STVRMIO *colleg. curioſ.* ſub finem *auctarii III. P. I. & epiſt. eiusd. P. II.* ſubiuncta TAVRELLI *alpibus caſis.* CLERICI *bibl. choiſ. T. IIX. p.* 37.

(5) De mundi aeternitate ſententias veterum diſpexerunt

Id enim abhorret a natura eius, quod cauſſam habet. Et qui mundum aeternum adſerit, aliquam eius cauſſam negat, & ſic ipſum DEVM negat.

§. IV. Tertium eſt, *DEVM tum in vniuerſum mundum, tum in genus humanum regimen exercere.* Id quod ex admirabili & conſtanti ordine, qui in hoc vniuerſo cernitur, liquido adparet. Quoad effectum autem moralem perinde eſt, vtrum quis neget, DEVM exiſtere, an, ab eodem humana curari; quum vtrumque omnem religionem plane tollat. Fruſtra enim metuitur aut colitur, vtut in ſe ſit praeſtantiſſimus, qui nulla

xerunt HVETIVS *quaeſt. alnetanis L. II. c. V.* TAVRELLVS *de aeternitate rerum* eamdemque refutarunt. Vid. & auctorem *tr. Moſes vindicatus, ſive adſerta hiſtoriae creationis mundi veritas. Amſtel.* 1694. *ed.* contra BVRNETII errores, NEHEM. GREVV *cosmologiam ſacram Lond.* 1701. & CLERC *bibl. choiſ. T. I. & II.* De cetero auctor minus recte colligere videtur, eos, qui mundum aeternum eſſe ſtatuunt, negare DEVM, quum nonnulli veterum duo principia coaeterna ſtatuerint, DEVM & materiam. Conf. MARSILII FICINI *compend. in Timaeum Platonis c. XIII. p. m.* 745. BALTII *defenſes des peres accuſés de Platoniſme L. III. c. IV. ſqq.* MARTIN. *relig. nat. P. I. c. X.* LOCK *de int. hum. L. IV. c. X.* §. 18. HANSCHII *diatr. de enthuſiaſmo Platonico cap. IV. V.*

Digitized by Google

nulla plane noſtri cura tangitur, & nihil boni malique in nos vult, aut poteſt conferre. (1)

§. V. Quartum eſt, *nullum attributum in DEVM cadere, quod aliquam imperfectionem inuoluat.* Quum enim ille omnium rerum cauſſa ſit & origo; abſurdum foret, creaturam ipſius aliquam ſibi poſſe perfectionem animo concipere, quae a DEO abeſſet. Immo quum iſtius per-

§. IV. (1) Argumenta pro prouidentia diuina 1) a vita & cogitatione DEI, 2) a notitia diuinae praeſentiae impreſſa homini, 3) ab harmonia mundi, 4) a prodigiis & diuinationibus, 5) a conuerſionibus rerumpublicarum, 6) a ſocietatis humanae ſuſtentatione deſumta minoris ſunt roboris contra feroces atheorum obiectiones. Talibus argumentis uſus eſt POMPONATIVS *de Incant. c. 9. ſeqq.* vt forte prouidentiam DEI leuiſſime probando tacite negaret, & oſtenderet, DEVM non niſi mediantibus corporibus coeleſtibus in terram operari. Fatendum eſt extra reuelationem in ſolo lumine naturae plurima argumenta obſcuriora eſſe, quam vt inueſtigationi rationis ſatisfacere queant: non enim ſufficit probare, DEVM prouidiſſe humano generi, ordinem aliquem ſapientiſſimum & vires naturae creando & ſtabiliendo, quod clare & diſtincte cognoſci poteſt; ſed vlterius probandum, quod actu prouideat, i. e. concurrat ad ſubſiſtentiam omnium rerum, easque regat & gubernet: hoc autem quomodo oſtendi ſoleat vid. CLERC *Pneumat. ſect. III. c. VI.* & commentatores de exiſtentia DEI ſupra citatos.

perfectio infinitis modis exſuperet captum tantillae creaturae; eamdem terminis potius negatiuis, quam poſitiuis, exprimere par erit. Inde DEO haud quaquam ſunt tribuenda, quae *finitum aut determinatum* quid notant: quia finito maius ſemper attribui poteſt. Et omnis determinatio ac figura terminos ac circumſcriptionem inuoluit. Quin nec dicendus eſt diſtincte & plene comprehendi aut *concipi noſtra imaginatione*, (1) vel quacumque facultate animae noſtrae; quia quidquid animo diſtincte & plene concipere valemus, id finitum eſt. Neque vero ideo, quia DEVM infinitum dicimus, eius conceptum plenum animo tenemus: quum infinitum proprie non notet aliquid in ipſa re, ſed impotentiam in animo noſtro; ac ſi diceremus, non capere nos magnitudinem eius eſſentiae. Inde nec recte dicitur, quod *partes* habeat, aut ſit *totum* aliquid; quia haec

§. V. (1) In imaginationem DEVS cadere non debet, nec poteſt: eſt enim ſpiritus infinitus; imaginatione autem res corporeas abſentes nobis repraeſentamus & repetimus.

hæc attributa finitorum ſunt: neque quod *in loco* aliquo contineatur; quia hoc innuit fines & terminos magnitudinis: neque quod *moueatur* aut *quieſcat:* utrumque enim ſupponit eſſe in loco. Sic nec DEO proprie attribui poſſunt, quæ *dolorem* aliquem aut *paſſionem* notant: (*proprie* dico: nam ubi talia DEO attributa leguntur; id fit ἀνθρωποπαθῶς pro effectu, non affectu,) ut eſt ira, poenitentia, miſericordia. Item, quae *egeſtatem & abſentiam* alicuius boni notant, ut eſt adpetitus, ſpes, concupiſcentia, amor cupidinis. Nam haec inuoluunt indigentiam, adeoque & imperfectionem: quum intelligi non poſſit, vt quis adpetat, ſperet, cupiatue, niſi quibus indiget, caretue. Sic & quando DEO tribuitur *intellectus, voluntas, ſcientia & actus ſenſuum*, viſio, auditio; illa longe ſublimiori modo ſunt capienda, quam quo nobis inſunt. Nam voluntas eſt adpetitus rationalis: adpetitus autem praeſupponit abſentiam & indigentiam rei congruentis. Et intellectio ac ſenſus in homi-

hominibus inuoluit passionem, per obiecta in organa corporis & potentias animae impressam. Quod est indicium potentiae ab alio dependentis, & consequenter non perfectissimae. Denique & illud a perfectione diuina abhorret, si dicantur *plures uno dii.* (2) Nam praeterquam quod

(2) Unus DEVS est, quia 1) si essent plures; essent differentes atque adeo omnes imperfecti: in eo enim, in quo differrent ab inuicem, deficerent. Vid. OPALENSKI *de offic. L. III. c. I. p.* 183. 2) Si essent plures Dii; aut essent aequaliter infiniti, quod implicat contradictionem, aut inaequales. Sed nec hoc statui potest, DEVM esse, & tamen adgnoscere superiorem. ROEL *de relig. nat.* §. *LXI. sqq.* HEINSII *theol. nat. c. III.* Unitatis de Deo ideam GROTIVS *de J. B. & P. c. XX.* §. *XLVII.* naturaliter minus euidentem adfirmat, quam existentiam DEI, qua in sententia immerito vapulat OSIANDRO *ad h. l.* & BVDDEO *de pietat. philos.* §. *XIX.* Licet enim sapientiores ethnici vnitatem DEI adgnouerint: non tamen illam exinde sequitur eadem facilitate patuisse omnibus, ac existentiam DEI. Vid. TESMAR. *ad Grot. l. c.* Vnitatem autem ethnicis fuisse cognitam praeter ARNOBIVM, LACTANTIVM *de ira*, AVGVSTINVM *de ciuitat. Dei lib. IV, c. XI,* probant HVETIVS *demonstr. euang. propos. IV. p.* 122. ex CVDVVORTH *Syst. intell. L. I. c. IV.* CLERC *bibl. choise. T. III. art. I. p.* 75. CHAVVIN *de relig. nat. P. I. c. V.* MORNAEVS de *veritate relig. Christ. c. III. &c.* Quas deorum myriades excogitarunt ethnici, eas omnes DEO supremo & in com-

quod admiranda mundi harmonia unum dumtaxat eius moderatorem arguit, etiam finitus tunc foret DEUS, si plures essent paris potestatis ab ipso non dependentes. Sic vt contradictionem inuoluat, plura dari infinita. Quae quum ita sint; maxime rationi congruum est, circa attributa DEI vtcumque exprimenda vti nominibus vel *negatiuis*, vt infinitus, incomprehensibilis, immensus, aeternus, i. e. principio & fine carens: vel *superlatiuis*, vt optimus, maximus, potentissimus, sapientissimus &c. vel *indefinitis*, vt bonus, iustus, creator, rex, dominus &c. eo sensu, vt non tam velimus, quid sit, distincte dicere, quam nostram admirationem & obedientiam qualicumque expressione profiteri: quod est signum animi humilis & animi honorantis, quantum potest.

§. VI.

comprehensibili subiecerunt, quem inde dicunt DEVM mille Deorum. Vid. ROGERS *offne thür zum heydenthum p.* 380. 655. 736. 988. *sq.* LA CROZE hist. du Christianisme des Indes p. 452. sqq. Non disputabo, num titulus *DEI optimi maximi* decore satis adhibeatur contra OVDANS Belgam: sufficit, Christianos eum non comparatiue, sed expressiue adhibere.

§. VI. Propoſitiones *practicae* religionis naturalis verſantur partim *circa internum*, partim *circa externum cultum DEI. Internus cultus DEI* conſiſtit *in eius honore.* (1) Honor autem eſt opinio alienae potentiae coniunctae cum bonitate. Debet ſcilicet animus hominis ex conſideratione potentiae & bonitatis DEI, quantum poteſt, animo venerationem aduerſus ipſum concipere. Ex quo fluit, vt eumdem debeat *amare*, tamquam omnis boni auctorem & datorem; in eum *ſperare*, tamquam abs quo in futurum quoque omnis noſtra felicitas dependeat; eius voluntate *adquieſcere*, tamquam qui pro ſua bonitate omnia optime faciat, nobisque det, quae

§. VI. (1) Cum internus honor in opinione alienae potentiae coniunctae cum bonitate conſiſtat, quod in aprico eſt; quisque facile videt, honorem referendum ad rectum de DEO ſenſum, non vero ad cultum internum, qui ad voluntatem ſpectat. Voluntas enim non opinatur, ſed intellectus. Quod autem moralis philoſophiae doctores honori *DEI* iuſtum locum non adſignarint, exinde accidit 1) quod ideam honoris latiorem, quam par eſt, conceperint, & cum eadem obedientiae, timoris vel reuerentiae &c. ideas coniunxerint: 2) quod ſignificationem honoris cum honore miſcuerint.

quae maxime expediunt; eum *timere*, tamquam potentiſſimum, & cuius offenſa maximum ſit malum conciliare apta; ei denique in omnibus humillime *obſequi*, tamquam creatori, domino ac rectori optimo, maximo.

§. VII. *Externus DEI cultus* in hiſce potiſſimum conſiſtit: vt homo DEO *gratias agat* pro tot bonis ab eo acceptis: vt ipſius voluntatem per actiones ſuas, quantum fieri poteſt, exprimat, ſeu ei *obtemperet:* vt eius magnitudinem *admiretur* & *celebret: vt preces* ad ipſum *fundat* pro obtinendis bonis & auerruncandis malis: preces enim ſunt ſigna ſpei; ſpes vero bonitatis & potentiae diuinae agnitio eſt, vt, ſi res tulerit, per ſolum DEUM *iuret*, & iuramentum religioſiſſime obſeruet: hoc enim poſtulat omniſcientia & potentia DEI: vt de DEO *conſiderate loquatur:* id enim eſt ſignum timoris; timor autem potentiae confeſſio eſt. Ex quo conſequitur: *non eſſe utendum DEI nomine temere & fruſtra;* vtrumque enim inconſideratum:

non esse iurandum, vbi non est opus: est enim frustra: *non esse curiose & petulanter disputandum circa naturam & gubernationem DEI:* ex hoc enim nihil aliud sequitur, quam vt DEUM exigere velimus ad modulum nostrae rationis: item, vt, *quidquid DEO praestandum est, in suo genere sit eximium, & honorem exprimere aptum:* item, vt *homo DEUM non solum secreto, sed & palam & publice in conspectu hominum colat.* Occultare enim aliquid est, quasi quis eo exercendo erubescceret: contra publicus cultus non solum de nostra deuotione testatur, sed & alios exemplo incitat. (1) Denique vt *summo conatu*

§. VII. (1) THOMAS. *einleitung zur sittenl. P.I. c. III. n.* 32. & *instit. I. D. L. II. p.* 149. PROELEVS *anmerckungen über Pufend. lehrsatze des rechts der natur L. I. c.* 4. §. 4. negat cultus externi necessitatem ex lumine naturae posse cognosci, quum ratio ostendat, 1) DEVM non indigere cultu externo, cui iam perspecta sint sensa mentis, 2) hominis felicitatem sine eo posse consistere, 3) piam mentem pia potissimum vita aliis declarandam. Sed quum ipse vir doctissimus *in emendatis ad L. II. instit. I. D. c. I.* §. 19. sententiam suam ita emendet, ut cultus externi necessitatem non quidem ex principiis iusti, sed ex principiis honesti & decori deduci posse profiteatur; nolo hic adferre ra-

natu leges naturales obseruet. Nam vti imperium DEI paruipendere superat omnes contumelias: ita e contrario omnibus sacrificiis est acceptior obedientia.

§. VIII. Enimuero id certum est, effectum huius religionis naturalis, praecise & pro praesenti hominum conditione consideratae, intra sphaeram huius vitae terminari; ad aeternam autem salutem nanciscendam nequaquam valere. (1) Ratio quip-

rerationes superioribus oppositas a BVDDEO *de pietat. philos. in select. I. N. & G. p.* 223. BARBEYRACO *ad Puf. de I. N. & G. L. II. c. IV. §. III. n.* 2. MVLLERO *diss. de cultu externo Lips.* 1713. *hab.* Vnicum tantum adferam, cultum externum cum pietate interna tam arto nexu esse coniunctum, vt si quis DEVM toto animo amet & reuereatur, non possit non in externa cultus diuini opera erumpere.

§. IIX. (1) PETRVS CHAVVINVS *tr. de religione naturali*, & HERBERTVS de CHERBVRY *de religione gentilium & append. tr. de caussis errorum* inculcant eam sufficere ad salutem, quum 1) misericordia Dei sit illimitata, quae praeter ordinem salutis constitutum saluare possit: 2) notitia naturaliter adquisita adminicula sufficientia ad salutem proferat, nempe poenitentiam: 3) diuersi sint hominum gradus & ordines in notitia ad salutem &c. Sed certum est, religionem naturalem nescire 1) fundamentum salutis, reconciliationis

pe humana ſibi relicta iam ignorat prauitatem, quae in facultatibus & inclinationibus hominis cernitur, per culpam humanam proueniſſe, DEIque offenſam & aeternum exitium mereri. Eoque & neceſſitas Saluatoris, eiusque officium & meritum, nec non promiſſa DEI humano generi facta, & quae alia inde dependent, eamdem latent: per quae ſola ſalutem aeternam hominibus prouenire ex diuinis litteris conſtat.

§. IX. Operae pretium porro fuerit paulo diſtinctius expendiſſe uſum, quem in vita humana religio gignit, vt conſtet, *eam reuera eſſe ultimum & firmiſſimum humanae ſocietatis vinculum.* Nam *in libertate naturali*, ſi metum diuini numinis remoueas, vbi quis propriis viribus fiſus fuerit, quaelibet imbecillioribus pro lubitu inferet, ac honeſtatem, pudorem, fidem inter inania vocabula reputabit, nec ad recte faciendum aliter, quam

& miſericordiae *DEI*: 2) emendationis fontem & vera adminicula, adeoque non ſufficere ad ſalutem. Plura vid. in BVDDEI *animaduerſ. in Chauuini lib. cit. in eius parergis p.* 401. *ſqq.*

quam ſenſu propriae imbecillitatis, adigetur. Porro, religione remota *ciuitatum* firmitas intrinſeca ſemper in incerto foret, ac ad ciues in officio continendos haut quidquam ſufficeret metus temporalis poenae, fides ſuperioribus data, eiusque ſeruandae gloria, & gratitudo, quod ope ſummi imperii a miſeriis ſtatus naturalis defendantur. Tunc enim reuera locum haberet: *Qui mori ſcit, cogi neſcit;* quippe quum DEVM non metuentibus nihil magis, quam mors, metui poſſit. Huic contemnendae qui ſufficeret, in imperantes quaeuis tentare poſſet. Ut autem id *vellet*, vix cauſſa defutura foret; puta vt declinaret incommoda, quae ſibi ab alterius imperio videntur incumbere; aut vt ipſe potiretur cõmodis, quae imperii poſſeſſorem comitantur. Praeſertim quum facile iudicare poſſet, iure ſe id facere, vel quod qui in praeſens rerum potitur, praue remp. videatur gerere, vel quod ipſe longe melius imperaturum ſeſe ſperet. *Occaſio* autem ad talia tentanda facile offerri poſſet, rege

vitam ſuam non ſatis caute circumſe-
piente, (& quis tali rerum ſtatu cu-
ſtodes ipſos cuſtodiet?) vel mul-
tis conſpirantibus, vel bello ex-
terno ingruente adſcitis in partes
hoſtibus. Praeterea ciues ad iniuri-
as mutuo inferendas futuri eſſent
proniſſimi. Quum enim in foro ci-
uili pronuncietur ſecundum acta &
probata; omnia ſcelera & flagitia,
ex quibus lucrum prouenire aptum
eſt, ſi occulte patrari & ſine arbitris
poſſent, pro dexteritate ingenii, in
qua placere ſibi quis poſſet, habe-
rentur. Nemo quoque opera miſe-
ricordiae aut amicitiae foret exerci-
turus, niſi gloriae aut emolumenti
explorata ſpe. Ex quo & illud con-
ſequeretur, vt, dum nemo in alteri-
us fide, remotis poenis diuinis, ſoli-
dam fiduciam collocare poſſet, ſin-
guli perpetuo metu & ſuſpici-
onibus anxii viuerent, ne ab aliis
deciperentur, aut laederentur. Sed
& tam imperantes, quam ſubiecti
parum procliues futuri eſſent ad
praeclara & glorioſa opera patran-
da. Nam *imperantes* nullo conſci-
entiae vinculo conſtricti omnia mu-
nia

nia ipſamque iuſtitiam venalia eſſent habituri, & in omnibus priuatum commodum quaeſituri cum oppreſſione ciuium; a quorum rebellione vti ſibi ſemper metuerent; ita ſuam ſalutem vnice in eo poſitam intelligerent, vt iſtos quam maxime enerues redderent. *Ciues* contra, oppreſſionem imperantium formidantes, numquam non circumſpecturi forent occaſiones rebellandi; nec minus tamen ipſi inter ſe diffiſuri, ſeque mutuo formidaturi erant. Quin & *coniuges* oborta vel leui querela ſe inuicem eſſent ſuſpectaturi, ne veneno, aut alio clandeſtino modo necarentur. Par periculum a *familia* immineret. Quum enim ſine religione nulla quoque futura foret conſcientia; non facile eſſet occulta eiusmodi ſcelera deprehendere; quippe quae plerumque per inquietudinem conſcientiae, & terrores in exteriora indicia erumpentes produntur. Unde adparet, quantopere interſit generis humani, atheismo omnes vias, ne inualescat,

praecludere; (1) ſimulque quanta vecordia eos agitet, qui ad opinionem prudentiae politicae conciliandam facere autumant, ſi in impietatem procliues videantur. (2)

CAPUT

§. IX. (1) Statuit TOLANDVS *in adeiſidaemone.* BAYLIVS *T. IV. des reponſes aux queſtions d' un prouincial. c.* 17. *ſq.* & 20. *ſqq.* atheiſmum reipublicae non adeo pernicioſum eſſe, 1) quia non tollit morum externam probitatem, 2) numquam humani ſanguinis torrentes effudit, 3) obedientiam magiſtratui debitam non impedit. Sed 1) atheismus tollit fundamentum omnis obligationis, religionis, iuſtitiae, fidei, temperantiae: 2) in theſi contrarium verius apparet, quam in praxi: in theſi enim ratiocinari poſſumus, quomodo atheus vel ſocietas athea intuitu vtilitatis ſuae bene ſe gerere queat; ſed praxis aliud oſtendit, atheusque ſaepiſſime vtilitati ſuae pro lubitu & paſſionum impetu renunciabit, praeſertim in tentationibus, quas vocant, delicatis. Conf. CLERC *bibl. choiſ. T. XIV. ex ſermon.* P. BOVRDALOVE *p.* 305. *ſq.* 3) ex vno athei exemplo, qui probitatem externam ſeruauit, non licet colligere ad atheismum: exſtiterunt athei ſociabiles & humani; ſed exſtiterunt athei theoretici etiam impiiſſimi e. c. BION, CRITIAS. Vid. ABICHT *prof. Lipſ. diſſ. de damno atheismi in republica Lipſ.* 1703 *hab.* BENTLEIVM *de ſtultitia atheismi p.* 50. *ſq.* VVOLZERLY *the unreaſonnableneſſ of atheism. p.* 155. *ſqq.* SECKENDORFS *chriſtenſtaat addit. p.* 31. *ſqq.* IO. GEORG. PRITIVS *de atheismo & in ſe foedo & humani generi noxio.*

(2) Quod atheismus inter prudentiae politicae characteres & ad decorum quaſi politici a multis referatur hodie, id exinde oritur, 1) quod viri ſae-

pius

pius magni negotiis politicis adhibiti parum honorifice de *DEO* eiusque cultu loquantur, vel pleraque in iocum vertere soleant. Gallia circa annum 1568 vidit *henoticam factionem, politicorum* nomine insignitam, quae nec *DEI*, nec honesti vllam habebat rationem, atheismi notas vberius prae se ferens, & prima fuisse dicitur, quae termino politici huius significatus maculam adsperſit. Vid. THVANVM *lib. XLIV. LII. LVII.* CONRING. *propolit. c. I.* HERTII *element. prud. ciu. paed. p.* 6. ADAMVM a CONTZEN *l. I. c.* 13. *polit. & l. II. c.* 14. 15. VOETIVM *T. I. diſp. p.* 189. STAPLETONVM *orat. academ. an politici in chriſtianorum numero ſint habendi.* 2) Quod atheismi placitum (religionem esse inuentum humanum,) a pseudopoliticis perpetuo exercitio excolatur & confirmetur, atque illimitata vtilitas, quae atheorum ad agendum primum mobile est, strenue in negotiis politicis obseruetur. Conuenientia ergo principiorum splendidum politicae prudentiae nomen atheismo facile conciliat. 3) Quod athei, per ratiocinationem orisque proteruiam tales, vulgo putentur esse sagaciſſimi, heroico quasi spiritu ducti, & quod nonnullis videantur abundantia & robore quodam ingenii pollere: qualem sententiam fouit BAYLIVS passim & CHARRON *de tribus veritatibus c. III. p.* 13. 14. impugnatus eam ob causſam a P. GARASSE *ſomme theologique L. I. P. II. ſect. III. p.* 48. defensus a BAYLIO *dict. crit. T. I. p.* 903. *ſq.* quorum sententiae lectori conferendae sunt. Athei hinc plerumque dicti sunt *eſprits forts*, vid. *CHARRON de tribus veritatibus c.* 3. *p.* 13. 14. cuius appellationis fundamenta destruunt LA BRVYERE *caracteres de ce ſiecle T. II. p.* 257. BOVHOVRS *entret. d' Ariſte & d' Eugene dial. IV. p.* 213. *FR.* de *GRENAILLES vom hohen geiſt des menſchen p.* 293. *&* 367. BENTLEIVS & VVOLZERLY l. c. GARASSE *doctrine curieuſe L. II.* qui tamen adfectibus caeco impetu nimium indulsit.

CAPUT V.
DE
OFFICIO HOMINIS ERGA SEIPSUM.

1. Fontes officiorum hominis erga ſeipſum.
2. Officia ſunt *alia reſpectu animae*, & concernunt
3. Religionem.
4. Notitiam ſui ipſius.
5. Exiſtimationis & opum curam.
6. Delectationes & affectus.
7. Artium & litterarum ſtudia.
8. Alia ſunt officia *reſpectu corporis*.
9. Obligatio circa vitam.
10. Hinc ius defenſionis.
11. Etiam quae fit cum alterius caede.
12. Tentanda tamen prius remedia leniora.
13. Inculpata tutela in ſtatu naturali.
14. In ciuitatibus.
15. Tempus inculpatae tutelae in ſtatu naturali.
16. In ſtatu ciuili.
17. Inculpata tutela an detur contra errantem.
18. Perturbatio animi in quantum excuſet in tutela.
19. Defenſio membrorũ.
20. Pudicitiae.
21. Rerum in vtroque ſtatu.
22. Aggreſſor quandoq; legitimam defenſionem habet.
23. Ius neceſſitatis.
24. Circa membra propria.
25. In naufragio.
26. In communi vitae periculo.
27. In caſu, quo alterius vita laedenda.
28. 29. Circa res aliorum.

§. I.

QUamquam hominem *amor ſui* penitus infixus ſubigat ſollicitam ſui curam agere, ſuaque commoda omnibus modis pro-

procurare, ſic vt hoc intuitu aliquam *obligationem* comminiſci (1) ſuperuacuum videatur: a) alio tamen reſpectu homo vtique certa quaedam circa ſeipſum obſeruare tenetur. Quum enim non ſibi ſoli ſit natus homo, ſed ideo tam eximiis dotibus a creatore ſit ornatus, vt & ipſius gloriam celebret, & idoneum ſocietatis humanae membrum exiſtat; inde ita ſeſe componere homo tenetur, vt ne dona creatoris inculta perire patiatur, & ad ſocietatem humanam aliquid pro virili conferat. Sic etſi ſua cuique ruditas maximo ſit probro & damno: recte tamen a magiſtro vapulat diſcipulus, ſi,

a) Puf. de I. N. & G. L. II. c. IV.

Ad §. I. (1) Non ſuperuacuum videtur ratione ipſius amoris: inſtinctus enim ſeipſum conſeruandi ſatis quidem promptus eſt ad ſua commoda promouenda, ſed valde inordinatus & adeo declinans a recta via verae vtilitatis, vt ordine & regula opus ſit, ſiue norma, ſecundum quam recte dirigi poſſit. Norma autem, quae generi humano a ſolo *DEO* exſpectanda, inducit obligationem ſe ita amandi, vt pax interna promoueatur. Non ergo hic officia hominis erga ſeipſum explicanda fuiſſent, ſed ea tantum, quae pacem externam ſiue iuris naturae principium attingunt, eamque vel turbant, vel promouent. In ethica dumtaxat oſtendendum, quomodo charitas ea in pacis externae conſeruationem & ſecuritatem proxima via dirigenda.

ſi, quarum capax erat, artes addiſcere negligat.

§. II. Porro quum homo conſtet duabus partibus, *anima & corpore*, quarum illa rectoris, hoc miniſtri aut inſtrumenti vicem ſubit, ſic vt animi imperio, corporis ſeruitio magis vtamur; vtriusque quidem cura, ſed illius tamen praecipue agenda. Et ad *animum* quidem quod attinet, eius cultura huc potiſſimum redit, (1) vt recte ſeſe habeant ſenten-

§. II. (1) Cultura animi in iure naturae & in pacis externae ambitu non intenditur, niſi quatenus ad bene eſſe facere videtur. Principia enim iuſti requirunt, vt neminem laedas, ſuum cuique tribuas, & ſecuritatem tuearis, quantum in te eſt. Non inquiritur in foro iuſtitiae naturalis, an id facias animo exculto & emendato ſiue interne tranquillo: ſufficit illa officia fuiſſe praeſtita & conuenire cum regulis iuſtitiae & neceſſitatibus pacis externae. Nec id ita intelligendum, ac ſi ius naturae repugnet internae *rectitudini*: tantum enim abeſt, vt ab emendatione animae abhorreat, vt potius principia iuſti cum principiis honeſti ſororio nexu ſint coniuncta & ſe inuicem mirifice adiuuent ac ſuſtentent. Habent tamen peculiares differentias, limites, ambitus, ita vt quidquid ex principiis honeſti demonſtrare licet, id non ſtatim ex principiis iuſti commode deduci queat, & quum diſtinctas conſtituant diſciplinas; earum doctrina, demonſtrationes, obiecta, officia inter ſe inuicem non ſunt miſcenda. Si autem doctri-

tentiae de rebus, quae ad officium hominis respiciunt, ac vt rite formetur iudicium ac aestimatio circa res, quae adpetitum stimulare solent; vt motus animi ad normam sanae rationis reuocentur ac temperentur; honestis artibus atque scientiis opera detur: & verbo: vt ad vitam socialem formetur animus, officiique honesti sensu & amore imbuatur.

§. III. Inter sententias igitur, quas imbibisse omnem hominem oportet, princeps ea est, vt ea *de DEO* creatore & conseruatore huius vniuersi sciat teneatque, quae praecedenti

doctrina de cultura animi referatur ad pacis externae constitutionem, & consideretur, quomodo se habeat ad ius naturae; totus hic §. ita concipiendus videtur: Cultura animi *in I. N. & in relatione ad alios spectata* huc redit, vt recte se habeant sententiae de rebus, quae ad officium hominis *erga alios* respiciunt, ac vt rite formetur iudicium ac aestimatio circa res, quae adpetitum *in aliorum laesionem* stimulare solent, vt motus animi *reprimantur & contineantur, ne erumpant,* vt artibus & scientiis *societati vtilibus* opera detur: & verbo: vt ad vitam socialem *pacemque externam* formetur animus officiique *iusti* sensu & amore imbuatur. Obligatio tamen ad haec officia non ex praeceptis iusti profluit, sed ex praeceptis honesti est dispicienda.

denti capite tradita fuerunt. (1) In hac enim perſuaſione non ſolum praecipuum hominis officium vertitur, ſed etiam ea firmamentum velut eſt omnis probitatis aduerſus alios homines exercendae, & fundamentum illius adquiescentiae, qua hominum

§. III. (1) Quum in iure naturae, ſiue diſciplina, quae tractat ſecundum iuſtitiae regulas officia aliis exhibenda, non quaeratur, quid DEO debeamus, ſed quid aliis ex DEI voluntate ad noſtram conſeruationem praeſtandum ſit, vt pax externa conſeruetur, adeoque religio naturalis hic non tractanda veniat; multo minus ea methodus probabitur, qua hoc §. exponi videmus, quid nobis debeamus reſpectu cultus diuini, in quam peruerſam methodum auctor etiam lapſus eſt in op. mai. L. II. c. IV. ex quo fere ipſa verba huc translata ſunt. Non enim tantum totius cultus diuini dogmata hic eſſent repetenda tamquam ad officium intellectus erga nos ipſos pertinentia, (vt etiam CI. BARBEYRACVS *ad l. c. op. mai.* ea omnia, ſed minus opportune adiecit,) verum etiam, quum omnes errores officio hominis contrarii hic remouendi videantur auctori, non tantum de atheiſmo, Epicureiſmo, ſtoicismo, papismo agendum hic fuiſſet, ſed etiam totus Sociniſmus, naturaliſmus, fanaticiſmus, enthuſiaſmus &c. excutiendi forent, & infinita errorum popularium & conſuetudinum ſuperſtitioſarum copia huc transferenda: quae tamen omnia, prout officium hominis attingunt, magis ad theologiam naturalem, philoſophiam moralem aliaque fora, quam ad hanc doctrinam ſpectare manifeſtum eſt.

Digitized by Google

minum animi intrinſece perfunduntur. Haec uti nemo ſanus negabit: ita, quae his repugnant opiniones, ſollicite excludendae ſunt. Nec ſolum hic intelligimus *atheiſmum* & *epicureismum;* ſed alias quoque opiniones bonis moribus & ſocietati humanae exitioſas, & indolem actionum humanarum plane euertentes, quas inter eſt illa de *fato Stoico*, de ſiderum poſitu, actionibus & euentibus humanis indiſpenſabilem neceſſitatem adferente, unde homines non niſi inſtrumenta actionum ſuarum redduntur, quas libere moderari penes ipſos non ſit. Cognatum huic dogma eſt, quod conſecutiones cauſſarum & effectuum, (ſeu illa velut catena rerum a creatore conſtituta,) tam imobilem habeant legem, vt DEVS circa eamdem ne in particularibus quidem caſibus libertatis ſibi quid reſeruauerit. Pernicioſa quoque eſt perſuaſio, quod numen peccata hominum velut nundinetur, & ea redimi patiatur pecunia aliisque muneribus, inanibus quibusdam ritibus, aut con-

conceptis verborum formulis, citra emendationem vitae. Item, quod numen capiatur eiusmodi inuentis hominum, adſumtisque vitae inſtitutis, quae ad ſocietatem humanam & ciuilem, ad ſanae rationis & legis naturalis dictamen attemperatam non quadrant. Mala quoque eſt illa perſuaſio, quaſi homini ſolum pietatis exercitium erga DEVM ſufficeret citra reſpectum ad probitatem, & officia erga homines exercenda; aut poſſe hominem non ſolum pro ſe ſuo officio aduerſus DEVM ſatisfacere, ſed & ipſi ſupereſſe poſſe, quod in alios transfundat. Item, dexteritati & nequitiae ſcelerum eum indulgere, & quaedam peccata habere velut iocularia: ac denique DEO placere preces, quas quis fundit, vt alii homines immerito malo mactentur, quo ipſis lucri aperiatur occaſio.

§. IV. Poſthaec cuique cultura animi circa hoc potiſſimum occupatur, vt *ſeipſum* ſuamque naturam probe exploret & *noſſe* discat. (1) Ex hac

§. IV. (1) Quod ſi notitia ſui conſideranda ſit, quomodo ſe habeat ad ius naturae; videndum potiſſimum

hac enim cognitione ſui ipſius rite ſuſcepta homo deducitur ad cognitionem ſuae conditionis ac muneris, dum primo animaduertit, ſe non a ſe ipſo exſtitiſſe, ſed ſublimiori principio origines ſuas debere; ſe nobilioribus facultatibus dotatum, quam, quae circa ſe conſpicit, bruta; ſe denique non ſolum, nec ſoli ſibi natum, ſed partem eſſe generis humani. Ex qua notitia concludit, ſe imperio diuino ſubiectum, ac pro captu donorum ſibi conceſſorum & DEO & ſocietati humanae obligatum eſſe; & quidem *intellectus* lumine ideo donatum, vt eo recte vtatur, certum, poſſibilem & licitum finem ſibi proponendo, & tum actiones ſuas, tum alia

tiſſimum eſt, quid in ea aliis debeamus, quidue ad pacem externam τὸ γνῶθι σεαυτὸν conferre poſſit. Quum vero proxime non tangat hunc finem; omnia eo recidunt, ut diſpiciamus, 1) quid in nobis potiſſimum obſtet fini ſocietatis humanae, 2) quales & quantae vires nobis ſuppetant ad pacem externam promouendam. Ceterum ſi quae notatu digna & cum iudicio digeſta circa notitiam noſtri legere diſcupis; euoluas DIODORI TULDENI *de cognitione ſui* libros *Ienae* 1706. cum praefat. BVDDEI a GOLDBECKIO editos. Reliquos, qui de iſta materia explicuerunt, enarrauit GOLDBECK *praef. cit. Iaa Tulden.*

alia media ad eum recte attemperando; cui coniunctum, vt, quia verum & rectum ſemper vniforme eſt, de ſimilibus ſemper ſimiliter iudicet, ſibique, poſtquam recte iudicauerit, ſemper conſtet. *Voluntatem* autem & adpetitum ita compeſcenda eſſe, vt rectum iudicium non praecurrant, ſed ſubſequantur, nec eiusdem decretis obluctentur. Deinde ſe probe cognito homo deprehendit ſuam potentiam finitam, certosque habere limites, adeoque plurima eſſe, quae dirigere, aut quibus obſiſtere nulla ratione queat; aliqua non quidem abſolute ſupra ipſius potentiam eſſe, ſed quae tamen intercurſu & oppoſitione aliarum potentiarum intercipi poſſint; quaedam denique eius potentiae non aliter cedere, quam ſi eadem dexteritate fulciatur. Et quum videat, nihil tantopere in ipſius poteſtate conſtitutum, quam liberum arbitrium, eiusque potentiam, quatenus circa proprias hominis actiones eliciendas diffunditur; inde in id praecipue incumbendum ſibi iudicat, vt

his

his suis facultatibus bene & ad praescriptum rationis recte vtatur. Hoc quippe illud est, ex quo cuiusque intrinseca praestantia & probitas est metienda. Denique de ceteris, quae *extra nos posita* sunt, ita censet, vt, si vires ipsius non excedant, ad finem eius faciant, & digna sint, propter quae labor sumatur, circa ea laboret, & propositum quidem recte formatum vrgeat, nec tamen etiam contra torrentem nitatur. Et quia homo, in quantum solo rationis lumine regitur, in his terris ad aliam felicitatem adspirare nequit, quam quae ex prudenti facultatum suarum regimine nascitur, & ex subsidiis a diuina prouidentia ordinatis; hinc caecae velut aleae nihil committendum existimat; & quum futuros euentus penes hominem non sit dirigere, iique saepe praeter spem nostram cadant; inde nec praesentibus nimis secure confidendum, nec futura superuacua anxietate & cura praecipienda, sed ob eamdem caussam secundis rebus insolentiam, ad-

uerſis deſperationem procul habendam ſtatuit.

§. V. Sunt quoque, quae adpetitum humanum praecipue ſtimulare ſolent, quibus vt homo iuſtum pretium ponere ſciat, pars quoque huius culturae eſt neceſſaria. In his autem, vt *opinio praeſtantiae* & excellentiae, vnde honor & gloria apud alios progignitur ſplendidiſſima, & quae erectioris indolis homines praecipue ſollicitare idonea eſt: (1) ita circa hanc ſic formandus animus, vt omnium maxime *exi-*

§. V. (1) Vſus honoris noſtri in vſum aliorum & pacem externam ita dirigendus, 1) ut faciamus ea, quae aliorum exiſtimationem in pacem externam deflectere & mentem ad viam virtutis ſtimulare poſſunt. Licet enim aliorum hominum iudicia non abſolute in noſtra ſint poteſtate: dirigi tamen vel maxime poterit eorum exiſtimatio. Nam praeſtantia aeque ac pulcritudo rapit noſtram exiſtimationem & mentem expugnat. Velimus, nolimus, animum noſtrum intrat & dominatur pro lubitu. Vid IAC. RONDELLVM *de Gloria p.* 33. 2) Requiritur, vt omnia in ſtudio gloriae euitemus, quae odium excitare & paci externae turbandae occaſionem ſuppeditare poſſunt. De diuitiis idem erit iudicium, quae ita adquirendae & adhibendae, ne aliis neceſſaria ſubtrahantur, & quibus pax externa promouenda fuiſſet membris ſocietatis humanae, denegentur vel omittantur.

existimationem simplicem seu opinionem boni viri acquirere & conseruare etiam aduersus calumnias laboret. *Intensiua* autem *existimatio*, honor & gloria eatenus adpetenda, quatenus ex praeclaris & ad bonum societatis humanae spectantibus factis redundant; & sedulo cauendum, ne animus arrogantia & insolentia infletur. Ubi occasio, qua praestantiam suam exserat, deficit, id aequo animo ferat: & quia penes nos non est, fortunam pro lubitu fabricare, meliora citra aegritudinem exspectet; quum hoc casu nihil sit, quod ei possit exprobrari. Inter stultissima autem merito habetur, de eo velle gloriari, quod inane est, aut per malas artes ad famam & honores grassari. *Opes* etiam & rerum extrinsecarum copia plerumque hominum mentes adficere solent. Et indiget quidem iis homo non solum ad sui conseruationem, sed & aliis inde prospicere inter officia est. (2) At quia indigentia no-

(2) Inter officia decori, non iusti: nemo enim in statu naturali ius habet postulandi, vt in sui gratiam

ſtra non eſt infinita, nec natura deſinit eſſe foecunda in iis producendis, & a morientibus omnia relinquenda ſunt; inde rationis eſt, tum in parandis, tum in poſſidendis & erogandis iis modum tenere, ne laeſa honeſtate eas corradamus, aut auaritia prodigalitatéue peccemus, aut denique vitiorum fomenta faciamus. Et quia variis caſibus perire poſſunt; ita animus adſuefaciendus, vt, ſi ſors ferat, iis amiſſis non velit concidere.

§. VI. Magnam quoque vim mouendi animos hominum habent *Voluptates*, quas ſi quis innocentes modice deguſtet; id crimen non habet. Nam quemadmodum dolor ad deſtructionem corporis tendit, & non neceſſarius fugiendus eſt: ita delectatio corpus aeque ac animum reficit, nec repugnat rationi eam adpetere; modo caueatur, ne immoderato eius uſu homo eneruetur, corporis iuxta ac animi vigor ſupprimatur

gratiam opes noſtras diſpenſemus. Aequitas id vult & humanitas, ad cuius officia reſpectu DEI perfecte obligati ſumus aeque ac ad iuſtitiae munia.

matur, opes melius erogandae diſſipentur, aut alias cum delicto coniuncta periculum, damnum, dedecus & dolorem ea poſt ſe trahat. (1) Tandem & circa id ſollicite animo cura eſt adhibenda, vt motus ſuos & *adfectus* in poteſtate habeat, (2) quo-

§. VI. (1) Rebus iucundis, vti & voluptate frui, in ſtatu libertatis cuiuis per praecepta iuſtitiae permiſſum eſt: quiuis habet ius vtendi & fruendi rebus iucundis in vitae ſuae commoditatem. Nullius iuri ſic aliquid detrahitur, & ſi excedat quis cancellos honeſtatis, dum nimia libidine in rebus iucundis luxuriatur; pax tamen externa ea propter non laeditur, neque alii arrogare ſibi poſſunt poteſtatem impediendi vſum illum voluptatis nimium, multo minus hominem libidinoſum vi aut bello coërcere, qui iure ſuo in ſeipſum, non in alios abuſus eſt.

(2) Adfectus pacis externae egregium adminiculum eſſe poſſunt. Non enim omne officium circa animi commotiones in eo conſiſtere putemus, vt easdem ſupprimamus, ſed vt iis recte vtamur, eas excitemus, augeamus, ſedemus, dirigamus, prout neceſſitas noſtra & ſocietatis humanae id requirit. Sic e. c. odium, quantum in nobis eſt, excitandum, quo auerſemur omnia, quae in detrimentum & perturbationem ſocietatis humanae vergere poſſunt, nec omnimode reſtinguendum. Ipſa inuidia iuſte ali poterit, vt RENATVS des CARTES expoſuit *de paſſionibus art.* 183. Accedit deinde certorum quorumdam & communium ſignorum externorum in noſtris adfectibus connexio cum certis motibus internis aliorum hominum

quorum plerique non ſolum valetudinem corporis, & vigorem animi vehementer profligant; ſed & iudicium intellectus velut obnubilant, & in deuia ab officio inclinant, ſic vt frigus adfectuum ſit velut naturale principium prudentiae & probitatis inter homines. *Laetitia* in ſe naturae quidem cumprimis congruit; ſed cauendum, ne intempeſtiue, aut ex cauſſis non idoneis ſe exſerat. *Triſtitia* animum corpusque velut carie quadam exedit: igitur ea, quantum poteſt, exterminanda, niſi quatenus inter officia humanitatis habetur, calamitatem aut mortem aliorum lugere, aut quatenus poenitentia ob praua facinora exprimenda requiritur. Interdum ea ex *metu* imminentis mali oritur: verum, quia hoc animo ſumto

minum, per quam alii moueri & cum inſigni ſocietatis humanae commodo dirigi poſſunt. Unde ſequitur, nos adfectuum noſtrorum excitatione & ſuppreſſione varia hominum commoda promouere poſſe. Vid. WESENFELD. *georg. animi & vitae P. I. c. V. §. XIV. ſeq.* MALEBRANCHE *de inquir. verit. L. II. P. III.* SENAVLT *l' uſage des paſſions &c.* Sed tunc demum adfectus iure naturae prohibiti eſſe dicendi ſunt, quando in actiones erumpunt aliorum iura detrahentes.

to & circumspectione prudenti saepe auerti potest; inde, quantum potest, procul ista formido pellenda. *Amor* humanae naturae amicus adfectus, sed qui ratione hactenus temperandus est, vt in obiectum dignum & licitum feratur. *Odium* infestus adfectus tam habenti, quam illis, in quos fertur; ergo id, quantum potest, restinguendum; &, si quis omnino dignus occurrat, quem auersemur, ne tamen ideo nobis ipsis aegritudinem conciliemus. *Inuidia* deformis plane affectus, dum inuidus propriis moribus, sicut rubigine ferrum, conficitur. *Spes*, lenior quantumuis; ita tamen temperanda, ne, dum vana, incerta ac super vires posita complectitur, animus sese gratis fatiget. *Ira* violentissimus iuxta ac pernicioſissimus adfectus, cui omni studio reluctandum, quae & ipsam fortitudinem, ac in periculis constantiam velut occaecat & praecipitat. Huic congrua est *libido vindictae*, quae quatenus excedit legitimam & moderatam defensionem, & suorum iurium assertionem, plane in vitio est.

§. VII.

§. VII. Datur praeterea peculiaris animi cultura in variarum rerum, *artium & disciplinarum notitia* consistens, quae licet non quibusuis adeo necessaria sit ad officium hominis rite obeundum: nemo tamen in dubium vocabit; quin necessitatibus & commoditatibus humanae vitae adprime sint vtiles. (1) Igitur, ne

§. VII. (1) Quando de artium & disciplinarum habitu ad humanam societatem iudicandum est, sequentes cautiones mihi obseruandae esse videntur: 1) de scientiis generatim aliquid adfirmare vel negare velle hac in materia, temerarium esse videtur: sed distincte & singulatim de iis pronunciandum. Si enim quaeuis scientia, quaeuis ars in hunc censum veniret; quot minutiarum & nugarum difficilium scientiae huc essent referendae. Confer. FLEVRY *du choix & de la conduite des etudes n. XIV. p.* 67. 2) Disciplinae secundum diuersa principia & diuersos fines generis humani erunt considerandae. Nonnullae tendunt ad pacem externam: aliae promouent internam tranquillitatem: ceterae comoditates vitae & necessaria intendunt. Licet itaque doctrina quaedam vel ars nihil directe conferat ad pacem externam vel internam: confert tamen ad alios fines hominis intermedios, & sic vtilitatem suam probat. 3) Considerandum est, quomodo ad eos fines concurrat disciplina: saepe enim non tangit finem, nisi per tertiam aliquam disciplinam vel artem, ad cuius instrumenta, regulas, veritates demum aliquid contulit, adeoque mediantibus aliis & in nexu disciplinarum considerata praestantiam & necessitatem suam demon-

Digitized by Google

ne inutile terrae pondus sit, sibi inutilis, aliis molestus; quisque eas capesset: & quidem tempestiue eligat honestum vitae genus, prout impulsus genii, corporis atque ingenii habilitas, natalium conditio, fortunae bona, parentum auctoritas: imperantium ciuilium iussa, occasio, aut necessitas fert.

§. IIX. Hactenus de animo, & quae ad culturam illius necessaria sunt. Quum autem animus fulturis *corporis* sustineatur; inde vires eius congruentibus alimentis ac laboribus erunt firmandae & conseruandae, nec intemperantia cibi potusque, intempestiuo ac non necessario labore, aliaue ratione adfligendae. Quo nomine vitanda ingluuies, ebrietas, immodica Venus, & similia. Quum etiam inordinati & vehementes adfectus, vt modo dictum fuit, non solum

monstrat. Sed ingens artium & disciplinarum est numerus, quae licet caute satis in habitu ad societatem humanam examinentur: vix tamen locum suum inter eas disciplinas tueri poterunt, quae humano generi conuenire dicendae sunt, nisi id societati hominum conuenire dixeris, quod ambitionem, luxuriam, superstitionem ex se & sua natura promouet.

lum ad perturbandam ſocietatem ſtimulos moueant, ſed & ipſi homini plurimum noceant; inde danda opera, vt quis eos, quantum fieri poteſt, compeſcat. Et quia multa pericula repelli poſſunt, vbi animoſe iis obuiam eatur; mollities animi eiicienda, idemque contra periculorum terrores obfirmandus.

§. IX. Quia autem nemo ſibi ipſe vitam dedit, ſed illa pro DEI beneficio eſt habenda; adparet quoque, homini nequidquam competere poteſtatem in propriam vitam hactenus, (1) vt eamdem pro lubitu poſſit

§. IX. (1) Argumenta ſequentia contra autochiriam allata parum roboris inuoluunt in foro rationis, deſumta 1) a vitae beneficio, quod DEVS nobis conceſſit: multorum enim beneficiorum DEI datur liberrimus vſus in noſtram felicitatem: 2) a praecepto diuino: Non occides! 3) a laeſione charitatis erga ſeipſum: 4) a lege: Suum cuique tribuendum: 5) a moribus beſtiarum ſeipſas non enecantium: 6) a conſenſu gentium. Vid. BVDDEI *exercit. IV. de erroribus Stoicorum* §. VI. Nec hic otioſa fuit hominum malignitas, qui in ſeipſos ſaeuierunt & cum *Circumcellionibus* Sec. IV. haereticis, cum *Stoicis* autochiriam promiſcue licitam eſſe dixerunt, qualem ſe praeſtitit JO. DONNE *Tr.* Βιαθάνατος *Lond.* 4. 1664. Putarunt enim *Stoici* in primis: 1) vitam bonum eſſe, cuius aeque ac aliarum rerum liberrimus vſus, quantum naturae lumine

sit abrumpere; sed exspectandum vtique esse, quoad quis euocetur ab eo, qui nos in hacce statione collocauit.

lumine constat, in societatis humanae nostramque vtilitatem concessus sit: 2) mortem opportunam sapientis electionis esse indicium: 3) stultum esse mala ipsa alere ac nutrire. 4) Conditio vitae & vita pari passu ambulant: ea autem in nostra potestate nostrique iuris est etiam in ciuitate. 5) Summa mala, quae omnem agendi vim nobis adimunt, indicio esse posse, DEVM velle, vt e vita decedamus: 6) mortem finem esse omnium malorum DEOque animum, qui eius particula est, adunari: 7) quum ob alterius pericula meipsum vita priuare liceat, cur non ob propria mala? Conf. TH. BROVVNES *relig. med. sect.* 43. *p.* 247. *Essais de* MONTAIGNE *l.* 2. *c.* 3. SAM. RACHELIVS *de morte voluntaria* §. 43. *sqq.* Sed argumenta sequentia his obiectionibus opponuntur: 1) principium Stoicum: animam esse particulam diuini spiritus per mortem rursus in essentiam DEI transeuntem falsissimum est, vt alibi demonstrari solet: 2) mors etiam initium malorum est, si ex vita discedas impius: 3) nutus DEI ad autochiriam figmentum est, qui nisi te supersesse vellet tuis calamitatibus, te eriperet: tua manu non opus habet: 4) obligatio conseruandi vitam a DEO iiuncta patet ex variis rationibus: huic autem obligationi renunciare non poteris, nisi maior te impellat obligatio, quae in nulla alia re, quam in speciali iussu DEI sufficienter declarato quaeri posse videtur: 5) maioris fortitudinis est & sapientiae, ferre mala dubia & incerta, quam iis succumbere: non mortem quidem, sed vitam reformidant propricidae: 6) tandem a societate hominum istud principium alienum plane esse videtur,

cauit. Equidem id vtique recte fieri posse videtur, quum homo possit & debeat sua opera aliis inseruire, & vero certum genus laborum, aut eorum intensio vires hominis ita atterat, vt senium vitaeque terminus maturius ingruat, quam si quis molliter aetatem exegisset; vt quis eligat probabilem occasionem breuioris vitae, quo talenti sui vsum aliis eo largius dispenset. Sed & quum saepe multorum vita seruari nequeat, nisi pro iis alii probabili sese vitae periculo exponant; per imperantem legitimum posse ciui sub comminatione grauissimarum poenarum iniungi, ne eiusmodi periculum fuga declinet. Immo & vltro tale periculum subire licebit, modo grauio-

detur, quae membris suis hac ratione priuatur & destituitur. Conf. GEVLINGII *ethic. de virtut. cardin. sect. II. §. V. p.* 164. *sqq.* IO. ADAMI *librum de autochiria* DONNIO oppositum. Excipiunt nonnulli autochiriam 1) diuina auctoritate susceptam. Vid. GROTIVM *de I. B. & P. L. II. c. XIX. §. V.* 2) ab eo, qui rationis vsu destituitur, perpetratam: 3) illum casum, vbi quis videt, se breui certissime periturum cum cruciatu intolerabili minime merito. Quam solide id fiat vid. in THOMAS. *iurispr. diu. L. II. c. I. §.* 74. 79. in BEYERI *delin. I. N. c. XII. §.* 22. *sqq. p.* 79. *sqq.*

uiores cauſſae non retrahant, & ſpes ſit, iſthoc in aliorum ſalutem ceſſurum, & hi digni ſint, qui tam care redimantur. Nam id ſtolidum fuerit, alteri perituro fruſtra ſeſe comitem addere, aut egregium virum pro nauci homine mortem oppetere. De caetero tamen per legem naturae haud quidquam praecipi videtur, vt quiuis cuiusuis alterius vitam ſuae vitae praeferat; ſed caeteris paribus ſibi quisque proximus eſſe permittitur. Aſt vero, qui vel taedio moleſtiarum, quae vitam humanam communiter comitantur, vel indignatione malorum, quae humanae ipſos ſocietati erubeſcendos non erant redditura, vel metu dolorum, queis fortiter toleratis exemplo ſuo prodeſſe aliis poterant, vel per vanam iactantiam fidei aut fortitudinis vitam vltro abrumpunt & proiiciunt, vtique in legem naturalem peccare ſunt cenſendi. (2)

§. X.

(2) In praecepta honeſti ſcilicet, non in ius naturae: dum enim ſibi quis manus violentas iniicit; non ſtatim aliis facit iniuriam: quamuis dari poſſint caſus, vbi & in alios autochiria iniuria dicenda.

§. X. Ceterum quia saepenumero conseruatio sui, quam & tenerrimus adfectus & ratio homini commendat, cum praecepto de socialitate conlidi videtur; (1) dum nempe salus

§. X. (1) Tantum abest, vt conseruatio sui cum caede iniusti inuasoris coniuncta collidatur cum principio socialitatis, vt maxime conueniens ei potius esse videatur. Nam non societas quaeuis, vel hominum inordinata multitudo intelligitur, sed de societate bene ordinata & secura hic sermo est, in qua tranquillitas externa quouis modo conseruanda: eius itaque magis interest, vt membra pernicioſa, quae pacem externam violenter turbant, e medio tollantur, quam vt vtilia membra pacis studioſa in eorum gratiam per iniustam laesionem sine sui defensione cadant & occidantur. Principia itaque iusti non quidem praecipiunt, vt nos cum caede inuasoris defendamus; defensionem tamen illam permittunt & tamquam conclusionem exinde enatam licitam esse ostendunt. Quum enim alteri nullum sit ius nos laedendi; hinc quoque ei nullam facimus iniuriam, si illius violentiam violenter propellamus; sed potius libertatem adipiscimur nos aduersus violentam inuasionem defendendi & securitatem nobis vindicandi. Quicumque vero negligeret suam defensionem, vel sponte omitteret, is in ius naturae peccasse non dicendus esset, sed potius iuri suo renunciasse, & ea, quae licita fuissent, persequi noluisse, quod auctor §. seq. etiam docere satagit. Quare HOCHSTETERVM *colleg. Pnf. exerc. V. p.* 221. praeceptum legis naturalis minus recte sibi hinc finxisse quisque videt: *Ita te defende, vt alium, te licet laesurum, si fieri possit, non laedas.* Id enim, quod ad ius nostrum pertinet, i. e. ad facultatem nostram

ſalus noſtra ab alio homine in periculum coniicitur, ſic, vt aut nobis ſit pereundum, vel graue incommodum ſubeundum, aut alter cum laeſione propulſandus: igitur quali *cum moderamine defenſio noſtri contra alios homines ſit temperanda*, a) iam tradendum. Inſtituitur igitur defenſio noſtri vel *ſine laeſione* eius, abs quo malum nobis imminebat, dum efficimus, vt ei anceps aut formidoloſa noſtri inuaſio videatur; vel cum *iſtius laeſione* aut pernicie. Prior modus quin ſit licitus, omnique peccato vacet, dubium non habet.

a) Puf. de I. N. & G. L. II. c. V.

§. XI. Enimuero circa poſteriorem modum ſcrupulus moueri poteſt: quod parem iacturam videatur facere genus humanum occiſo inuaſore, quam ſi ipſe peream; & quod vtique perdendus ſit mei ſimilis, quicum ad colendam vitam ſocia-

ſtram agendi ex permiſſione legis vel ſuperioris, confundit cum praecepto legis, quale hic non datur: vt taceam illam legem non eſſe praeceptum iuſti, ſed decori. Qui enim hoſtis eſt, poteſt laedi in infinitum, & ius nullum habet poſcendi à me vt humaniter tractetur: quare ei in violenta mei defenſione non fit iniuria.

ſocialem adſtringor; & quod maiores turbas videatur parere violenta defenſio, quam ſi vel fugam arripiam, vel corpus patienter inuaſori praebeam. (1) Verum iſta hoc defenſionis genus haut quidquam faciunt illicitum. Nam (a) vt aduerſus aliquem pacifice & amice agam, requiritur, vt ipſe ſe talem erga me praebeat, qui eiusmodi officia a me recipere idoneus ſit. Et quia (b) ſocialitatis lex ad ſalutem mortalium ſpectat; ideo eiusdem talis eſt facienda interpretatio, quae ſingulorum ſalutem non peſſumdet. Inde (c) vbi alter exitio meo imminet; nulla eſt lex, quae meam me ſalutem prodere iubeat, vt alterius malitia impune graſſari queat. Et qui (d) ex tali occaſione laeditur aut occiditur, habet, quod ſuae prauitati imputet, quae

§. XI. (1) Quae hic ſubnaſcuntur dubia, exinde pronasci quiuis intelligit, quod PVFENDORFIVS falſam ſocialitatis hypotheſin iuri naturae fundamenti loco ſubſternat, quae tamen ad decori regulas deducendas tantum accommodata eſt. Nemo iſta dubia concipiet, qui ſecum reputabit, ius ſe defendendi ex iniuſta laeſione nobis intentata oriri, legemque naturalem permittere, vt violentia violenter retundatur.

Digitized by Google

quae mihi iſthanc neceſſitatem impoſuit. Alias quippe omnia bona, quae natura aut induſtria nobis peperit, fruſtra forent conceſſa, ſi alteri iniuſte illa inuadenti vim non liceret opponere; & parata praeda improbis expoſiti forent probi, ſiquidem hi iſtis numquam deberent vim opponere. Sic vt violentam ſui defenſionem plane proſcribere exitio generi humano ſit futurum.

§. XII. Non tamen ſemper, quando iniuria intentatur, ad extrema licet prouolare; ſed *tutiora prius remedia tentanda;* (1) puta vt aditum inuaſori intercludam; vt intra munita loca me contineam; vt inuaſorem moneam a furore deſiſtere. Sicut & hoc prudentis eſt, (2) *leuis in-*

§. XII. (1) Conf. §. ſeq. XIIX.

(2) Decori & prudentiae eſt, ſed non ſtricti iuris: perfecte enim ad leuis iniuriae patientiam non obligor: *partim* quod hoſtilis in me animus ſufficienter iam declaratus ius defendendi mihi concedat: *partim* quod certo ſcire nequeam, quousque alterius iniuria & laeſio ſit proceſſura, vt auctor §. ſequ. oſtendit: *partim* quia vires humanas plerumque ſuperat in tanto adfectuum impetu prudentiae frena adhibere, adeoque non obligor ad factum difficillimum, vbi non in culpa ſum, quod in iſtas perturbationes inciderim.

iuriae patientia, ſi commode fieri poſſit, defungi, & de ſuo iure aliquid remittere potius, quam intempeſtiua violentiae oppoſitione maiori ſeſe periculo exponere; praeſertim vbi impetatur id, quod facile reparari aut penſari queat. Verum vbi hoc aut ſimili modo ſalus mea in tuto locari nequeat; pro eadem expedienda vel extrema tentare licebit.

§. XIII. Sed, vt liquido iudicari poſſit, an quis intra *limites inculpatae defenſionis* ſubſtiterit, diſpiciendum prius eſt, vtrum quis *in naturali libertate* nulli mortalium ſubiectus, an vero *imperio ciuili* obnoxius degat? *Priori ſtatu*, vbi alter iniuriam inferre pertendat, nec poenitentia praui conatus ductus ad pacem mecum colendam redire velit; hunc vel cum caede repellere potero. Idque non ſolum ſi vitam meam impetat; ſed & ſi me vulnerare, (§. 19.) aut laedere dumtaxat, aut etiam res (§. 21.) ſaluo corpore eripere conetur. Nam (a) neque cautum eſt mihi, quod ab iſtis iniuriis ad maiores non ſit tranſiturus; & (b) qui

ſeſe

ſeſe hoſtem profitetur, nullo amplius iure munitur, quo minus quouis modo a me repellatur. Ac (c) reuera tunc inſociabilis eſſet hominum vita, ſi contra eum, qui modicas iniurias continuare non deſiſtit, extrema non liceret adhibere. Hoc modo enim (d) modeſtiſſimus quisque deterrimo cuique perpetuum ludibrium deberet.

§. XIV. Qui autem *imperio ciuili* ſubiecti degunt, tum demum violentam ſui defenſionem licite adhibent, quando tempus ac locus non fert, auxilium magiſtratus implorari ad repellendam eam iniuriam, qua vita, vitaeque aequipollens, aut irreparabile bonum in praeſentaneum periculum coniicitur. (1)

§. XV. Circa *tempus*, intra quod defenſio recte fieri poteſt, ita habendum eſt. Qui *in naturali libertate* vtrimque degunt, etſi poſſint ac de-

§. XIV. (1) Illa ſub imperio ciuili neceſſitas dicitur ſtatus quaſi naturalis, vel ſtatus naturalis extraordinarius: cura omnis meae defenſionis mihi iam relicta eſt, quum magiſtratus auxilium implorari nequeat, & ego quaſi ſine imperio ciuili, ſine magiſtratu conſiderandus ſum.

beant praesumere, alios aduersus se officia legis naturalis obseruaturos: tamen propter malitiam ingenii humani numquam ita securi esse debent, quin sibi mature innoxia munimenta circumponant; puta, aditum praestruendo hostilia molientibus, arma virosque comparando, socios adiungendo, aliorum conatus vigilanter obseruando & quae sunt similia. Verum ista *suspicio*, orta ex communi hominum malitia, non sufficit, vt sub obtentu defensionis meae alterum vltro armis opprimere possim, ne quidem si *potentiam* ipsius *nimis glisscere* videam; (1) praesertim vbi eamdem innoxia indu-

§. XV. (1) Ex metu crescentis potentiae alterius non statim ius nobis enascitur incipiendae violentae defensionis: nondum enim potentia alterius potest praeparatio dici ad nos laedendos; & licet exinde periculum in nos redundare possit: tamen nisi alia accedant signa; 1) metus iste adhuc *moraliter* est incertus, qui accedentibus variis momentis, circumstantibus in certum facile abire potest; nondum tamen abire debet: 2) cautionibus innoxiis nobis prouidere possumus, vt potentiae crescenti potentiam opponamus: quod alter aegre ferre iuste non potest, quum non laedatur vlla ratione. Vbi tamen crescens potentia cum animo nocendi hactenus quauis occasione declarato. cum aliis signis

induſtria, aut per benignitatem fati citra aliorum oppreſſionem adauxerit. Quin etſi quis praeter facultatem nocendi etiam *voluntatem* oſtendat, non quidem aduerſus me, ſed alium; non ideo ſtatim meo nomine eum inuadere vltro poſſum; niſi ad auxilium alteri, qui iniuſte a potentiore inuaditur, ex foedere tenear. Quod eo promtius facere expedit, ſi probabile ſit, iſtum altero oppreſſo in me quoque tranſiturum, & priore victoria pro inſtrumento ſequentis vſurum. (2) Aſt

gnis voluntatem nocendi exprimentibus, cum circumſtantiis nos vel noſtra iura vel foederatos laedentibus ſit coniuncta; metus ille iam certus erit, & non ob gliſcentem potentiam, ſed ob illius in noſtra pericula directionem manifeſtam defenſio noſtra violenta iuſtum capere poteſt initium. Conf. infra lib. II. c. XVI. §. 4. TESMAR. *ad Grot. L. II. c. I.* §. 17. SCHARROCK *de offic. c. III. n.* 9. 10. Comprobant iſtum agendi modum populi ſeptemtrionales, qui excreſcentem Ruſſorum potentiam attente & vigilate circumſpiciunt, eique non ſtatim bellum, ſed cautiora longe ſecuritatis adminicula opponunt.

(2) TITIVS ad h. l. quem ſequitur BARBEYRACVS *ad Puf. op. mai. lib. II. c. V. §. VI.* monent, auctorem minus recte ad ſpeciales fontes obligationis defendendi inſontes hic recurrere, quum ea obligatio fluat ex lege ſocialitatis, & quiuis teneatur

oppreſſo

vbi liquido adparet, alterum circa inferendam mihi vim iam occupari, licet conatus ſuos nondum plene expromſerit; ſtatim licebit violentam ſui defenſionem auſpicari, & noxam adparentem occupare; ſiquidem nulla ſpes ſit, fore, vt amice admonitus hoſtilem animum exuat, aut eiusmodi admonitio rebus

oppreſſo ſuccurrere laedentemque inuadere. Sed ſi haec ad regulas iuſti pertinerent; adiicienda tamen eſſet limitatio: *niſi mea ſecuritas eidem periculo exponatur, & auxilium fruſtra in meum detrimentum alteri laturus ſim.* Nam ſi abſolute illud monitum ſpectetur; 1) lex humanitatis & decori magis, quam iuſtitiae id requirit; vid. infra c. IIX. §. 4. 2) quando alter opprimitur iniuſte; ſumus quidem per humanitatem & prudentiam obligati ad componendas illas lites per viam interpoſitionis amicae; non autem ad inuadendum inuaſorem. 3) Quum adgreſſio laedentis periculoſa ſit & anceps; maiores inde pronaſcentur turbae paci externae iniquiſſimae noſtramque ſecuritatem plane tollentes, cui tamen ſuſtentandae peculiariter obligati ſumus; alias nobis etiam innocentibus attraheretur ſummum periculum contra voluntatem DEI, qui pacem externam nobis conſeruari vult. 4) Parum abeſt, quin hac ſententia fundamenta fabulae de bello punitiuo in inſontis oppreſſorem recoquantur iamdudum refutata. Quam ob rem ſolas auctoris rationes neceſſitatem inſontis defendendi in iure naturae ſtricte ſic dicto nobis inferre poſſe arbitror; nempe vel fedus, vel quod moraliter certum ſit, oppreſſorem in me quoque tranſiturum.

bus nostris noxia sit futura. Vnde heic pro *adgressore* erit habendus, qui prior voluntatem nocendi alteri concepit, & ad eamdem exsequendam se comparauit; *defensionis* autem *fauor* illum comitabitur, qui celeritate vsus tardius molientem oppressserit. Neque enim ad defensionem requiritur primum ictum excipere, aut ictus, qui intentantur, eludere dumtaxat & repellere. In hoc porro statu non solum in praesens intentatum periculum repellere, sed & hoc depulso inuasorem eo vsque persequi possum, quoad ab illo in futurum satis mihi cautum sit. Super qua *cautione* ita habendum: Si quis, iniuria intentata, vltro poenitentia ductus veniam petat, & damni restitutionem offerat; in gratiam cum ipso, fide accepta, redire debeo. Nam firmum est signum animi emendati, sponte poenitere, & veniam petere. Ast qui tunc demum poenitentiam prae se fert, quando resistendi vires deficiunt, eius nudo promisso fidere parum tutum videtur. Igitur tali vel vires nocendi

ſubtrahendae, vel aliud vinculum iniiciendum, ne deinceps nobis exiſtat formidabilis.

§. XVI. Aſt in ciuitatibus haud quidquam tam laxum ſpatium ad ſui defenſionem indulgetur. Nam heic, licet quis intellexerit, ciuem ſeſe comparare ad vim ipſi inferendam, aut atroces minas ſpargere, nequaquem *occupare* iſtum licebit; ſed ad communem imperantem erit deferendus, & ab eodem cautio petenda. Verum vbi quis ab altero iam inuaditur, & in eas redigitur anguſtias, vt magiſtratus aut aliorum ciuium implorandi ſubſidium facultas non ſit, tunc demum ad repellendam vim vel extrema inuaſori licebit intentare, non quidem ea intentione, vt per caedem vindicta ob iniuriam exigatur, ſed quatenus vita citra eiusmodi caedem e praeſenti periculo nequit eripi. *Initium* autem temporis illius, quo quis in ſui defenſionem alium impune poteſt occidere, inde ſumitur, quando adgreſſor voluntatem impetendi vitam meam prae ſe ferens, & a viribus

bus instrumentisque nocendi instructus, iam intra illum locum exstiterit, ex quo re ipsa nocere possit, computato quoque illo spatio, quo opus est, si ego praeuenire, quam praeueniri malim. *Perdurat* autem *spatium inculpatae tutelae*, quoad adgressor fuerit depulsus, aut vltro recesserit, vel poenitentia in ipso facinoris momento tactus, vel quod conatum eius euentus destituerit, ita vt in praesens nocere amplius nequeat, nobisque sit facultas in loca tuta nos recipiendi. Nam vltio iniuriae & cautio in futurum ad imperii ciuilis curam & potestatem spectat. (1)

§. XVII.

§. XVI. (1) Comparatio inculpatae tutelae in statu ciuili & naturali facile institui poterit. Initium iustae defensionis in statu naturali est actualis & moraliter certa praeparatio alterius ad nos laedendos: in statu ciuili praesentissima actualis laesio. Finis eiusdem in statu naturali est non tantum repulsio hostis & cessatio laesionis actualis, sed etiam vindicatio damni & assertio futurae securitatis: in statu ciuili est cessatio laesionis actualis, cautio de non offendendo & de restituendo a magistratu exspectanda. Ad inculpatam tutelam in ciuitate WEBERVS ad h. l. requirit quatuor: 1) vt quis sit in statu defensionis, non adgressionis, 2) vt arma, quibus petitur, sint letifera, 3) necessitas

§. XVII. Licet autem defenſionem ſuſcipere tam aduerſus eum, qui dolo malo, quam qui *per errorem* exitium mihi intentat; puta, ſi quis inſania agitatus me inuaſerit, aut quia me alium, quocum inimicitiae ipſi intercedunt, crediderit. Nam ſufficit, quod alteri non ſit ius ad me inuadendum aut occidendum, neque in me ſit obligatio ad mortem fruſtra ſubeundam.

§. XVIII. Quamquam autem dictum ſit, non recte ad caedem prouolari, vbi commodiore via periculum depelli poteſt: tamen propter *perturbationem animi*, quam imminens

ſitas defenſionis ſit ineuitabilis,& 4) id,quod petitur, ſit irreparabile. Sed nullum ex his inculpatae tutelae naturam exprimit, quod pace viri doctiſſimi oſtendere liceat: primum enim eſt ſuperuacuum & *idemticum* dicere de eſſentia iuſtae defenſionis, quod debeat fieri in ſtatu defenſionis: ſecundum & quartum requiſitum non attendi debet ſtricto iure in moderamine inculpatae tutelae, nec poteſt, quum non ex paritate armorum & comparatione rerum laeſarum tutelae ius exoriatur, ſed ex iniuſta noſtrarum rerum laeſione, quaecumque ſint,& ex hoſtilis animi declaratione. Tertium requiſitum non eſt ſtricti iuris, ſed pertinet ad principia honeſti vel decori, vt ſequ. §. docebit. Poteſt enim quis omittere defenſionem, ſi velit, maloque ſuccumbere: ſufficit plenum ius ſe defendendi.

nens periculum parere ſolet, non omnia ad viuum reſecari ſolent; (1) quum in tali periculo trepidanti non

§. XIIX. (1) In ſtatu naturali & ciuili excuſat animi perturbatio, quae alterius culpa in me excitata eſt, vt ſi excedam limites aliquantulum, eam tamen ob cauſſam poenae ſaltem ordinariae in ciuitate ſubiici, vel non dici poſſim in ſtatu naturali inuaſorem nimium laeſiſſe. Quis enim adeo mentis ſuae erit compos Stoicaque animi ſerenitate ſcilicet imbutus, vt in violentae inuaſionis periculo attendere & apud animum ſuum ratjonibus dubitandi & decidendi expendere queat, 1) an ipſe, an inuaſor vtilius membrum ſit ſocietatis, 2) quis in maiori ſalutis aeternae amittendae periculo ſit conſtitutus, 3) an fuga, an aditus prompta occluſione ſecuritati meae proſpicere poſſim, 4) an manibus nudis fidendum adeoque permittendae ſint fuſtes, plagae, alapae, ereptio rerum &c. an vero occultata habeat arma letifera, 5) an armis ſuis necem mihi inferre queat, 6) an arma ſint paria, 7) qua intentione me inuadat, an per errorem, ebrietatem, an conſulto &c. an verberandi, vulnerandi, occidendi intentione, 8) qualia membra laeſerit, an neceſſaria, an non neceſſaria, 9) qualis gradus violentiae inuaſoris laeſioni iuſta proportione opponendus, & quae ſunt reliqua, quibus moraliſtarum & JCtorum nonnullorum ſcripta plena ſunt circa hanc materiam. Haec omnia non attendenda ſunt ſtricto iure naturae, nec ob difficultatem & obſcuritatem, ob mentis perturbationem & alia attendi poſſunt in inculpata tutela, cuius finis in ſtatu naturali eſt propulſio hoſtilis violentiae & ſecuritatis noſtrae damnique reſtitutio: ad quem finem ius naturae omnia adminicula permittit, etiam extrema, nec aliquid ſpecialius

non ita accurate omnes euadendi vias liceat circumſpicere, ſicut ei, qui tranquillo animo rem conſiderat. Inde vti ex loco tuto ad prouocantem vltro deſcendere temerarium

cialius de iſtis mediis determinat. Quidquid hic adfertur de iſtis cautionibus, ad ingenii figmenta pertinet, vel reſtrictiones ciuiles, vel conſuetudines ſuperſtitioſas, quas recta ratio ignorat. Si itaque aliquis in leuiore laeſione hoſte inſtante ad extrema prouolet ob turbatam mentem manumque, is in ius naturae non peccat, quod laeſo in laedentem & aduerſus hoſtem ius in infinitum permiſit: non enim maius laedens ius habet ad leuem iniuriam inferendam, quam ad grauem: nec noſtrum ius defendendi exin magis vel minus recipit: peccare tamen poteſt in regulas decori vel prudentiae, quod cautius potuiſſet agere. In ſtatu ciuili differentiae aliquid accedit: ius enim contra hoſtem in infinitum naturaliter nobis permiſſum illo ſolo reſpectu in ciuitate limitatur, quatenus magiſtratus auctoritas & auxilium mihi ſubuenire poteſt, qui tutelam noſtram ſuſcepit. Non ergo obiecti qualitas, laeſio membrorum, rerum, non armorum paritas &c. ſed magiſtratus auxilium & ſatisfactio hic differentiam conſtituit. Vbicumque ea exſpectari poterit, & ſecuritas damnumque reſtitui, limitatur ius meum, quod habebam in infinitum: manet autem integrum, vbi magiſtratus iudicium ceſſat & ſuccurrere nequit. Ex quibus patet, quod defenſio membrorum, pudicitiae, rerum non diſtinctas inculpatae tutelae ſpecies conſtituat, ſed una eademque defenſio locum in iis obiectis inueniat, a quibus nulla limitatio iuris defendendi proficiſci poteſt, quod in §§. ſqq. notandum.

Digitized by Google

rium eſt: ita ſi in aperto me loco conſtitutum alter inuadat; non praeciſe ad *fugam* obligor, niſi forte in propinquo ſit tale ſuffugium, in quod me citra periculum poſſim recipere; neque ſemper ceſſim ire teneor. Nam & ibi nudum tergum oſtendendum, vtrimque periculum lapſus imminet, ac vbi ſemel gradu ſis depulſus, eumdem iterum componere haud facile eſt. Vti autem aliquis fauore defenſionis non excluditur, quod vltro in publicum ad ſua negotia obeunda prodiit, quum, ſi domi manſiſſet, a periculo immunis erat futurus: ita eodem non fruitur, qui ab altero in *duellum* (2) prouocatus, vbi comparuerit, ita premitur, vt, ni illum transfodiat, ipſi ſit pereun-

(2) Bella ſingularia in ſtatu naturali licita ſunt: in ſtatu ciuili autem, vbi ſummus imperans ius decidendi lites ciuium & vlciſcendi iniurias ſuſtinet, non tolerantur. Varia duellorum genera & earum moralitatem expoſita leges in *obſ. Halenſ. T. IX. n.* 4. *&* 5. vid. LVD. ANT. MVRATORII *introductio ad pacem priuatam Ital. idiom. Mutinae* 1708. 8. *ed.* cum aliis hac de re diſſertationibus, quarum excerpta vid. *in Act. Erud. Suppl. T. V. Sect. XI. p.* 501. Conf. CASP. THVRMANNI *Bibliotheca duellica, ſiue de barbara ac belluina duellandi conſuetudine. Halae* 1700. 4.

pereundum. Nam quum leges id periculum ſubire vetent, eius quoque ad excuſandam cædem nulla habetur ratio.

§. XIX. Quod pro defenſione vitae, idem & pro *defenſione membrorum* conceditur, ſic, vt & ille innocens habeatur, qui violentum inuaſorem occidit, cui fortaſſe intentio fuit membro eum dumtaxat mutilandi, aut graue vulnus infligendi. Nam & natura a mutilatione & gravi laeſione maxime abhorremus; & mutilatio membri, praecipue nobilioris, quandoque non multo minoris, quam ipſa vita, aeſtimatur. Quin in anteceſſum non conſtat, an non ex mutilatione ac vulnere mors ſit ſecutura: ac talis patientia communem hominum conſtantiam ſuperat, ad quam leges regulariter non ſolent obligare, in gratiam praeſertim hominis malitioſi.

§. XX. Sed & quod pro vita, id & pro *pudicitia* licere iudicatur: (1) quippe

§. XX. (1) Sunt nonnulli, qui negant hoc pro pudicitia licere, vt AVGVSTINVS *lib. V. de lib. arbit. c. V. & L. I. de ciuit. Dei c. XVIII.* & inter re-

ceutio-

quippe quum nulla maior contumelia honestae foeminae inferri queat, quam si quis inuitae eripere adgrediatur, cuius integritate eius sexus decus maxime aestimatur, & efficiat, vt hosti ex suo sanguine prolem suscitare cogatur.

§. XXI. *Defensio* autem *rerum* inter eos quidem, qui in naturali libertate viuunt, etiam *ad caedem usque* inuasoris procedere potest; modo

centiores THOMAS. *inst. I. D. L. II. c. I. §. 114.* ZIEGLER. *ad Grot. L. II. c. I. §. 7. p. 195.* BVDDEVS *phil. pr. P. II. c. IV. sect. 3. §. 14.* quum primo pudicitia, si moraliter eam spectes, sit virtus animi, quae inuito auferri nequeat: deinde per aequiualens, si physice ea consideretur, reparari queat. Sed praeponderant argumenta auctoris: quibus accedit, 1) quod ius violentae defensionis non ex qualitate rerum, in quibus laedimur, sed ex iniuriae inlatae violentia & atrocia resultet, & absone vita inuasoris cum iis rebus comparetur, 2) quod praeterea, si res comparandae sint, communis aestimatio & etiam lex diuina pudicitiam vitae adaequet. Vid. GROT. *de I. B. & P. L. II. c. I. §. 7.* 3) Quod honesta foemina non obligetur ad toleranda incommoda infinita, quae ex violatione suae pudicitiae proueniunt, inprimis quum nulla grauior sit seruitus aut molestia honesto animo, quam corpus ad petulantiam hosti relinquere. Vid. plura in SELDENO *de I. N. & G. L. IV. c. 3.* STRYCKIO *de iure conscientiae c. VI. n. 94. p. 172.* BARBEYRAC. *ad h. l.*

do res non ſit eiusmodi, vt contemni mereatur. (1) Nam citra res vtique vita noſtra ſeruari nequit; & aeque hoſtilem animum declarat, qui res, quam qui vitam per iniuriam impetit. Verum in ciuitatibus, vbi erepta ſubſidio magiſtratus recuperari poſſunt, id regulariter non conceditur; niſi in eo caſu, vbi, qui res noſtras ereptum venit, in iudicium adduci non poteſt. Quo intuitu licitum eſt occidere praedones & fures nocturnos.

§. XXII.

§. XXI. (1) Ii, qui res & vitam inuaſoris comparant, neceſſario in ineptas ſubtilitates incidunt, nec reſpiciunt, qua hoſtilitate animi, qua iniuria laedamur in noſtra ſecuritate. Quae tamen difficultates euitari facile poſſunt, ſi adgnoſcas, furem ad rem leuem rapiendam non maiore iure vel iniuria ferri, quam ad rem magni pretii rapiendam violentamque defenſionem ex fine ſecuritatis noſtrae reſtituendae & iniuria nobis illata deduci. In ſtatu naturali temporis circumſtantia nihil mutat in limitibus violentae defenſionis aduerſus raptorem, in quem, quousque raptor eſt, ius illimitatum habemus, ſiue ſit diurnus, ſiue nocturnus. Sed in ciuitate, vbi interdiu raptor facilius in iudicium adduci poterit, vel aliorum auxilium & magiſtratus ſatisfactio exſpectari, violentiae noſtrae arctiores limites contra diurnum raptorem poni ſolent. Conf. ZIEGLER. *ad Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 1. §. 12.* STRUV. *de vindicta priuata p. 45. ſqq.*

§. XXII. Atque haec de defenſione ab iis facta, qui vltro ab aliis per iniuriam inuaduntur. Qui autem prior alterum laeſit, tunc demum recte ſe defendere, eaque defenſione iſtum denuo laedere poteſt, poſtquam poenitentia tactus reparationem damni dati, & cautionem de non laedendo in poſterum obtulit, & laeſus eamdem per aſperitatem animi reſpuit, ac manu ſibi vindictam facere pertendit. (1)

§. XXIII. Denique & tanti habetur conſeruatio ſui, vt ſi ea obtineri aliter nequeat, in plurimis *caſibus* ab obligatione communium legum eximere cenſeatur. Quo nomine *neceſſitas* (1) lege carere dicitur.

§. XXII. (1) Vel ſi laeſus ſatisfactionem iniquiſſimam poſtulet, reiecta iuſta damni reparatione: laedens enim non obligatur ad ſatisfaciendum alteri, vltra limites aequitatis & iuſtitiae.

§. XXIII. (1) Haec eſt vel communis, quae paſſim occurrit, vel grauis, vel grauiſſima, vbi de vita periclitamur, quae hic loci intelligenda. Vid. HOCHSTETTERI *Colleg. Pnef. p.* 236. ZENTGRAV. *de origine iuris naturalis Sect. III. art. I.* §. *I. p.* 571. *ſqq.* ad eam requirere ſolent, 1) vt malum, quo premimur, ſit grauiſſimum & extrema minetur, 2) vt non niſi his adminiculis ſuperabile ſit, ad quae arripienda impellimur: vbicum-

tur. (2) Scilicet quum tanto ardore ad ſui conſeruationem homo rapiatur; non facile praeſumitur, talem iſti

bicumque enim alia potuiſſent media adhiberi, quae aliis non ſunt moleſta, nondum ſumus in ſtatu extremae neceſſitatis. Quod ſi autem media illa paullulum fuerint obſcuriora, nec ſtatim attendenti patere potuerint; excuſandus omnino erit homo in neceſſitate conſtitutus, ſi ob animi ſummam perturbationem & periculi grauitatem eo non reſpexerit. Alia res eſt, vbi periculum non in mora, nec iudicium animi exſulare poteſt. Sic qui flammis incendii, vel fluctibus maris aeſtuantis vna cum aliis circumdatus eſt, mentis ſuae minus compos eſſe intelligitur, quam qui victus inopia preſſus media circumſpicit. 3) Vt nobis ipſi neceſſitatem illam malitioſe vel petulanter non attraxerimus. Quod tamen ita non erit capiendum, ac ſi hoc abſolute & vniuerſaliter neceſſarium ſit requiſitum, ſed pro ratione culpae & eius quantitatis vel attendi vel negligi debet in caſibus ſpecialibus. E. c. ſi quis per negligentiam naufragium paſſus ſit; iuri neceſſitatis nihil decedit. Vid. BARBEYRAC *ad §. XXX. huius cap.* & GERHARD. *Delin. I. N. c. XII. p.* 220.

(2) Neceſſitas quidem lege carere dicitur, quia recedere videtur a iure ordinario: attamen reapſe ex iuris naturae praecepto profluit, quod ſic demonſtrari poſſe puto. DEVS nos obligauit ad noſtri conſeruationem, adeoque ius dedit ad adminicula eo ſpectantia: ad ordinaria in ſtatu ordinario; ad extraordinaria in ſtatu extraordinario; ad extrema in ſtatu extremae neceſſitatis. Non enim legislator ſummus eam legis obſeruationem intendiſſe videtur, quae noſtram ſalutem & conſeruationem tolleret, ad quam tuendam nos peculia-

sti obligationem impositam, cui propria salus cedere debeat. a) Quamquam enim non DEVS solum, sed &, vbi materiae grauitas requirit, imperium ciuile tam rigidam nobis obligationem iniungere queat, vt mors sit potius oppetenda, quam

a) Pufend. op. mai. L. II. c. VI.

culiariter obligauit. Illa extrema adminicula vel a nobis pendent, e. g. mutilare corpus ad vitam seruandam, resistere inuasori iniusto &c. vel ab aliis in nos redundant & exspectanda sunt. Quando ab aliorum pendent potestate; ius habemus ad ea poscenda & quidem ius perfectum propter summam necessitatem, quae destituitur omnibus ceteris adminiculis, & nullis aliis, quam his subleuari potest, vtpote quibus solis DEVS in hoc statu extremo me conseruari vult. Alii ergo perfecte obligantur ad ea praestanda, ad quae in statu ordinario positis aliis adminiculis imperfecte erant obligati. Et quidem tenentur ea praestare, nisi vel eadem detineantur necessitate, vel eadem mala extrema subituri sint, si nobis succurrant. Ea enim, quae nos vrgere possumus in nostram conseruationem, alii in eodem statu aeque postulare poterunt. Si vero iis non premantur necessitatibus, nobisque denegent sua auxilia; detrahunt aliquid iuri nostro, & per consequens nos laedunt instar hostium, qui non tantum volunt, sed conferunt etiam aliquid, vt pereamus. Hinc ius nobis competit cogendi eos, si possumus, ad auxilia praestanda, e. c. Qui in extrema inopia victus versatur, eripere potest vitae necessaria citra crimen furti. Qui in aliis vitae periculis versatur, cogere potest alios ad subeunda leuiora pericula, molestias, necessitates, quod sqq. §§. illustrant.

latum vnguem ab illa diſcedamus: tamen non ſemper tam rigida legum praeſumitur obligatio. Has enim qui tulerunt, aut qui inſtituta quaedam inter homines introduxerunt, quum vtique ſalutem aut commoditatem hominum per ea promouere voluerint, regulariter quoque ob oculos cenſentur habuiſſe conditionem naturae humanae, & quam non poſſit non homo refugere, & amoliri illa, quae ad ſui deſtructionem tendunt. Inde regulariter leges, inprimis poſitiuae, & quaeuis inſtituta humana iudicantur excipere caſum neceſſitatis, ſeu non obligare, quando ipſarum obſeruationem comitaturum eſſet malum humanam naturam deſtruens, aut communi hominum conſtantia ſuperius, niſi expreſſe, aut propter negotii naturam, iſte quoque caſus in iis ſit comprehenſus. Vnde neceſſitas non id quidem efficit, vt directe lex poſſit violari, & peccatum admitti: ſed ex beneuola legislatorum mente ſimulque naturae humanae conſideratione praeſumitur, caſum neceſ-

ſitatis

ſitatis ſub lege generaliter concepta non contineri. Exemplo vno & altero res erit declaranda.

§. XXIV. Quamquam alias homini non ſit ius in ſua membra, vt illa pro lubitu mutilet perdatue; (1) licebit tamen *abſcindere membrum inſanabili* vitio correptum, ne totum corpus pereat, aut partes adhuc ſincerae trahantur, aut inutili appendice aliorum vſus membrorum impediatur.

§. XXV.

§. XXIV. (1) Hinc ORIGENIS, AMBROSII MORALIS, de quo THVANVS *Lib. XCIX.* SCAEVOLAE, DEMOCRITI facta, ſi modo vera ſint, improbantur a BECM. *conſp. doctr. mor. c. IX.* Conf. MOLLERI *diſſ. de eunuchis*, & SCHILTER *manud. phil. mor. ad iurispr. c. IV. §. 32. p. 159.* ORIGENEM poſtea VALESIVS imitari cupiens, eo dementiae progreſſus eſt, vt verba CHRISTI non pro conſilio, quemadmodum ORIGENES primo fecerat, ſed pro praecepto haberet, quod omnibus obſeruandum eſſet, qui regnum coelorum ingredi vellent. Hinc aliis vel maxime inuitis genitalia propria manu temerarie reſcindebat. Quae haereſis dicta fuit *Valeſianorum* ſiue *eunuchorum*, & mox iterum exſpirauit, poſteaquam a primo concilio Nicaeno condemnata fuerat, D'OLLINCAM *tr. des eunuques c. VI.* 1707. 12. *ed. & act. erud.* 1708. *p.* 309. Id tamen officii non ex iuris naturae placitis diſpiciendum, ſed ex praeceptis honeſti, quale ius in meipſum neceſſitas mihi ſuppeditet.

§. XXV. Si *in naufragio plures in ſcapham* inſiluerint, quam illa ferre poſſit, neque ad vnum peculiari iure ſcapha pertineat; videntur ſorte ducendi, qui proiiciantur: & ſi quis ſortis periculum ſubire detrectauerit; tamquam qui omnium interitum quaerat, extra ſortem praecipitari poterit. (1)

§. XXVI. Si *duo in praeſens vitae periculum* incidant, in quo vtrique ſit pereundum; vni quid facere licet, ex quo alteri, alias perituro, fata admoueantur, vt ipſe ſaluus ſit. (1) V. gr.

§. XXV. (1) BARBEYRACVS ad hunc §. putat, comparationem perſonarum inſtituendam eſſe, quae vtilior ſit ſocietati. Sed ſic honeſte aliquis aget: non tamen ſtricto iure eo tenetur: meae enim conſeruationi ſecundum iuſtitiae regulas magis obligor, quam alienae, & aliud omnino eſt, quid gratus animus, quid humanitas, quid virtus, quid amor ſuaſurus ſit eo in caſu. Notabili exemplo hunc §. illuſtrat VOLQVARD LVERSEN *Reiſebeſchr. c. 5. 6. p.* 190. *ſqq.*

§. XXVI. (1) Haec illuſtrari poſſunt caſu portentoſo de VII. Anglis, qui vaſto in mari cum ſumma inedia luctantes iacta alea caedi vnum non repugnantem deſtinarunt, cuius ſanguine carnibusque ſitim famemque intolerabilem aliquamdiu ſedarunt, de quo vid. ZIEGL. *ad Grotium L. II. c. I.* §. 3. SCHARROCK *de officiis p.* 198. *ſq.* ZENTGRAV. *de orig. I. N. p.* 616. PVF. *de I. N. & G. L. II. c. VI.* §. *III.* Conf. in ſimilitudinem exempli IACOBI de ROY *Reiſebeſchr. p.* 24. 25.

gr. Si ego natandi peritus cum altero natandi imperito in profundas aquas incidiſſem, & ille me circumplexus teneret, neque mihi tantae ſint vires, vt ipſum mecum aquis efferre valeam; potero talem a me violenter amoliri, ne cum ipſo ſimul ſuffocer, etſi is per exiguum tempus a me vtcumque ſuſtentari potuerit. Sic in naufragio, vbi ego tabulam occupaui duorum non capacem, ſi quis adnatans eidem quoque ſe velit iniicere, me ſimul ſecum perditurus; potero eum quauis violentia a tabula repellere. Sic quando duobus fugientibus hoſtis necem intentans inſtat; vnus vel porta poſt ſe clauſa, (2) vel ponte deiecto alterum in periculo vitae deſtituere poteſt, ſi vterque ſimul ſeruari nequeat.

(2) Id illuſtrat MELVIL *Memoir.* 1. 2. *p.* 602. *Le Duc de Lenox. .. Se retira dans ſa chambre & s' y barricada, comme les autres... Mais y ayant vn degré, qui alloit de la chambre du chancelier a celle du Duc de Lenox, le chancelier y monta & prie le Duc, de lui donner entrée dans ſa chambre. Mais le Duc ſuiuant mon auis, lui repondit, qu' il falloit defendre la porte d' en bas auſſi long temp, qu' il ſeroit poſſible, & qu' aprés cela il ſeroit reçû.*

§. XXVII. Ex neceſſitate poteſt alteri *periculum mortis aut magnae laeſionis intentari indirecte*, ita vt nobis non ſit propoſitum ipſi nocere, ſed dumtaxat pro noſtra conſeruatione talem actum ſuſcipere, ex quo probabiliter noxa ipſi poſſit inferri; vt tamen mallemus quauis potius alia ratione neceſſitate noſtra defungi, & ipſam laeſionem, quantum in nobis, temperemus. Sic ſi robuſtior mortem intentans me perſequatur, ac in anguſta via, qua fugiendum, forte quis occurrat; vbi admonitus non ceſſerit, aut id temporis lociue anguſtia non admiſerit; licebit illum proſternere, & per eum iacentem fugam perſequi, etſi probabiliter ex eo impulſu vehementer videatur adflingendus. Niſi forte illi peculiari obligatione tenear, vt etiam vltro pro ipſo periculum ſubire debeam. Quod ſi fugae interpoſitus, admonitus licet, decedere via nequeat, puta ſi infans ſit, aut claudus; ſaltem excuſationem merebitur, qui ſuper eumdem ſaltum molitur potius, quam moras nectendo cor-

corpus hoſti praebet. At vero ſi quis petulanter vel inhumane mihi obſtiterit, & viam fugiendi concedere noluerit; etiam directe impelli ac proſterni poteſt. (1) Caeterum quibus per iſtos caſus laeſio conciliatur, eam tamquam fatalem calamitatem ferre debent.

§. XXIIX. Si quis praeter propriam culpam *in extrema inopia victus, aut veſtium* aduerſus frigus neceſſariarum verſetur, neque ab aliis locupletioribus atque abundantibus precibus, pretio, aut oblata ſua opera, vt vltro ſibi illas concederent, impetrare potuit; citra crimen furti aut rapinae vi vel clanculum illas ſubducere poterit, (1) praeſertim ſi inten-

§. XXVII. (1) Salutis enim vnico remedio impedimentum malitioſe obiicit.

§. XXIIX. (1) Illa enim actio 1) proprie non eſt furtum, quum deſit contrectatio fraudulenta & animus lucrandi. 2) Obiectum mutatur, non lex: eiusmodi enim homo arripit ea, quae ſibi iure alias imperfecto, nunc perfecto propter neceſſitatem debentur, ab altero vero iniuſte detinentur. 3) hinc ſequitur, eum iure ſuo vti, adeoque licite agere. vid. IO. SCHMIDT *diſſ. de fauore neceſſitatis* 1699. *Lipſ. hab.* §. 32. *ſqq.* BEHRNAVER *diſſ. de furto in neceſſitate licito Lipſ.* 1702. *hab.* GROT. *lib. III. c. XVII.* §. 1. 2. *ſqq.* BEYER *delin. I. N. c. XII. p.* 84. vbi quinque explicationes huius caſus inadaequatae reiiciuntur.

intentionem habuerit earum aestimationem praestandi, quando occasio oblata fuerit. Nam locuples in eiusmodi necessitate constituto ex officio humanitatis debebat succurrere. Quamquam autem regulariter, quae ex humanitate debentur, haudquaquam vi possint eripi: tamen extrema necessitas efficit, vt talia non minus adseri queant, quam quae ex obligatione perfecta debentur. Necessum tamen est, vt egenus omnes prius vias tentet, (2) quo volente

(2) In statu naturali requiritur, vt prius quis tentauerit, an per pacta, an per preces sibi vitae necessaria comparare possit. In statu ciuili ne hoc quidem sufficit, sed praeter ea magistratus decenti ratione adeundus, eius benignitas imploranda statusque necessitatis exponendus erit. Quod si etiam factum sit sine effectu optato; casus demum necessitatis existet, in quo eripere licebit bona in ciuitate. Ex quibus facile de casu memorabili iudicare licebit, qui mense Iunio 1709. *Stargardiae* prope *Inam* contigit, dum nonnemo ex aerario pauperum abstulit 25. thaleros, 13. grossos, seque necessitate ad id adactum, ablatumque cum foenore se redditurum pollicitus est, immisso in arcam illam hoc chirographo: *Hochgeehrte Herren! Noht hat kein Gebot. Als Dauid in Noht war; nahm er die Schau-Brot, und Gott vergab ihm die Sünde. Ich habe aus Noht diesen Kasten angegriffen, und durch ein von Bley zugerichtetes Instrument, so sich nach der Röhre richten können,*

volente domino neceſſitatibus ſuis ſuccurrere queat, neue dominus pari neceſſitate teneatur, aut mox in eamdem ſit deuoluendus; & vt reſtitutio fiat, praeſertim vbi alterius fortunae non ferant, gratis tale quid condonare.

§. XXIX. Denique videtur & neceſſitas circa res noſtras verſans veniam indulgere *res alienas perdendi;* ita

können, und mit einem Firniß angemachet, 25. Thl. 13. gr. heraus gehoben. Bitte aber um Gottes willen: wünſchet mir nichts böſes, oder fluchet mir nicht nach: ich habe für mir eine ferne Reiſe: es wird mir das Meinige durch böſe Leute vorenthalten, und mit denſelben den Proceß auszumachen muß ich Geld haben, und hoffe mit Gottes Hülfe meine Sache höchſtens in drey oder vier Jahren in Stand zu bringen: ſo will das Geld mit denen gehörigen Zinſen wieder einliefern, und denen Armen nichts entziehen, ſo wahr mir Gott helfen ſoll durch IEſum CHriſtum. Amen. Gottfried Silger. Ich gelobe nochmahls bey obigen Worten, daß alles ſoll bezahlet werden. Wo mir Gott Gnade verleihet zu meinem Vorhaben; ſo will ich das Geld doppelt bezahlen. Geſchehen den 16. Junii des Abends um 9 Uhr. Referunt illum caſum KRACKEVVITZ *diſſ. de excommunicatione eccleſiaſtica. Roſtoch. 1709. hab. §. 18, & nou. litt. Hamb. 1709. p. 401.* Sed in iſto caſu 1) non eſt neceſſitas extrema vel grauiſſima, 2) omnes viae probabiliter non fuerunt prius tentatae, 3) nec legitima media pecuniae adquirendae ab homine robuſto per labores, opificia &c. non adhibita.

ita tamen, vt citra noſtram culpam id periculum rei noſtrae exſtiterit; vt idem commodiore via diſpelli nequeat; vt ne pro viliori noſtra re alterius pretioſiorem perdamus; vt aeſtimationem eiusdem praeſtemus, ſi quidem iſta alias peritura non fuerat, aut in partem damni veniamus, ſi alterius res vna cum noſtra alias peritura erat, quae nunc ſua natura noſtram ſeruat. (1) Quam aequitatem fere leges nauticae ſequuntur. Sic & orto incendio, eoque aedibus meis imminente, licebit vicini aedes diruere, ita tamen, vt, quorum aedes hoc modo ſeruatae ſunt, pro rata vicini damnum ſarciant. CA-

§. XXIX. (1) His reſtrictionibus eo magis opus eſt in hoc caſu: quia in eo non ſemper exiſtit neceſſitas extrema: non enim nobis licet, alios ſocios laedere pro lubitu & priuare quibuscumque commodis, vt noſtra commoda conſeruentur, quae alia ratione recuperare & adquirere poſſumus. Conf. GERHARD. *delin. iur. nat. c. XII. p.* 226. *ſq.* Nec principes ab ea aequitate ſunt alieni, quando publicae neceſſitatis cauſſa ciuium poſſeſſiones laedendae & ſubruendae ſunt. Vide quid publicae relationes A. 1719. nuntiabant: *Dans le mois d' Auril* 1719. *le cardinal Alberoni auoit fait eſtimer les Blés* 10. *lieues a la ronde de Roſes pour les payer aux proprietaires & en faire en Suite faire le degat, afin d' oter tout, moyen de ſubſiſter a l' armée françoiſe en cas, qu' elle vint à s' approcher de cette place, pour en former le ſiege.*

CAPVT VI.

DE OFFICIIS QVORVMLIBET ERGA QVOSLIBET,

Et primo quidem

De non laedendis aliis,

1. Officia erga ſocios ſunt vel abſoluta, vel hypothetica.
2. Abſolutum *primum* praeceptum *de non laedendis aliis*.
3. Obiecta huius officii.
4. Conſequens: vt damna, dolo inprimis data, reparentur.
5. Quid ſit damnum?
6. Datur etiam in fructibus.
7. Et quidem vel per nosmet ipſos, vel per alios; ab vno vel pluribus.
8. De damni reparatione.
9. Quid ſit *culpa*, & quatenus ea reparetur.
10. De *caſu* fortuito.
11. Si homo noſter damnum alteri dederit.
12. Si animalia noſtra.
13. De venia & vindicta.

§. I.

SEquuntur *officia*, quae homini *aduerſus alios homines*, ſunt exercenda. a) Eorum aliqua proueniunt *ex communi obligatione*, qua creator omnes homines, vt tales, inter ſe deuinctos voluit: aliqua autem *ex certo inſtituto* per homines intro-

a) Pufend. de I. N. & G. L. II. c. III. §. 23.

[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

ratione me laedat. (2) Immo a maxima parte mortalium nihil amplius, quam iſthoc deſideramus: bona fere inter paucos inuicem communicantur. Aſt cum eo, qui me laedit, nullo modo pacifice poſſum viuere, quum natura cuique tam tenerum amorem ſui rerumque ſuarum inſeuerit, vt non poſſit non omnibus modis repellere eum, qui iſtis noxam inferre adgreditur.

§. III. Hoc ipſo autem officio velut muniuntur non illa tantum, quae per ipſam naturam alicui adſunt, vti eſt vita, corpus, membra, pudicitia, libertas; ſed & quaecumque inſtituto aliquo atque conuentione humana ſunt quaeſita, ſic, vt, quocumque legitimo titulo aliquid noſtrum ſit, hoc praecepto idem auferri, corrumpi, laedi, vſibus noſtris ex

(2) Totum itaque praeceptum I. N. ſtricte ſic dicti negatiuum eſt, & prohibet, ne alter alteri obſit, vel damnum quacumque ratione inferat. Adfirmatiua ptaecepta ad principia honeſti & humanitatis pertinent, vt nempe alter alteri proſit, nec ad eadem in foro humano, niſi obligationis perfectae vinculum ex facto humano & neceſſitate obueniat, cogi aliquis poteſt.

ex toto, aut ex parte ſubtrahi vetetur. (1) Vnde hoc ipſo interdicta intelliguntur quaeuis crimina, quibus aliis noxa infertur; vti eſt caedes, vulneratio, verberatio, rapina, furtum, fraus, vis, directe aut indirecte, mediate aut immediate illata, & quae ſunt ſimilia.

§. IV. Ex hoc porro conſequitur, *ſi cui ſit ab altero laeſio illata, damnumue datum vllo modo, qui ipſi recte poteſt imputari; id, quantum fieri poteſt, ab eodem eſſe ſarciendum.* Alias enim vanum erit praeceptum, ne quis laedatur, neue cui damnum detur, ſi, vbi de facto laeſus fuerit, damnum ipſi gratis deuorandum, &, qui laeſit, fructu ſuae iniuriae ſecure & citra refuſionem gaudere queat. Neque etiam, citra neceſſitatem reſtitutionis, ab ſe inuicem laedendis abſtinebit vmquam mortalium

§. III. (1) Ex quibus patet, quod ea omnia, quae in praecedenti capite a §. X. ad §. vlt. dicta ſunt ab auctore ex hoc praecepto: ne quis alterum laedat, deducenda fuiſſent, non vero ex charitate erga ſeipſum: illa enim lex laeſionem prohibens eo ipſo ius ſiue facultatem moralem ſe defendendi concedit contra iniuſtam laeſionem, quod in praecedenti capite illuſtrauimus.

talium prauitas; nec ei, qui damnum paſſus eſt, facile fuerit, animum ad agendam cum altero pacem componere, quamdiu iſtius reparationem non obtinuerit. (1)

§. V. *Damnum* etſi proprie ad rerum laeſionem pertinere videatur; ita tamen late a nobis heic accipitur, vt notet omnem laeſionem, corruptionem, diminutionem, aut ſublationem eius, quod noſtrum iam eſt, aut interceptionem eius, quod ex iure perfecto debebamus habere, ſiue id datum ſit a natura, ſiue accedente facto humano aut lege attributum; aut denique omiſſionem ac denegationem alicuius praeſtationis, quam alter nobis ex obligatione perfecta exhibere tenebatur. Aſt ſi intercipiantur, quae ex obli-

§. IV. (1) Hoc argumentum ex principio pacis externae deſumtum ita dilucidius patet: Quicumque nobis damni reſtitutionem denegat, is laeſioni iam factae, qua nimirum damnum intulit, ſuperaddit nouam laeſionem, dum iuri noſtro, quo reſtitutionem petimus, detrahit, & hac ratione nobis nouam infert iniuriam: exinde naſcitur denuo ſtatus belli, paxque externa turbatur. Habemus ego ius hanc iniuriam amoliendi & cogendi alterum tamquam hoſtem ad praeſtanda, quae nobis debentur, & ad pacem reſtituendam.

remittitur, (1) prout propius aut longius a fine incerti prouentus remoti fuerint. Denique & pro vno damno habetur, quidquid ex aliqua laesione, velut naturali neceſſitate, deinceps profluxit.

§. VII. Poteſt autem quis alteri damnum dare non ſolum immediate & *per ſe*; ſed & *per alios*. Poteſt & damnum immediate ab aliquo datum *alteri* imputari, (1) quia ad iſtud factum aliquid contulit vel faciendo, vel non faciendo, quod debebat facere. Quandoque inter plures, qui ad idem factum concurre-

 runt,

§. VI. (1) Illa procedit ex minore vel maiore probabilitate ſpei percipiendae vtilitatis, quae augetur vel minuitur 1) propinquitate ad actum fructus percipiendi, 2) caſuum interuenientium multitudine vel paucitate, 3) prout damnum in laedentis fuerit poteſtate. Vid. ZENTGRAV. *de orig. I. N. ſect. II. art. I. ſubſ.* 3. §. 23. *p.* 369. *ſqq.* Quando meſſis in herba, aut vindemia valde incerta eſt; viliore longe pretio aeſtimatur, quam tempore meſſis: inde etiam emtio fructuum futurorum legibus ciuilibus multis cancellis circumſcribitur, ne pauperi fructus incertos viliore pretio vendenti fiat iniuria. Vid. *reform. polit. ordin. in imperio R. G. tit. von der Verkaufung der Früchte auf dem Felde, tit.* 19, STRYCK *de emtione ſpei p.* 20.

§. VII. (1) Conf. *cap. I.* §. 27.

runt, vnus *principalis* cauſſa habetur, alter *acceſſorii* in loco eſt: quandoque omnes *pari* paſſu ambulant. Circa quos obſeruandum, illos ita teneri ad reparationem damni, ſi reuera cauſſa damni fuerint, & momentum aliquod attulerint ad totum damnum, aut eius partem. (2) Vbi autem quis ad ipſum actum, quo damnum fuit datum, realis aliquid operae non contulit, neque, vt iſte ſuſciperetur, antecedenter effecit, neque in partem emolumenti venit; is, licet occaſione iſtius actus aliquo peccato obſtringatur; ad reſtitutionem tamen damni non tenebitur; vti ſunt, qui alienis malis

(2) Spectat huc ſtatutum, quod variae in Italia ciuitates ſequuntur, vt, ſi quid damni fecerit viator, proximi pagani id reſarciant illi. Haec enim damni imputatio oritur ex negligentia paganorum, ſi publicis edictis adſtricti ſint, vt poſitis vigiliis & excubitoribus ſecuritatem viarum circumiectarum praeſtent. Eamdem legem a. 1713 in Gallia latam eſſe memini, vt eo vigilantiores redderentur pagorum oppidorumque incolae ad latrocinia impedienda. Quare non video, cur iſtam legem iniquitatis poſtulet FRANCISCVS AMAYA *comment. in L. X. cod. tit. XXXI. L.* 15. & GVNDLINGIVS *diſſ. de uniuerſitate delinquente eiusque poenis* §. 22. 23. *Halae* 1724. *hab.*

malis laetantur; qui patratum damnum laudant, excuſant; qui, antequam fiat, optant; dum fit, fauent, aut adſentantur.

§. IIX. Vbi *plures* ad vnum actum, ex quo damnum profluxerit, concurrerunt; primo loco tenebitur, qui imperio, aut alio modo neceſſitatis quid habente ad factum alios impulit. Patrator facinoris, cui miniſterium detrectare non licuit, inſtrumenti tantum rationem habebit. (1) Qui citra talem neceſſitatem ad facinus acceſſit, ipſe primo loco tenebitur; tum, ceteri qui ad faci-

§. IIX. (1) HOCHSTETTERVS *colleg. Puf. exercit. II.* §. 45. recte monet, quod patrator facinoris inſtrumenti rationem quidem ſuſtineat, ſed non inſtrumenti mere phyſici, verum intellectu & ratione praediti, quae innocentibus haudquaquam nocendum eſſe dictitat. Eiusmodi enim homo comparare poteſt obligationes ſuas, quando manifeſte collidi videntur, eamque exſequendam ſibi proponere, quae maiori vinculo eum adſtringit. Alia res eſt, vbi de iniuſtitia rei exſequendae non conſtat, nec in eius rationem inquirere & mente penetrare licet. Patrator ergo facinoris eam ob cauſſam in ciuitate ab omni poena non eximitur, licet de reſtitutione damni non ſemper teneatur, & in ſtatu naturali etiam bellum nonnumquam in eumdem iuſte ſuſcipietur, licet non ſemper humaniter.

nus aliquid contulerunt, ita tamen, vt, ſi a prioribus reparatio damni fuerit facta, poſteriores ab eadem ſint immunes: (quod in poenis ſecus eſt.) (2) Si plures *per conſpirationem* aliquod facinus patrauerint, omnes pro ſingulis, & ſinguli pro omnibus tenentur, ſic, vt, ſi omnes comprehendantur, ſinguli ratam partem ad damnum ſarciendum conferre debeant; vbi reliquis elapſis vnus tantum deprehendatur, hic pro omnibus ſoluere teneatur; vbi autem ex deprehenſis aliqui non ſint ſoluendo, locupletes in ſolidum teneantur. Quod ſi plures *citra conſpirationem* ad idem facinus concurrerint, ac diſcerni liquido poſſit, quantum quisque ad damnum contulerit; quisque tantum tenebitur ad id penſandum, quod ab ipſo proceſſit. Quod ſi vnus ſolidum ſoluerit; reliqui a reparatione damni liberantur.

§. IX.

(2) Damno enim quidem reparatione ſatisfactum, ſed nondum auctoritati legis & magiſtratus, quae patrato facinore laeſa eſt, nec fini legis punientis, quae poenas in publicum exemplum ciuiumque reliquorum emendationem ſtatuit & delicta publice coërcet.

Digitized by Google

§. IX. Ad reparationem damni tenetur non ſolum, qui *dolo malo* alteri nocuit, ſed & qui praeter directam intentionem per *negligentiam ſeu culpam*, quam euitare facile erat. Haec enim non minima pars eſt ſocialitatis, ita circumſpecte agere, vt noſtra conuerſatio aliis non fiat formidoloſa, aut intolerabilis. Quin & ſaepe ex peculiari obligatione quis ad *accuratam diligentiam* adhibendam adſtringitur. Immo & *leuiſſima culpa* ad reparationis neceſſitatem ſufficere poteſt, ſi modo negotii natura exactiſſimam diligentiam non vltro velut adſpernetur; aut eius magis, qui damnum accipit, quam qui dat, culpa verſetur; aut niſi magna perturbatio vel negotii circumſtantia accuratam circumſpectionem non admittat; puta ſi quis in feruore pugnae, dum arma quatit, proxime ſibi adſtantem laedat. (1)

§. IX. (1) Leuiſſimam culpam iure naturali ad imputationem damni & reſtitutionem dare fundamentum, nullum eſt dubium. Lex enim: nemo eſt laedendus: vniuerſalis eſt & illimitata, alterique omnis

§. X. Verum qui per *casum fortuitum* & citra suam culpam laesit, ad reparationem non tenetur, (1) quia, quum nihil sit admissum, quod imputari ipsi queat, nulla ratio est, (2) quare potius is, qui inuitus fecit, fatale malum luere debeat, quam alter, qui passus est.

§. XI.

omnis laesionis rationem praescindit, qui aequali ratione iure destituitur me laedendi per negligentiam ac per malitiam. In regulas iusti itaque non peccat, si quis restitutionem damni vrgeat, quod leuissima culpa datum est: accedit etiam aequitatis & humanitatis ratio, vt, qui damnum intulit etiam inuitus, id, quantum potest, tolerabile reddat, & laesionis molestiam a se auertat. Si quid pro remittenda leuissima culpa adduci queat; ex praeceptis decori depromitur, quae tamen inter homines perfectam obligationem non operantur.

§. X. (1) Tenetur nonnumquam, 1) si quis moras duxerit restituendi rem, in qua fortuito damnum factum, 2) si casus ille in se sit fortuitus, sed talis non prorsus in sua caussa existat, & aliqua ratione ab agentis prouenerit culpa, 3) si in actu illicito casus fortuitus acciderit.

(2) Quilibet tamen sentit, monente THOMASIO, pacem generis humani non posse subsistere, si damnum dans sub praetextu, quod non voluntarie egerit, posset se eximere a restitutione damni: quum palpabile sit, iniquissimum esse, vt dominus rei debeat sentire damnum, cuius caussa etiam physica fuit alius. THOMAS. *in not. emend. ad lib. II. inst. I. D. c. V. p. 156. & diss. de larua legis Aquiliae detracta actioni Germanorum de damno dato.*

Digitized by Google

§. XI. Illud quoque naturali aequitati congruum eſt, vt, ſi *homo noſter* citra culpam noſtram alteri damnum dedit, id vel ipſi penſemus, vel iſtum laeſo dedamus. (1) Nam ſeruus

§. XI. (1) Hoc tantum legis ciuilis eſſe ſtatuit GROTIVS *lib. II. c.* 17. §. 21. quum nulla ſecundum legem naturalem in domino ſubſideat culpa: ſed argumenta in contrarium ſunt in auctore, quae vberius explicat TITIVS *adh. l.* Exemplum illuſtre anno praeterito 1715 exhibuit legatus Perſicus, qui pediſſequum ſuum archi-epiſcopo Narbonenſi, cuius aurigae vulnera incuſſerat, dedidit puniendum. Vid. *Mercure hiſtorique tom. LIX. p.* 167. Aliud addimus ex *memoires* d' AMELOT *de la* HOVSSAIE *T.* 1. *p.* 84. *a.* 1670. *Quand Mr. le marquis de St. André-Montbrun paſſa par ici retournant de Candie, M. l' ambaſſadeur de Veniſe lui donna deux pages pour l' acompagner a l' audience de ſon alt. Royale. Vn de ces pages ayant eu quelque demelé dans vne antichambre de la cour auec vn de ceux de dom Antoine Bâtard de Sauoie, celui ci lui donna deux ou trois coups de baguete: ſur quoi l' autre tira ſon epée pour ſe vanger: mais ayant reconnu ſa faute, il la remit d' abord. S. A. R. auertie de la choſe enuoya querir l' huiſſier de cette antichambre & le brigadier des gardes, & leur demanda, pourquoi l' on n' auoit pas arreté ce page, les menaçant de les caſſer. En même temps elle enuoya demander le page a l' ambaſſadeur de Veniſe, qui au lieu de le donner de bonne grace, demanda 24 heures pour en deliberer, & le lui enuoya enſuite deux heures auant, que ce terme expirât, de page fut quelques iours aux arrêts dans le corps de garde de la porte du palais, aprés quoi S. A. R. le renuoya a ſon maitre.*

ſeruus vtique naturaliter reparationi damni a ſe dati eſt obnoxius. Quum autem ipſe non habeat bona, vnde reparatio fieri queat, eiusque corpus domini ſit; aequum ſane eſt, vt dominus aut damnum ſarciat, aut iſtum dedat. Alias enim ſeruo daretur licentia omnes pro libidine laedendi, ſi neque ab ipſo, (qui nihil, ac ne ſeipſum quidem habet,) neque a domino reparatio damni obtineri poſſet. Nam ſi vel maxime ob laeſionem dominus ipſum verberibus aut carcere velit plectere; laeſo inde haud quidquam ſatisfieri poteſt.

§. XII. Quin & idem circa *animalia noſtra* aequum eſſe videtur, vt, quando illa, etiam citra noſtram culpam & contra naturam generis, ſponte commota alteri damnum dederint, dominus vel damnum ſarciat, vel animal dedat. Nam ſi ab animali, quod in libertate naturali degebat, laeſus fuiſſem; poteram vtique qualitercumque damnum meum reparare, illud capiendo vel occidendo: (1) quod ius ſane per alterius

§. XII. (1) DRACO legislator Athenienſium ſanxit, anima

rius dominium tolli non potuiſſe videtur. Et quum dominus ex eo animali lucrum capiat; ego vero damnum ex eodem ſenſerim; reparatio autem damni longe ſit fauorabilior, quam lucri adquiſitio; appareret, recte a domino animalis poſtulari, vt damnum datum reparet, aut, ſi tanti non ſit ipſi animal, illud noxae dedat.

§. XIII. Sic igitur, qui *damnum* alteri *citra dolum malum* dedit, vltro reparationem debet offerre, teſtarique, malitiam ab ſe abfuiſſe, ne laeſus ipſum pro hoſte habeat, ac viciſſim hoſtilia intentet. Qui autem *per malitiam* alterum laeſit, is non ſolum vltro reparationem damni debet offerre, ſed & poenitentiam ſui facti oſtendere, veniamque petere. Viciſſim laeſus, reparatione obtenta, poenitenti ac petenti *veniam*

anima etiam carentia vrbe agroque exterminanda eſſe: quam legem exſecuti ſunt *Thaſii*, *Theagenis* ſtatuam ſubito caſu aliquem opprimentem necisque damnatam in mare abiicientes. Hac de re item, de porco reſti damnato ob infantis caedem vid. CAMERARII *hor. ſubſeciv. cent. II. c.* 79. Quae tamen obiecti odioſi magis tollendi, quam poenae infligendae cauſſa ſtatuta eſſe videntur.

veniam dare & cum ipſo in gratiam redire tenetur. Nam qui reparatione damni & poenitentia adquieſcere non vult, ſed vindictam vtique manu ſibi quaeſitum it, nihil aliud agit, quam vt acerbitati animi ſui obſequatur, adeoque ex cauſſa ſuperuacua pacem inter homines abrumpat. Quo nomine damnatur etiam naturali lege *vindicta*, quae nullum alium finem habet propoſitum, quam aegre facere illis, qui nos laeſerunt, eorumque dolore noſtrum animum ſatiare. (1) Eo proniores autem mortales ad condonandas mutuas offenſas eſſe decet, quo frequentius ipſi ſupremi numinis leges violant, eoque & ipſi venia quotidie opus habent. CA-

§. XIII. (1) WEBERVS ad h. l. vindictam, quae ſemper vitioſa eſt, vt ex definitione auctoris patet, in ſtatu naturali licitam eſſe pronunciat: quibus rationibus, non video. Miſcere inter ſe videtur defenſionem in ſtatu naturali vlterius ſe extendentem cum vindicta, cuius limites aliter in ſtatu naturali, ac ciuili figendi ſunt. In ſtatu naturali tunc demum initium capere videtur vindictae vitium, 1) quando alteri vires nocendi ſunt ademtae, 2) reparatio damni facta, vel 3) eadem cum poenitentia facti promiſſa, lisque compoſita eſt. His enim praeſtitis, quando laedenti hoſtilia intentamus; acerbitati animi tantum obſequimur, mentemque iſtius dolore explere ſtudemus: quod vindictae proprium eſt.

Digitized by Google

CAPVT VII.

DE OFFICIIS QVORVMLIBET ERGA QVOSLIBET,

Et ſecundo quidem

de

Agnoſcenda naturali hominum aequalitate.

1. Praeceptum *ſecundum de agnoſcenda naturali hominum aequalitate.*
2. Fundamenta: aequalitas virium, & iuris nat. communio.
3. Aequalitatis obiecta, perſonae,
4. Et res.
5. Oppoſita ſuperbia, quae vitanda, tam ſimplex,
6. Quam quae cum contemtu aliorum coniuncta.

§. I.

ESt homo animal non modo ſui conſeruandi ſtudioſiſſimum, ſed & cui inſita ſit delicata quaedam ſui aeſtimatio. (1) Cui ſi quid

Ad §. I. (1) Quae oritur 1) ex ſenſatione dignitatis hominis, qua homo eſt, 2) ex ſenſatione virium & perfectionum ſuarum in ſpecie, 3) ex comparatione earumdem cum aliis hominibus: ex quorum momentorum diuerſo reſpectu oriuntur diuerſi gradus aeſtimationis ſui in hominibus.

quid detrahatur; non minus saepe commoueri solet, quam illata corpori aut rebus noxa. Quin in ipso hominis vocabulo iudicatur inesse aliqua dignatio, sic, vt vltimum simul atque efficacissimum argumentum, quo aliorum insolens insultatio retunditur, isthoc habeatur: *Vtique non canis sum, sed aeque homo atque tu.* Quum igitur natura humana omnibus aeque competat; & nemo libenter velit aut possit illi sociari, abs quo non saltem tamquam aeque homo, & communis naturae particeps aestimatur; a) ideo *secundo* loco inter officia quorumlibet in quoslibet habetur, *vt quisque alterum hominem aestimet atque tractet, tamquam naturaliter sibi aequalem, seu, vt aeque hominem.*

a) Puf. de I. N. & G. L. III. c. II.

§. II. Consistit autem isthaec hominum aequalitas (1) non in eo solum,

§. II. (1) Datur triplex aequalitas naturalis 1) physica, qua quisque aeque homo est ratione naturae, ac alter; quam negare videtur Thomas, *in fundam. I. N. & G. cap. prooem. & L. I. c. I.* 2) politica, qua aliquis idem potest ratione virium nocendi & auxiliandi ac alter, quarum illam minus recte fundamentum aequalitatis iuris esse vult

HOB-

bent; & quod iuris quis in alios ſtatuit, eo ipſum vti maxime conuenit. *Obligatio* quippe *ad colendam cum aliis hominibus vitam ſocialem omnes homines aequaliter ſtringit;* nec vni magis licet leges naturales in alio violare, quam alteri. (2) Etſi nec deſint populares rationes eam aequalitatem illuſtrantes; puta, quod ex eadem ſtirpe omnes deſcendamus, eodem modo naſcamur, nutriamur, moriamur; quodque DEVS nemini de ſtabili & inconcuſſa fortuna cauerit. Sicut & ſcita religionis chriſtianae parando numinis fauori

(2) Non tollit aequalitatem naturalem 1) morum cultura, quod quis cultiori ſit ingenio & habitu; alter barbarus dicendus. Vocis enim barbari applicatio multis praeiudiciis innititur, & ſi in iure naturae valere debeat; ad regulas iuſti morum barbaries erit definienda, qua quis iniuriis in alios luxuriatur: quae barbaries ſaepe cultiori genti ineſſe ſolet. 2) Non ſtupiditas vel ſapientia: quae aptitudinem ad inaequalitatem ferendam vel inferendam ſignificat, non ius. 3) Non religionis praeſtantia, de qua in ſtatu naturali ſub iudice lis eſt, & quae, licet optima fuerit, iura hominis alterius non tollit. Male ergo ſacerdos quidam necem Indi excuſauit: *Ein Indianer wäre wie ein Hund zu achten, an dem nicht viel läge:* habet enim iura hominis. SAARS *Reiſeb. p.* 122. 4) Non ſexus: feminae enim eadem habent iura felicitatis externae, ac mares.

Digitized by Google

fauori non nobilitatem, potentiam, diuitiasue, ſed pietatis ſinceritatem commendant, quae aeque in humilem, quam illuſtri poſitum loco, cadere poteſt.

§. III. Ex hacce porro aequalitate conſequitur: eum, qui aliorum ópera ad commodum ſuum vti vult, viciſſim quoque in eorumdem vſus ſeſe dispenſare debere. (1) Nam qui poſtulat, vt alii quidem ſibi inſeruiant, ipſe contra ſemper immunis eſſe cupit, is alios vtique ſibi inaequales ducit. Inde vti ad ſocietatem quam maxime ſunt idonei, qui

§. III. (1) Hoc ad ius aequalitatis non pertinet. Sicuti enim alii non perfecte obligantur, vt operam ſuam ad commoda noſtra dispenſent: ita quoque nos ad eadem officia non ſumus perfecte obligati, ſiue cogi non poſſumus: fluunt illa ex decoro. Adduntur a nonnullis alia argumenta: 1) quod homo in ceteris hominibus, qui propter aequalitatem ſibi ſimiles ſunt, ſeipſum amet, adeoque cum propria vtilitate ſeſe in eorumdem vſus dispenſet: quod vrget OPALENSKI *de offic. L. II. c. I. p.* 114. Sed haec magis ad humanitatis regulas pertinent, nec obligationem externam producunt: 2) hac ratione euitabimus, ne noſtra culpa & ſuperioritatis, quam adfectamus, oſtentatione bellum excitetur inter eos, qui aequalia poſſunt: quod vrget HOBBES. *de cive c. III. §.* 9. ſicque pax externa conſeruabitur.

facile eadem omnibus permittunt, quae ſibi: ita plane inſociabiles ſunt, qui, dum aliis ſuperiores ſeſe exiſtimant, omnia licere ſibi ſolis volunt, & ante ceteros honorem ſibi arrogant, partemque praecipuam ex rebus in medio poſitis, vbi nullo prae reliquis eximio iure pollent. Vnde & inter communia legis naturalis officia eſt: *vt ne quis, cui peculiare ius non eſt quaeſitum, plus ſibi, quam reliquis, arroget; ſed alios aequo ſecum iure frui permittat.*

§. IV. Eadem aequalitas quoque oſtendit, quomodo quis ſeſe debeat gerere, vbi *ius inter alios* ipſi ſit *diſtribuendum*, (1) nempe vt tamquam aequales eos tractet, & neutri praeter merita cauſſae quid prae altero indulgeat. Secus enim ſi fit; is, qui poſthabetur, contumelia ſimul & iniuria adficitur, & dignatio a natura data eidem detrahitur. Vnde conſequitur, *vt res communis aequalibus portionibus inter aequales iure ſit*

§. IV. (1) Dilabitur hic auctor ad iuſtitiam diſtributiuam, quam ad forum morale pertinere ſupra oſtendimus. Confuſionem huius tractationis iam adnotauit TITIVS ad h. l.

Digitized by Google

ſit diuidenda. Vbi diuiſionem res non admittit; eadem communiter vti debent, qui aequale ius habent, idque, ſi quantitas rei permittat, quantum quisque velit: ſin res iſtud non ferat; vt tunc vtantur ea re praefinito modo & proportionate ad numerum vtentium. Alius enim modus excogitari non poteſt aequalitatem obſeruandi. Quod ſi autem neque diuidi res, neque communiter haberi poſſit; vſus eius ſit vel alternus, vel, ſi ne hoc quidem ſuccedat, aut reliquis aequipollens praeſtari nequeat, per *ſortem* vni res erit adiudicanda. Nam in eiusmodi caſibus commodius, quam ſors, remedium inueniri nequit; quippe quae opinionem contemtus remouet, &, cui non fauet, de dignatione nihil detrahit.

§. V. Contra hoc officium peccatur per *ſuperbiam*, qua quis nulla de cauſſa, aut non ſufficiente aliis ſe praefert, & velut inaequales eosdem prae ſe deſpicit. (1) *Nulla de cauſſa*

§. VI. (1) Superbia ambitionis, quae intra animum latet, effectus eſt, qui in aliorum oculos incurrit

dicimus. Nam vbi quis ſibi rite ius quaeſiuit, quod ipſi prae aliis praelationem dat; recte illud exercere & tueri poteſt; citra tamen inanem faſtum, aut aliorum contemtum. Sicuti & contra quilibet alteri praelationem honoremque, qui ipſi debetur, merito praeſtat. De cetero verae generoſitati (2) ſemper comes

& cum manifeſto contemtu coniungitur. Ambitio non eſt contrarius naturae; ſuperbia vel maxime. Abſoluitur illud vitium 1) praeſumtione, qua ſibi falſas perfectiones imaginatur & attribuit, 2) vanitate in abiectis parandae gloriae adminiculis ſe exſerente, 3) inuidioſiſſima aemulatione altiora, ſiue ſuperioritatem vel veram, vel phantaſticam manifeſtis ſignis anhelante, 4) feroci contemtu aliorum depreſſionem aperte moliente: quibus omnibus ſuperbia ſupremi gradus delineatur. Vid. ABBADIE *l' art de ſe connoitre ſoi méme P. II. c. XV.* THOMAS. *I. I. D. L. II. c. IV.* KRANEVVITTER *diſſ. de ſeruanda inter homines aequalitate VVitteb.* 1713. *Henrici Ludouici WERNHERI diſſ. de aequalitate hominum in ſtatu naturali, quae adiecta eſt I. B. WERNHERI analectis I. N. & G. p.* 204. *ſqq.*

(2) Generoſum enim eſt 1) ea agere, ad quae iure perfecto non eras obligatus, 2) amore virtutis honeſte agere citra vllum reſpectum externae coactionis, ad cuius rigorem abiecti animi tantum reſpiciunt, caetera negligentes, ad quae agenda nullo principio extrinſeco tenentur. Humilitas itaque virtus eſt ad forum morale ſpectans: rigori enim iuſtitiae ſufficit, ſi euites externum ſuperbiae contemtum.

mes eſt honeſta quaedam *humilitas*, quae conſiſtit in reflexione, quam facimus ſuper infirmitate naturae noſtrae & erroribus, quos olim potuimus commiſiſſe, aut deinceps poſſumus committere, qui non minores ſunt iis, qui ab aliis committi poſſunt. Per quam efficitur, vt nos nemini praeferamus, reputantes, caeteros aeque bene ſuo libero arbitrio, ac nos, vti poſſe, quo aeque pollent: cuius legitimus vſus vnicum illud eſt, quod homo pro ſuo reputare poſſit, & quo ſeſe aeſtimare aut deſpicere queat. Nulla autem de cauſſa ſeſe efferre, reuera ridiculum eſt vitium; quia & per ſe ſtultum, propter nihil ſe magni facere, & quia alios omnes pro ſtultis habet, quaſi ipſum citra rationem eſſent aeſtimaturi.

§. VI. Magis adhuc peccatur, ſi quis *contemtum* aduerſus alios oſten-

tum, quo laedi poteſt pax inter homines ſtabilita, tuaque ſecuritas. Abſoluitur ea 1) inſpectione ſui, 2) deſpectione ſui. Vid. GEVLINCS *eth. c. II. ſect. II. p.* 107. *ſqq.* PHILARETI *eth. P. II. c. II. §. IV. p.* 153. de la MOTHE le VAYER *opp. vol. II. tom. II. p.* 87.

dat ſignis exterioribus, factis, verbis, vultu, riſu ac quacumque contumelia. Quod peccatum eo deterius eſt cenſendum, quo aſperius aliorum animi in iras ac vlciſcendi libidinem concitantur, adeo vt multi deprehendantur, qui vitam malint praeſenti periculo exponere, multo magis pacem aduerſus alios abrumpere, quam contumeliam inultam pati. Quippe quum per hanc violetur gloria & exiſtimatio, cuius integritate & vigore omnis animi voluptas conſtat.

CAPVT VIII.

DE OFFICIIS QVORVMLIBET ERGA QVOSLIBET,

Et quidem tertio

De promiſcuis officiis humanitatis exercendis.

1. Praeceptum *tertium* & diuiſio officiorum hinc orientium.

2. 3. Praeſtantur vel *indefinite*.

4. Vel *definite*, cum per huma-

humanitatem vulgarem, in rebus innoxiae vtilitatis.
5. Tum per ſingularem, ſeu beneficentiam.
6. 7. Beneficentiae correlatum, gratus animus.
8. Huius oppoſitum ingratus animus.

§. I.

INter officia quorumlibet erga quoslibet, & quae propter communem ſocialitatem ſunt exercenda, *tertio* loco id ponitur: a) *vt quilibet alterius vtilitatem, quantum commode poteſt, promoueat.* (1) Quum enim cognationem quamdam inter homines natura conſtituerit; parum fuerit, alios non laeſiſſe aut contemſiſſe; ſed talia quoque in alios conferenda, aut inuicem communicanda, ex quibus mutua inter homines beneuolentia alatur. Proſumus autem aliis vel *indefinite*, vel *definite*, idque, vt vel *nihil* nobis, (ſcilicet per officia innoxiae vtilitatis,) vel

a) Puf. de I. N. & G. L. III, c. III.

Ad §. I. (1) Totum hoc caput & praeceptum non pertinet ad hanc diſciplinam: nam per remedia coactiua aliquem extra caſum ſummae neceſſitatis eo redigere non licet, nec in ſtatu naturali bello petere, vt praeſtet ea, quae ex amore & ſtudio virtutis mihi debebat, e. c. beneficia, eleemoſynam &c. Adeoque ad ius perfectum omnia iſta officia non pertinent, ſed principiis honeſti & decori ſiue obligationis internae fundamentis accenſenda.

Digitized by Google

vel *aliquid* (nimirum per beneficia alia) *decedat*.

§. II. *Indefinite* aliorum commoda promotum it, qui animam ac corpus ſuum probe excolit, vt vtiles ab ſe actiones in alios proficiſci queant; aut ſi per ingenii ſollertiam talia inueniat, quibus vita humana reddatur inſtructiot. (1) Vnde contra hoc officium peccare ſunt cenſendi, qui nullam honeſtam artem addiſcunt, vitaque per ſilentium transacta animam pro ſale habent, ne putreſcant, nummos tantum & fruges conſumere nati: & qui, opibus per maiores relictis contenti, ideo impune ab ſe ignauiae litari cre-

§. II. (1) Conf. quae ſupra ad cap. V. §. II & VII diximus. Vid. BVDDEI *diſſ. de cultura ingenii Halae* 1699 *hab.* quae continetur in eius *ſelect. I. N. p.* 295 *ſqq.* Inde pendet quaeſtio, an omnes homines ad diſcendam logicam artificialem ſint obligati, quod CLAVSWITZ *diſſ. de obligatione hominis circa ſenſus externos ad veritatis cognitionem adhibendos Lipſ.* 1713. *& diſſ. de eo: an homines omnes & ſinguli ad ſtudium logicae artificialis obligentur Lipſ.* 1717. disquiſiuit. Quaeritur ſaltem de obligatione honeſti, & discernendum puto ſtudium culturae intellectus, quantum quis ad ſuum vitae genus opus habet, & ſtudium logicae artificialis, quo multi ſuperſedere poſſunt.

Digitized by Google

credunt, quod aliorum induſtria iam ſit partum, vnde victitent: & *qui diuitiis ſoli incubuere repertis, nec partem poſuere ſuis:* item qui porcorum inſtar neminem niſi morte ſua exhilarant: & id farinae alia otioſa terrae pondera.

§. III. Viciſſim illis, qui de mortalium genere bene mereri inſtituunt, ceteri hoc debent, vt ipſis ne inuideant, nec praeclaris eorumdem conatibus remoram iniiciant. (1) Tum ſi alia non ſit via paria cum iſtis faciendi; ſaltem celebritatem memoriae famaeque eorum, qui praecipuus laborum fructus eſt, promotum eant.

§. IV. *Definite* quis inſeruit, quando

§. III. (1) Quod fit, 1) quando conatibus iis inuiſa nomina imponuntur: 2) cum inuiſorum hominum actionibus conferuntur: 3) nouitas iis tamquam crimen imputatur: 4) diminuuntur commoda ex iſtis conatibus reſultantia: 5) affinguntur iis effectus periculoſiſſimi: 6) conſenſu hominum potentiorum opprimuntur: 7) per varias machinationes ſupplantantur. Huc pertinet elegans diſſ. IO. CLERICI *de argumento ab inuidia ducto* adiecta eius Logicae *opp. philoſ. T. I. p.* 281. Artes eiusmodi quoque enarrauit LILIENTHAL *de Machiauelliſmo litterario* & SPICELIVS *in felice litterato.*

do certis hominibus indulget, quod ipsis vtilitatem quamdam adferre, & vel citra suum detrimentum molestiamque, aut laborem praestari potest: quale quid non libenter in alios dispensare velle detestanda malignitas & inhumanitas habetur. (1) Quae vocari solent *res innoxiae vtilitatis*, seu, quae accipienti prosunt, praestantem non grauant: vti sunt, non prohibere aquam profluentem, pati ab igne ignem capere, consilium fidele deliberanti dare, erranti comiter monstrare viam. Sic, si quis rem aliquam amplius possidere nolit propter nimiam copiam, aut quia adseruatio eius ipsi molesta est; cur non malit eam potius integram relinquere, vt aliis non-hostibus vsum praebere possit, quam eamdem corrum-

§. IV. (1) Sed non habetur, nec haberi potest vere iniuria, quae alterius iuri perfecto & obligationi nostrae externae derogat: officia enim humanitatis omnia fluunt ex obligatione interna, siue ex honestatis & decori, non vero iustitiae regulis. Bello neminem extra casum summae necessitatis cogere possum ad praestanda mihi haec officia, nisi velim libertati eius detrahere & aequalitatis iuribus derogare.

Digitized by Google

rumpere? Sic non fas nutrimentum perdere, vbi nos ſaturati ſumus, neque fontem obturare, aut occultare, vbi nos affatim bibimus, neque ſigna nauigationis itinerisque abolere, poſtquam iis vſi ſumus. Huc pertinent modicae ſtipes locupletum in egenos collatae; item illa humanitas, quae iuſta de cauſſa peregrinantibus exhibetur, praeſertim vbi aliqua ipſos calamitas oppreſſerit: & eius generis alia.

§. V. Sublimior gradus humanitatis eſt ex ſingulari beneuolentia gratis quid in alterum conferre, impenſa aut opera laborioſa conſtans, quo ipſius neceſſitatibus ſubueniatur; aut eidem inſignis quaepiam vtilitas concilietur. Quae κατ' ἐξοχὴν vocantur *beneficia*, aptiſſima materia inſignem laudem parandi, ſi magnitudo animi & prudentia eadem rite temperauerit. Eorum dispenſationem ac modum fere conditio dantis atque accipientis moderatur. In quibus id cumprimis obſeruandum, ne obſit benignitas & iis ipſis, quibus benigne videtur fieri,

& ce-

& ceteris: deinde ne maior benignitas sit, quam facultas: tum vt pro dignitate cuique tribuatur, & quidem ante omnia bene meritis; tum vt quisque nostrae opis indigeat; obseruatis quoque coniunctionis gradibus inter homines. Videndum quoque, quid cuique maxime necesse sit, & quid quisque nobiscum aut sine nobis possit consequi, aut non possit. Modus quoque dandi multum gratiae beneficiis addit, si hilari fronte, promte & cum contestatione beneuolentiae demus. (1)

§. VI. Vicissim in eo, qui beneficium accepit, existere debet *gratus animus*, quo is ostendit, istud sibi acceptum fuisse, dantique eam ob caussam fauet, & occasionem quaerit paria reponendi, aut amplius, quan-

§. V. (1) Ex quibus beneficentiae sequentia profluunt requisita: 1) Profluat ex amore honestatis: 2) dantis & accipientis conditionem respiciat: 3) qualitatem & quantitatem illius, quod datur, attendat: 4) modo honestatis studio & beneuolentiae nostrae conuenienti largiatur: 5) obliuiscatur beneficii. Conferri merentur SENECAE *lib. VII. de beneficiis.* RACHELII *comm. ad Ciceron. de officiis L. I. c. XIV.* cuius verbis hic vtitur auctor. Beneficia verò summae sunt libertatis: extorqueri nequeunt.

Digitized by Google

quantum eius fieri poteſt. Nam id non neceſſarium eſt, vt praeciſe tantum reddamus, quanti id fuit, quod datum eſt; ſed ſaepe ſtudium & conatus obligationem explent. Modo tamen nihil ſit, quod ei, qui beneficium ſe dediſſe praetendit, recte opponi poſſit. Nam qui me ex aquis extraxit, ei nihil debeo, ſi me in eas prius coniecerat.

§. VII. Ceterum quo magis ad devinciendos hominum animos apta ſunt beneficia; eo acrius ad gratiam referendam incumbere debet, qui iſta accepit. Saltem ne eum, qui fiducia noſtri prior nobis benefecit, ob eam rem deteriore eſſe conditione patiamur; neue beneficium accipiamus, niſi animo nitendi, ne dantem merito dati poeniteat. Nam ſi certam ob cauſſam peculiariter alicui nolimus obligari; licebat oblatum beneficium dextre recuſare. Et ſane ſi absque neceſſitate gratiae referendae foret; contra rationem fecerit, ſi quis ſua temere iactauerit, & quod periturum proſpicit, beneficium prior contulerit. Quo modo

omnis

omnis tolleretur inter homines beneficentia & fiducia, vnaque omnis beneuolentia, neque eſſet inter eos quidquam gratuitae opis, nec vllum gratiae conciliandae initium.

§. VIII. Quamquam autem *in animo ingrato* (1) *per ſe nulla ſit iniuria:* foedius tamen & magis odioſum ac deteſtabile habetur nomen ingrati, quam iniuſti. Cenſetur enim animi valde abiecti & degeneris, ſeipſum indignum declarare eo iudicio, quod alter de ipſius probitate tulit; ac ne beneficiis quidem, quae etiam bruta demulcent, moueri poſſe ad concipiendum humanitatis

§. VIII. (1) Vitium hoc dari negarunt nonnulli Sophiſtarum ex ſchola Stoicorum: pro eorum enim ſententia in virum virtute praeditum beneficia tantum cadunt, qui ingratus eſſe nequit: malo homini beneficia conferri nequeunt, quae eo ipſo malefacta eſſent, & Oreſti pallium texerent: hinc peſſimus quisque non poteſt eſſe ingratus, quum nihil acceperit, & imputanda magis culpa beneficienti, quam ei, qui beneficia non accepiſſe dicitur. Quae tamen facile ſolui poſſunt. Nam & DEVS in impios confert beneficia; quae ſaepe conferuntur in bonos, qui demum mali redduntur: peſſimi quoque obligantur ad gratum animum, veraque acceperunt beneficia. Elegans de hoc vitio opuſculum habetur in de la MOTHE le VAYER *opp. tom. II. p. 279.*

Digitized by Google

nitatis ſenſum. In foro tamen ciuili ob ſimplicem ingratitudinem, ſeu, vbi quis nude beneficii obliuiſcitur, & occaſione data id referre negligit, *actio* non ſolet dari. (2) Pars enim optima beneficii perit, ſi actio, vti certae pecuniae, detur: iam enim creditum eſſe incipiet. Et quum res honeſtiſſima ſit referre gratiam; deſinet eſſe ita ſplendide honeſta, ſi ſit neceſſaria. Denique huic vni legi vix omnia fora eſſent ſuffectura, ob difficillimam aeſtimationem circumſtantiarum, quae beneficium vel intendunt, vel eleuant. Et eam ipſam ob cauſſam beneficium dedi, i. e. eius, quod dedi, refuſionem mihi ſtipulatus non ſum, vt & alteri foret occaſio oſtendendi, ſe ho-

(2) Decem adducit rationes WENDELINVS *philoſ. moral. c.* 33. *p.* 1063. pro hac ſententia ex SENECAE *lib. III. de beneficiis c.* 6. 7. *ſqq.* maximam partem deſumtas, quem etiam ſequitur GROTIVS *lib. II. c.* 20. §. 20. Contrarium oſtendere voluit BOECLERVS operoſa, ſed parum ſolida *diſſ. de actione aduerſus ingratos tom. I. diſſ. p.* 929. *ſqq.* Non enim tam probat actionem, quam turpitudinem; non tam aduerſus ingratos, quam aduerſus ſcelera ingratum animum comitantia.

ſe honeſti amore, non ex metu poenae humanae aut coactionis, gratiam retuliſſe; vtque ipſe non ſpe lucri, ſed ob humanitatem exercendam videar erogaſſe, de quo recipiendo mihi caueri noluerim. Enimvero qui non ſolum beneficium non rependit, ſed & benefactori inſuper malum reponit, ille ob hocce factum eo grauiore poena eſt afficiendus, quo foediorem animi malignitatem ſibi ineſſe oſtendit.

CAPVT IX.

DE OFFICIIS PACISCENTIVM.

1. Connexio.
2. Pactorum neceſſitas.
3. Praeceptum generale: *fidem pactis datam ſeruandam.*
4. Differentia officiorum ex pactis & citra pacta debitorum.
5. Differentia *promiſſionum* & *pactorum.*
6. Promiſſio eſt vel *imperfecta.*
7. Vel *perfecta.*
8. Pactorum forma conſiſtit in conſenſu mutuo.
9. Qui exprimitur ſignis. Vnde pacta vel *expreſſa*, vel *tacita.*
10. Conſenſus deeſt in impuberibus, amentibus, ebriis.
11. Quousque in impuberibus deſit.
12. Con-

12. Conſenſui contrarius *error*
13. Et *dolus*.
14. 15. Nec non *metus*.
16. *Correlatum* promiſſionis *acceptatio*, vnde conſenſus mutuus.
17. *Obiectum* pactorum, res poſſibilis,
18. Licita,
19. Noſtra; an & quatenus etiam aliena?
20. Pacta porro ſunt vel *abſoluta*, vel *conditionata*.
21. Et celebrantur vel immediate, vel mediate.
22. Tranſitio ad *officia hypothetica*.

§. I.

AB officiis abſolutis ad hypothetica fit velut tranſitus per pacta intermedia; quippe quum omnia officia, praeter iam enumerata, pactum expreſſum aut tacitum videantur praeſupponere. a) Igitur hoc loco agendum erit de *natura pactorum*, & quid illa ineuntibus obſeruandum ſit. (1)

a) Puf. de I. N. & G. L. III. c. IV.

§. II. Fuiſſe autem *neceſſarium, pacta inter homines iniri*, ſatis manife-

§. I. (1) Pactum 1) late ſumitur, prout promiſſiones, contractus, conuentionesque omnes complectitur: 2) in ſenſu medio, quo a ſolis promiſſionibus diſtinguitur, & eſt duorum pluriumue in idem placitum conſenſus liber, conſtituendae vel tollendae obligationis perfectae cauſſa: 3) ſtricte, vt in iure ciuili, quatenus a contractu etiam diſtinguitur: de qua tamen acceptione ius naturae nil nouit. Vid. ROESLERI *diſſ. de natura pactorum, Tubingae* 1713 *hab.*

Digitized by Google

praestandis, quae ex sola humanitatis lege certo sibi polliceri ab aliis non poterant. (1) Adeoque in anteceſſum determinandum fuit, quid alteri quis praestare, quidque ab eodem iterum exspectare suoque iure exigere deberet. Id ipsum autem fit per *promissa & pacta.*

§. III. Circa isthaec generale officium ex lege naturali debitum est: *vt quilibet fidem datam seruet*, seu promissa & pacta expleat. (1) Citra

§. II. (1) De fine quadruplici pactorum monuit TITIVS & WEBER. *ad h. l.* Sed si rem accurate & distincte dispiciamus; duplex pactorum finis est: ineuntur enim vel ad constituendam, vel ad tollendam obligationem perfectam: constituitur autem perfecta obligatio, vel vbi nulla obligatio exstitit, vel vbi fuit imperfecta, vel vbi fuit abrupta & in desuetudinem abiisse dicenda est.

§. III. (1) Ad fidem requiritur 1) veritas, vt cordis & oris adsit conuenientia, verbisque pactisque effectus respondeant: 2) constantia, quae non facile mutat consilium, sed in proposito semel constituto perseuerat: quibus partibus CICERO fidei absoluit definitionem *lib. I. de offic. c. VII.* ad quam vid. RACHELII *comment. p.* 136. Ad pacta quod attinet, ea ex se & sua natura seruanda esse, nullo habito respectu ad vtilitatem externam exinde redundantem, peculiari dissertatione ventilare voluit PROELEVS, quam adiecit annotationibus suis ad hunc librum *Pufend. p.* 336.

hoc enim si esset; plurima pars vtilitatis periret, quae humano generi communicatis inuicem operis ac rebus enasci apta est. Et ni promissa seruan-

hoc potissimum nixus argumento: pacta non seruare, nisi ob vtilitatem, adeo contrarium esse legi diuinae & animae humanae, vt haec in multam calamitatem exinde coniiciatur: quum eam ob caussam, vt p. 348 docet, non tantum conscientiae morsibus & perturbatione agitetur; sed etiam apud omnes turpitudinis notam incurrat. Sed 1) minus recte ad legem diuinam prouocat, vbi pacta per se & intrinsece, i. e. citra legis intuitum ex sua natura seruanda esse, demonstrare vult. 2) Nihil aliud ostendit, quam inhonestum & indecorum esse, pacta non seruare: quum tamen in iure naturae demonstrandum sit, non tantum iniustum, sed etiam iniuriam esse, non stare pactis: quum & praeterea, quae ex honestatis instinctu agenda sunt, toto coelo differant ab iis, quae ex pacto aut promisso praestanda requiruntur, vt ex seq. §. IV. patet. 3) Prouocatio ad conscientiae morsus obligationem externam numquã producit, neque homines intra cancellos iustitiae detinebit, vt seruent pacta sibi non vtilia, vt ipse p. 349. adgnoscit. Istiusmodi demonstratio pertinet ad forum ethices & ad normam virtutis. Ex iure naturae vero ita de pactorum inuiolabili natura constat: Quicumque pactum init, sponte in materia vel negotio pacti libertati suae renunciat, eiusque partem subiicit alterius voluntati, qui hac ratione ius sibi adquirit concessam sibi libertatem in suos vsus conuertendi sibique vindicandi, vt & cogendi alterum ad ea praestanda, quae illuc pertinent. Non itaque laedendus est

in

ſeruandi neceſſitas foret; haud quidquam liceret rationes ſuas firmiter aliorum hominum ſubſidiis ſuperſtruere. Quin & ex decepta fide iuſtiſſimae querelarum bellique cauſſae pullulare ſunt idoneae. Nam vbi ego ex pacto aliquid praeſtiterim, altero fidem fallente; mea mihi res aut opera fruſtra periit. Sin vero nihil adhuc praeſtiti; rationes tamen & deſtinata mea turbari moleſtum eſt: quum alio modo rebus meis potuiſſem conſulere, niſi iſte ſe mihi obtuliſſet. Et indignum eſt, ludibrio haberi; quia alterum cordatum ac bonum virum credidi.

§. IV. Obſeruandum autem, ea, quae ex ſolo humanitatis officio debentur, in hoc potiſſimum differre ab iis, quae ex pacto aut promiſſo perfecto debentur, quod iſta quidem recte petantur & honeſte praeſten-

in eo, quod ſuum ipſi fecimus conſenſu noſtro & conceſſione. Laedimus autem eum, ſi praeſtanda non praeſtemus, pacta non ſeruemus, ſiue ſi noſtram libertatem, cui in alterius gratiam renunciauimus, inuito altero nobis rurſus vindicare & a limitibus pacto determinatis liberare vellemus: ſic ſtatus belli oriretur turbata pace externa.

tur; ſed vbi alter ea vltro praeſtare neglexerit; de *inhumanitate* dumtaxat, feritate, aut duritia eiusdem queri poſſum: non tamen per violentiam propriam aut ſuperioris eumdem ad praeſtandum cogere. (1) Id quod tamen licet, vbi vltro non praeſtantur, quae ex promiſſo perfecto, aut pacto debentur. Inde etiam ad illa *ius imperfectum;* ad haec *ius perfectum* habere: ſicut & ad illa *imperfecte;* ad haec *perfecte obligari* dicimur. (2)

§. V.

§. IV. (1) Inanes praetextas ab officio humanitatis ſibi praeſtando latrociniis ſuis obtenderunt latrones. HVGVETAN *noun. voiage d' Italie p.* 147 refert: *Nous vîmes prés d' un chemin etroit vn de ces Atteliers, ou pendoit auec pluſieurs autres vn de ces pendarts, qui forçoit les paſſans le piſtolet a la main de luy donner de l' argent, afin, diſoit il, de faire dire des meſſes pour ces ames de ces pauures pecheurs, qui etoient pendus.*

(2) Illa obligatio imperfecta dicitur non ratione legis naturae & voluntatis legislatoris, quae ad vtrumque officium aequaliter nos obligauit; ſed reſpectu ſocietatis humanae, in qua nulla violentia extorqueri poteſt: adeoque imperfecta eſt obligatio ratione effectus, non ratione vinculi ſui, quo hominem DEO adſtringit. ZENTGRAVIVS fuſe pertractat fundamenta huius diſtinctionis *lib. de orig. I. N. ſect. V. art. I. p.* 758. *ſqq.* Addi meretur obligatio interna & externa. Illa ex naturali con-

§. V. Fidem damus vel *per actum ſolitarium* ſeu μονόπλευρον, vel *per actum reciprocum* ſeu δίπλευρον. a) Quandoque enim vnus ſe dumtaxat ad quid praeſtandum obſtringit: quandoque autem duo pluresue mutuo ſe ad quid praeſtandum obligant. Prior actus vocatur *promiſſum gratuitum;* poſterior *pactum.*

a) Puf. de I. N. & G. L. III. c. V.

§. VI. *Promiſſio*, (quatenus pacto opponitur,) poteſt diuidi in *imperfectam* (1) *& perfectam.* Illa eſt, quan-

connexione actionis cum naturae humanae vtilitate vel damno reſilit. Ad temperantiam obligamur, quod ea interno cum natura noſtra nexu vitam & ſanitatem ſeruet. Externa obligatio profluit ex vtilitate vel damno ab alieno arbitrio pendentibus. Furtum fugiunt homunciones ob poenam patibuli, legibus ciuilibus ei ſtatutam. Quaeuis praecepta Dei moralia, per rationem nobis manifeſta, naturalem cum felicitate noſtra connexinem inuoluunt, adeoque ad ea interne obligamur. Sed caue, ne cum atheis in hac ſola obligatione interna ſubſiſtas. Obligamur enim etiam externe, quia ſunt voluntas ſuperioris generis humani, nempe Dei, qui ſumma benignitate adductus nihil nobis in legis normam praeſcripſit, quam quod felicitatis noſtrae adminiculum eſt. Sola obligatio interna in tanta hominum corruptione parum efficax eſt ad eos coërcendos, nec totam obligationis ideam exhaurit.

§. VI. (1) Promiſſio imperfecta eſt adſertio rei citra

quando ipsi quidem, qui promittimus, vtique obligari volumus; vt tamen alteri ius ad exigendum non demus, seu vt nolimus ad promissum nostrum implendum violenter compelli. v. g. si ita concipiam promissum: ego serio destinaui hoc vel illud tibi praestare, & peto, vt mihi credas. Sic enim videor obligatus magis ex lege veracitatis, quam iustitiae, maloque videri propriae constantiae & grauitatis impulsu ferri ad faciendum officium, quam propter ius alterius. Huc spectant *pollicitationes virorum potentum aut gratiosorum*, quibus alicui non per verba honoris, sed serio suam commendationem, intercessionem,

tra animum conferendi ius perfectum in alterum, siue constituendi obligationem in nobis perfectam: vel est nuda adsertio, quae quidem mentem explicat de futura actione, sed dubia maxime intentione perseuerandi in eo proposito, e. g. scriptorum, qui multa opera pollicentur: vel est pollicatio, qua aliquis voluntatem suam de futuro determinat cum perseuerationis adsertione, ita tamen, vt sine vi externa coactiua obligetur. Haec ad ius naturae non pertinent, sed ad morale forum, in quo disquiritur, an illa promissa obligent in conscientia, de quo vid. IAEGER, *obseruat. ad Grot. p.* 319.

Digitized by Google

ſionem, promotionem, aut ſuffragium ſpondent: quae tamen haudquaquam velut iure aliquo ab ſe volunt exigi, ſed in ſolidum ſuae humanitati ac veracitati cupiunt imputari: vt officii ſui gratia eo maior ſit, quo longius ab eodem coactio abfuerit. (2)

§. VII. Perfecta autem promiſſio eſt, quando non ſolum ipſe vtique obligari volo, ſed & ſimul ius in alterum confero, vt rem promiſſam velut debitam plene me poſcere queat.

§. IIX. Porro vt promiſſa & pacta nos obligent ad aliquid dandum aut faciendum, quod antea non debebamus,

(2) Referri huc debent ptomiſſa largiſſima eruditorum, quibus vaſta volumina orbi litterario promittunt ſaepe vires vnius hominis excedentia; ſaepius minantur. Eadem ratio eſt promiſſionum Poëtarum:

Iupiter e coelo ridet periuria vatum.

Multis eorum exemplis ſuam perfidiam poëticam excuſare ſtudet MENAGE *Anti-Baillet T.*2. p.160. *On a dit, inquit, que les ſermens des amans n' entroient point dans les oreilles des Dieux: que Iupiter s' en mocquoit: qu' autant en emportoit le vent. Il en eſt de meſme des ſermens des Poëtes. Et i' oſe aſſurer, qu' il n y a iamais eu de Poëte, qu' il n' ait fait des vers prés auoir dit en public ou en particulier, qu' il n' en feroit plus.*

bamus, aut omittendum, quod antea iure poteramus facere; maxime requiritur *vltroneus noſter conſenſus.*

a) Puf. de I. N. & G. L. III, c. VI. a) Nam quum cuiusuis promiſſi & pacti impletio cum aliquo onere ſit coniuncta; nulla propior ratio eſt, quare ſuper eo conqueri recte nequeamus, quam quia vltro in id conſenſimus, quod euitare penes nos erat.

§. IX. Conſenſus etſi regulariter per *ſigna*, (1) puta voces, literas (2) nutusque exprimi ſoleat; aliquan-

§. IX. (1) Conſenſus vel exprimitur ſignis externis receptis & determinatiuis, & ſic dicitur expreſſus, vel coniicitur tantum, & eſt vel tacitus, qui ex momentis, quae communiter voluntatem hanc vel illam circumſtant & comitari ſolent, colligitur, vel praeſumtus, qui nullo neque ſigno neque facto exiſtente ex communi conditione & natura hominis atque rei adfore vel adeſſe debere intelligitur: ad quorum diſtinctionem ſex notas adfert THOMASIVS *inſt. I. D. L. II. c. VII. §. 24. ſqq.* Conf. LAVTENSACKII *diſſ. de accurato discrimine inter conſenſum expreſſum, tacitum & praeſumtum, Erfurti* 1710. BEIERI *de tacito diſſenſu diſp. Ienae* 1667. Plures vid. *in der gelehrten fama tom. I. p.* 632. Conſenſus praeſumti nulla vis eſt in iuſtitiae naturalis foro.

(2) Conſenſus expreſſus ſermone dumtaxat ſignificari debet, litterarum vſum non requirit lex naturalis, vel vt pactum exſcribatur: diffidentia eas pactis ſuperaddidit & nata inde circumſpectio ob hominum malitiam perfidiamque. Illuſtrat ea Scy-

quando tamen contingit, vt ille citra iſthaec ſigna ex ipſa negotii natura aliisque circumſtantiis liquido colligatur. Sicut interdum ſilentium cum certis circumſtantiis conſideratum loco ſigni conſenſum exprimentis valet. Vnde & dantur *pacta tacita*, quando nempe conſenſus noſter non per eiusmodi ſigna, quae regulariter in commercio hominum recepta ſunt, exprimitur, a) ſed quando idem ex negotii natura aliisque circumſtantiis liquido colligitur. Sic & principali pacto ſaepe adhaeret *pactum tacitum*, quod ex ipſa negotii natura profluit. Sicut & vſitatiſſimum eſt, vt in pactis tacitae quaedam exceptiones & conditiones neceſſariae ſint ſubintelligendae.

a) Puf. de I. N. & G. L. III. c. VI. §. 16.

§. X.

Scytharum oratio, qua ALEXANDRVM M. excipiebant apud CVRTIVM *L. 7. c. 8. Iurando gratiam Scythas ſancire non credideris, colendo fidem iurant: graecorum iſta cautio eſt, qui acta conſignant & Deos inuocant: nos religionem in ipſa fide nouimus: qui non reuerentur homines, fallunt Deos.* Chilii Batauis chirographum poſtulantibus & offerentibus regeſſerunt: *Wenn man es mit der Verhandlung treulich und aufrichtig meynte, ſo bedürfte es keines Papiers oder Schreiberey.* vid. BARLAEVM *Braſil. Geſchichte p.* 774. Conf. KOLBENS *Cabo de bonne Eſperance P. I. p.* 374. MELCHIOR *von* SEIDLITZ *itinerarium c.* 23.

§. X. Vt autem aliquis liquido conſentire poſſit; requiritur *vſus rationis* hactenus, vt praeſens negotium intelligat, an ſibi conueniat, & ab ſe praeſtari queat, eoque perpenſo conſenſum ſuum ſufficientibus ſignis exprimere poſſit. Vnde ſequitur, promiſſa & pacta *infantum*, vt & *amentium* ac *furioſorum*, (niſi vbi dilucidis interuallis furor diſtinguitur,) nulla eſſe. Id quod & de promiſſis *ebriorum* eſt pronunciandum, ſi ebrietas iam eo vsque proceſſerit, vt ratio ſit plane obruta & ſopita. (1) Nam pro vero & deliberato

§. X. (1) His adde dormientes, circa quos eadem cauſſa ſopitae rationis obtinet: ideoque CALIGVLA ridicule & tyrannice, quum auctione propoſita reliquias omnium ſpectaculorum emtioni expoſuiſſet, vidiſſetque APONIVM SATVRNINVM inter ſubſellia auctionantium dormitantem, monuit praeconem, ne praetorium virum crebro capitis motu nutantem ſibi praeteriret, nec licendi finem fieri permiſit, quoad tredecim gladiatores ſeſtertium nonagies ignoranti addicerentur, teſte SVETONIO *lib. IV. c. XXXIIX.* Circa ſubiectum, quocum pacta inire licet, pacta cum Deo rationi ſunt incognita, neque iure naturae diſpici poſſunt: non enim conſtat de acceptatione. Quaeri etiam ſolet de angelis; ſed quum de iis ratio humana pauciſſima norit, neque conſtet, quomodo daemon aliquis per remedia coactiua ad

rato conſenſu haberi nequit, ſi quis vel maxime momentaneo & inconſulto impetu in aliquid inclinet, aut ſigna quaedam edat conſenſum alias exprimentia, eo tempore, quando mens velut medicamine quodam loco mota fuerat. Sed & impudens foret, tale promiſſum, praeſertim cum magno onere coniunctum, exigere

ad obligationem praeſtandam deduci poſſit, neque de exiſtentia pacti cum aliquo angelo aliquid certi adfirmare liceat in foro iuris naturae; ab illa materia merito abſtinemus. Operam ergo parum ſobrie collocauit TORREBLANCA, qui opere *de magia L. 2. c.* 6. in obligationem pacti daemoniaci inani ſubtilitate inquiſiuit, & ſolam *exorciſticam dignitatem* commendat ad diabolum adigendum, vt pactum ſeruet. De atheis, an cum iis paciſci queamus, vid. VITRIAR. *inſtit. I. N. & G. L. II. c.* 15. §. 8. 9. Pro adfirmatiua omnino ſtandum eſſe exiſtimo, quum media cogendi atheum in promtu ſint, ob quorum metum externaeque ſecuritatis amorem pacta ſeruabit. Quae BAELIVS de atheorum probitate *penſées ſur le comete p.* 332. *ſqq. & continuation P.* 2. profert, hoc ſaltem oſtendere poſſunt, moueri atheos multis rationibus, vt fidem externam ſeruent & probitatem. Tandem de falſae religioni addictis, haereticis & infidelibus quaeſtio nonnumquam inſtituta eſt, ſed in foro I. N. parum ſobrie ventilatur: religionis enim diuerſitas fidem dandam & ſeruandam non ſubmouet, neque obſtaculum eſt obligationis naturalis exinde reſultantis. Vid. ROESLERI *diſſ. de natura pactorum §. VI. n.* 6.

gere velle. Quin ſi quis ebrietatem eam captauit, & obſeruata alterius facilitate promiſſum aſtute elicuit; ne ab doli quidem fraudisque crimine immunis erit. Aſt qui discuſſa crapula per ebrietatem acta rata habuerit, vtique obligabitur, non tam ex eo, quod ebrius, quam quod ſobrius egit.

§. XI. Ceterum quousque in *pueris* duret imbecillitas rationis, contrahendam obligationem impediens; lege naturali adeo accurate definiri nequit: quum in aliis citius, in aliis tardius iudicium matureſcat: (1) ſed illud eſt ex cuiusuis quotidianis acti-

§. XI. (1) Iudicium citius vel tardius matureſcit vel 1) ob temperamenti indolem cerebrique temperiem, vel 2) ſoli polique qualitatem, 3) educationem ac inſtitutionem, 4) negotiorum ad iudicium habitu, ad quae incumbit iuuentus. Ciuitates tempus illud determinarunt, prout gens quaedam indolem ſuae nationis promtam vel hebetiorem eſſe deprehendit, vel e re ſui ſtatus illam determinationem eſſe arbitratur, vel certo aetatis anno perfectionis notam tribuit. Vid. GVNDLINGIANA *part. IIX. p.* 231. Vnde modo XIV. modo XIIX. modo XX. modo XXV. aetatis annum leges nationum, publicae & ciuiles fixerunt. Vbi nulla lex de eo condita, veroſimilibus coniecturis maturitas aetatis aeſtimanda eſt. vid. GROT. *de I. B. & P. L.* 3. *c.* 20. §. 3.

actionibus iudicandum. Etſi in plerisq; ciuitatibus leges ciuiles certum heic temporis terminum in vniuerſum conſtituerint. Sicuti & alicubi ſalutariter eſt receptum, vt aliorum prudentiorum auctoritatem adhibere neceſſum haberent in contrahendis obligationibus, quousque inconſultus ille iuuentae impetus deferbuiſſe cenſeretur. Quippe quum ea aetas, etiam quando negotium, quod geritur, intelligit, vehementi fere ac parum prouido impetu feratur, ac in promiſſa ſit facilis, ſpei plena, liberalitatis famam captans, in amicitias ambitioſe colendas prona, ac diffidere neſcia. Vnde & dolo vix caret, qui iſtius aetatis facilitati imminet, & iuniorum dispendiis locupletari vult, quae iſti per iudicii imbecillitatem praeuidere aut aeſtimare non norunt.

§. XII. Conſenſum quoque impedit *error*. Circa quem hae regulae ſunt obſeruandae: I. *Vbi in promiſſione aliquid tamquam conditionem ſuppoſuerim, citra cuius intuitum promiſſurus non fueram; naturaliter*

raliter promiſſionis nulla erit vis. Nam promiſſor conſenſit non abſolute, ſed ſub conditione: qua non apparente promiſſio quoque nulla eſt. II. *Si ex errore ad paciſcendum aut contrahendum fuerim impulſus, eumque re integra*, & quando nihil adhuc fuit praeſtitum, *deprehendero; aequum* ſane *fuerit, vt facultas poenitendi mihi concedatur*, (1) praeſertim vbi prae me tulero, dum ad paciſcendum accedo, quae me cauſſa impellat; nec alter ex mea poenitentia detrimentum patiatur, aut id penſare ego paratus ſim. Verum vbi res non amplius eſt integra, & vbi error tunc demum patuerit, quando iam pactum eſt impletum ex toto aut ex parte; qui errauit, a pacto reſilire non poterit, niſi quantum

§. XII. (1) Error impellens pactum non dirimit, 1) quia cauſſa paciſcendi ad naturam pacti non pertinet, ſed eſt extra negotium, 2) ſic multi, vbi facti poeniteret, ad eiusmodi errorem prouocare poſſent ad eludendam pacti moleſtiam, 3) nulla cauſſa ſubeſt, cur alteri error meus magis imputari debeat, quam mihi, 4) aliud eſt, quid officio humanitatis aliquis praeſtiturus ſit, & an iuri ſuo velit renunciare, quod pacto ſibi adquiſiuit: aliud an iure perfecto ad id teneatur.

Digitized by Google

tum alter ex humanitate velit indulgere. III. *Vbi error contigerit circa ipſam rem, de qua conuenitur; pactum vitiatur, non tam ob errorem, quam quia legibus pacti non fuit ſatisfactum.* Nam in pactis ipſa res, de qua conuenitur, eiusque qualitates debent eſſe cognitae; citra quam cognitionem liquidus conſenſus intelligi nequit. Vnde defectu deprehenſo, qui laedendus fuerat, vel a contractu reſilire poteſt, vel alterum ad defectum ſupplendum adigere, vel etiam ad praeſtandum id, quod intereſt, vbi ipſius dolus aut culpa interuenit.

§. XIII. Quod ſi quis *dolo* & malitioſa fraudulentia alterius inductus fuit ad promittendum aut paciſcendum; ita eſt habendum: *Si* tertius *dolum adhibuerit, non colludente eo, quicum paciſcimur; negotium erit firmum:* ab eo tamen, qui dolum adhibuit, poterimus repetere id, quod intererat, nos non fuiſſe deceptos. 2. *Qui* dolo ſuo *malo cauſſam dedit, ut ipſi quid promitterem,* cum eove paciſcerer; *ei ex iſthoc actu*

haud quidquam obligor. 3. *Si quis ultro* quidem & liquida cum deſtinatione animi *ad paciſcendum acceſſerit; in ipſo tamen negotio*, puta, circa objectum, ejusve qualitates & æſtimationem, *dolus interceſſerit*; (1) *hactenus pactum erit vitioſum, ut in arbitrio deceptiſit, illud penitus diſſoluere; aut læſionis penſationem exigere.* 4. *Quae ad eſſentiam negotii non faciunt*, nec expreſſe fuerunt deſignata; *actum* de cetero rite conceptum *non vitiant*; licet forte alter de iis, dum paciſcitur, tacite cogitauerit; aut ejus opinio aſtu fuerit confirmata, quousque contractus concluſus foret.

§. XIV. *Metus*, qui circa promiſſa & pacta interuenit, *dupliciter* ſumitur, vel pro *ſuſpicione* probabili, fore, ut ab altero decipiamur, idque vel quia eiusmodi vitium in animo ipſius haeret, aut quia malignam ſuam

§. XIII. (1) Dolus incidens, cuius hic fit mentio, eiusdem eſt efficaciae, ac dolus, qui cauſſam dedit: nec opus fuiſſet, eius diſtinctionem hic innuere, quae vix in ſolo iure Romano locum inuenit, vt contractus bonae fidei & ſtricti iuris diſtinguerentur, vt oſtendit NOODT *de forma emendandi doli mali*, c. 3.

Digitized by Google

am voluntatem ſat perſpicue ſignificauit: vel pro *vehementi animi terrore*, orto ex intentato graui malo, ni promiſſum aut pactum inire velimus. Circa *priorem* ſpeciem metus ita habendum: 1. *Qui confidit illius promiſſis & pactis, cui fidei religio* in vniuerſum *nihili ſit; imprudenter* quidem *facit, ſed eam* ſolam *ob cauſſam pactum non redditur irritum.* 2. *Vbi pactum* iam ſit *initum, ac nulla noua emergant indicia intentatae deceptionis; non licebit a pacto reſilire* ex obtentu vitiorum, quae ante pactum erant cognita. Nam quae cauſſa aliquem non prohibuit, quo minus paciſceretur; eadem quoque prohibere non debet, ne pactum impleat. 3. *Vbi poſt pactum initum* certiſſima *emergant indicia, alterum id agere, ut mihi, quando meum priore loco praeſtitero, illudat; non prius ad praeſtandum adigi potero, quam contra eam deceptionem mihi cautum ſit.*

§. XV. Circa *alteram* ſpeciem metus hae regulae obſeruandae. 1. *Pa-*

§. XIV. & XV. (1) In hac materia expedire nos poſſumus, ſi attendamus, 1) anne metus ſit vel grauis

cta, quae ineuntur propter metum a tertio incussum, valida sunt. Nam in hoc vtique nullum resident vitium, quo minus ius ex pacto sibi aduersus me adquirere queat; & metum ab altero intentatum discussisse pensatione utique dignum est. 2. *Quae pacta ex metu* aut reuerentia (1) *imperii*

uis vel leuis; & grauis quidem vel absolute, vel ratione personae metuentis, 2) an sit illatus, vel a nobis ipsis excitatus, 3) illatus an sit iuste, vel iniuste, 4) vel a paciscente, vel a tertio quodam, 5) & vel cum actibus liberalibus, vel cum onerosis coniunctus. Vid. GROTIVM *lib. II. c. XI. §. 7.* RACHELIVM *not. ad offic. Cic. L. I. c. X.* GVNDLINGII *tr. de efficientia metus. Halae* 1711. 4. I. H. BÖHMERI *diss. de exceptione metus iniusti in statu naturali Halae* 1720 *hab.*

§. XV. (1) Metus reuerentialis oritur vel ex verecundia & pudore, vel ex recordatione acceptorum beneficiorum, vel ex praeiudicio auctoritatis, & est *metus ex reuerentia alteri debita proueniens, quam, nisi ita agimus aut volumus, taedere, & in nos redundaturа mala aut indignationem veremur, liberas actiones nostras impediens, quique plerumque in damnum nostrum cedit.* Vid. WILLENBERG. *tr. de metu reuerentiali* 1712 *Lips. 4. ed. p. 5.* Putat idem p. 8. huius metus in iure eam ob caussam nullum esse effectum, quod non cadat in virum constantem, nec ab alio inferatur, sed quis ipse eumdem ob reuerentiam erga alium sibi caussetur. Sed hunc metum ab alio inferri saepissime patet, e. c. Si pater filiae suae inuitae Sempronium in matrimonium

Ex eodem quæritur an
quis Episcopus ordinari, aut ad Episcopatum
promoveri possit, nisi in regione sua
Metropolitanus ordinetur? Respondit: Si
Metropolitanus ordinetur? Respondit: Si
Metropolitanus ordinetur? Respondit: Si

ſentire debeat non ſolum, qui promittit, ſed & cui promittitur. Quando enim huius conſenſus abeſt, ſeu quando is oblatum promiſſum acceptare detrectauerit; res promiſſa penes promiſſorem manet. Qui enim alteri rem ſuam offert, neque inuito eam vult impingere, neque pro derelicta habere. Ergo ſi alter non acceptet; iuri promittentis in rem oblatam nihil decedit. Quod ſi rogatio anteceſſit; cenſebitur ea durare, niſi expreſſe fuerit reuocata; eoque caſu in anteceſſum acceptatio facta intelligitur, ita tamen, vt rogationi reſpondeat oblatio. Nam ſi haec discrepet; expreſſa requiritur acceptatio: quia ſaepe mihi non conſulitur, niſi tantumdem, quantum rogaui, accepero.

§. XVII. Circa *materiam* a) promiſſorum & pactorum requiritur, ut quod promittimus aut paciſcimur, non *ſit ſupra noſtras vires*, neue id patrare lege aliqua prohibeamur:

a) Puf. de I. N. & G. L. III. c. VII.

p. 911. VFFELMANN *de iure ſermonis c. XVI. §.* 14. *p.* 74. Conf. etiam GROTIVM *lib. II. c. XI.* §. 14.

Digitized by Google

mur: (1) alias enim aut ſtolide, aut improbe promittimus. Exinde conſequitur, neminem ſeſe obligare poſſe ad id, quod ipſi eſt impoſsibile. Quod ſi autem res, quae tempore pacti initi poſſibilis habebatur, poſt impoſſibilis aliquo caſu citra paciſcentis culpam facta ſit; re integra pactum erit nullum. Vbi quid praeſtitum ab altero iam fuit; id reſtituendum, aut aequipollens reponendum. Si ne hoc quidem fieri poſſit; ſummus erit conatus adhibendus, ne alter detrimenti quid capiat. Nam in pactis primario reſpicimus ad id, de quo expreſſe fuit conuentum. Vbi hoc obtinere non poſſumus; ſufficit aequipollens exhiberi ſaltem ne damnum ſentiamus, omni modo cauendum eſt. Qui vero dolo aut graui culpa ſibi ipſi vires praeſtandi detraxit, non ſolum ad ſum-

§. XVII. (1) Circa materiam pacti *impoſſibilem* videndum, 1) an *impoſſibilitas* illa ortum traxerit ex culpa vel dolo paciſcentis cuiusdam; an omnis culpa exſulet. 2) An vterque paciſcentium ſciuerit, rem eſſe *impoſſibilem*, nec ne. 3) An ſit *impoſſibile* ex ſe, & quidem vel impoſſibilitate naturae, vel iuris, vel facti; an ex accidenti.

mum conatum tenetur, sed &, velut in supplementi vicem, malo insuper poterit mactari.

§. XVIII. Patet quoque, ad *rem illicitam* praestandam obligari nos non posse. Nam nemo valide se potest obstringere vlterius, quam ipsi est potestas. Ast qui lege actionem prohibet, adimit vtique potestatem eam suscipiendi, & de eadem praestanda obligationem admittendi. Con-

§. XIIX. (1) BARBEYRAC *ad Pufend. de I. N. & G. L. 3. c. 7. p.* 402. recte obseruat, materiam de pactis circa res illicitas nondum satis euidenter esse enucleatam, eaque propter varias subiicit regulas, quibus materia accuratius peruideri possit: quae tamen ob neglecta iusta principia rem non conficiunt. Tenendum itaque, illicitum aliquid dici respectu diuersarum normarum agendi: est enim idea relatiua, quae inuoluit comparationem actionis cum aliqua lege, per quam aliquid prohibetur vel illicitum redditur. Hinc illicitum aliquid est legibus vel iusti, vel honesti, vel decori, legibus vel diuinis, vel humanis. Quando in iure naturae aliquid dicimus illicitum; intelligimus actionem, quae praeceptis iusti aduersatur; seu quae aliorum iuri perfecto aliquid detrahit. De ceteris omnibus tacet ius naturae i. e. ea permittit, & per consequens per ius naturae licent. Poterunt proinde pacta iuste iniri de rebus per praecepta honesti & decori illicita: quum enim licere intelligantur per ius naturae; nemini iis infertur iniuria, neque pax externa laeditur. Pacta polygamiae,

Contradictorium quippe eſt, ex obligatione per leges confirmata aliquid neceſſario debere facere, quod per easdem leges eſt omittendum. Vnde *peccat* quidem, *qui illicita promittit; ſed bis peccat, qui eadem praeſtat.* Vnde & hoc colligitur, non ſeruari debere promiſſa, quae illi, cui fiunt, noxae ſunt futura: quum naturali lege prohibitum ſit, ne quis alteri, etiam ſtolide volenti, malum inferat. Si igitur pactum circa rem turpem fuerit initum; neuter ad id explendum tenebitur. Quin & ubi turpe facinus ab uno fuit praeſtitum; alter ad ſoluendam conuentam mercedem

miae, inceſtus, polyandriae, pacta Amazonum, ſi quae fuerunt, cum viris alius populi, pacta de amplexanda falſa religione ſub conditione promiſſae dignitatis, haereditatis, pecuniae, quaeſtus meretricius & infinita alia ex iuris naturae legibus non poſſunt illicita pronunciari, adeoque in ſtatu libertatis ſolo iuris perfecti intuitu iuſte ſeruantur & vrgentur. Verſantur enim circa res I. N. permiſſas, licet per alia praecepta moralia condemnentur. Sed tunc demum in iure naturae pacta fiunt de rebus illicitis, ſi materia eorum iuri perfecto alterius detrahat. Pacta cum ſicariis de vulnerandis vel occidendis aliis; cum furibus de ſubtrahendis rebus alienis vel occultandis; cum impoſtoribus, rebellibus &c. ſunt de rebus vere illicitis, vel de iniuriis: quae a iure naturae damnantur.

cedem non obligabitur. (2) Quod tamen illo intuitu iam est datum, repeti nequit, nisi forte dolus aut enormis laesio accesserit.

§. XIX. Denique & hoc manifestum est, frustra promittere nos aut pacisci circa *res alienas*, in quantum illae non nostrae, sed alterius directioni & arbitrio sunt subiectae. Quod si autem ita promisero: me operam daturum, ut alter (cui pro imperio me quid imperare non posse praesupponitur,) praestet: tunc teneor omni modo moraliter possibili (i.e. quantum alter honeste a me postulare potest, & quantum vitae ciuilis ratio fert,) laborare, ut ad eamdem praestandam alter permoueatur.

§. XIIX. (2) Alias iniuriae iuste daretur salarium: ex iniustissima actione iusta per se promanare possent, istaque solutio iniuriae esset continuatio. Turba Scholastica, GROTIVS aliique huc obiiciunt Iudae Thamarisque exemplum: ad quod facile responderi potest cum OSIANDRO *in Grot. p.* 909. Elegans exstat diss. D. VRSINI *de quaestu meretricio, Francof. ad V. ad* 1682. *hab.* in qua *caput III.* huc conferendum. Loquimur autem de facinore secundum iustitiae praecepta turpi, non de peccatis, quae in honestum & decorum impingunt: e. c. si quis sicario pactam mercedem soluere vellet.

Digitized by Google

ueatur. Sed & ſuper *rebus aut actionibus noſtris*, in quas iam alteri ius fuit quaeſitum, tertio valide promittere non poſſum; niſi forte in eum caſum, quo alterius ius exſpirauerit. Nam qui prioribus promiſſis aut pactis ius ſuum in alterum iam tranſtulit, ipſe vtique nullum tale ius reliquum amplius habet, quod in tertium poſſit conferre. (1) Ac nullo negotio omnia promiſſa & pacta poſſent fieri irrita, ſi liceret aliud inire, in quo contraria priori disponerentur, ac quicum prius ſimul expleri nequit. In quo fundatur tritum illud: Qui *prior tempore, potior iure.*

§. XX. Eſt praeterea circa promiſſa potiſſimum obſeruandum, illa concipi ſolere vel *pure & abſolute*, a) vel ſub *conditione*, vt ſcilicet validitas promiſſionis conferatur in aliquem euentum, a caſu aut arbitrio humano pendentem. Sunt autem *conditiones* vel *poſſibiles*, vel *impoſſibiles*. Illae ſubdiuiduntur in *caſuales*,

a) Puf. de I. N. & G. L. III. c. VIII.

§. XIX. (1) Neque alius ſuperueniens ius alterius quaeſitum tollere poteſt aut infringere. Conf. Piſtorii paroemias german. iurid. centur. 8. p. 745.

Digitized by Google

les, ſeu *fortuitas*, quae vt exiſtant, vel non exiſtant, penes nos non eſt: *poteſtatiuas* ſeu arbitrarias, quae vt exiſtant, vel non exiſtant, penes eum eſt, cui promittitur: *& mixtas*, quarum impletio partim ab arbitrio eius, in quem confertur, partim a caſu dependet. *Impoſſibiles* autem ſunt vel *phyſice* tales, vel *moraliter*: i. e. quaedam per rerum naturam fieri a nobis non poſſunt; quaedam per leges & honeſtatem fieri non debent. (1) Et impoſſibiles quidem conditiones, ſi *naturalem* interpretandi ſimplicitatem ſequamur, orationem promittentem faciunt negatiuam: etſi per leges fieri poſſit, vt, ſi adiectae ſint negotio alicui ſerio, habeantur pro non adiectis, ne per actus nullum euentum ſortituros hominibus illudatur.

a) Puf. de I. N. & G. l. III. c. IX.

§. XXI. Denique a) promittimus & paciſcimur non ſolum per nosmet ipſos, ſed etiam aliorum hominum interuentu, quos ipſi voluntatis noſtrae *internuncios* atque interpretes

§. XX. (1) Moraliter aliquid impoſſibile eſt triplici modo, quod vel per iuſti, vel per honeſti, vel per decori regulas fieri non poteſt.

Digitized by Google

pretes conſtituimus. (1) Per quos, vbi bona fide egerint, quod a nobis in mandatis habebant, valide obligamur apud eos, qui cum iſtis, velut noſtras vices gerentibus, egerunt. (2)

§. XXII.

§. XXI. (1) Iure naturae in talis modi internunciis 1) nulla differentia ſexus nec ſtatus reſpicitur: 2) ſufficit, ut alicui generaliter tantum voluntatis noſtrae interpretatio commiſſa ſit, nec ſpecialis abſolute ad certa negotia, niſi regulis prudentiae requiritur: 3) nec litterae *neceſſitate iuris* requiruntur: prudentius tamen *neceſſitate medii* adhibentur. Vid. TESMARVS & GRONOVIVS *ad Grot. L. II. c. XI. §.* 12.

(2) Si a mandatis noſtris apertius declaratis recedant; nulla ratione ad ea, quae vel ex fraude, dolo, vel ex negligentia, audacia, contra noſtram voluntatem promiſerunt vel egerunt, ſumus obligati. Internuncius enim cum tertio contrahens mandantem non obligat, niſi quatenus conſenſit: non ergo poterit eum obligare in rebus, quae eius conſenſui plane ſunt contrariae. Sed ſi internuncius libero & generali mandato ad paciſcentem miſſus ſit, ſpecialibus licet iisque clandeſtinis inſtructionibus munitus; & longiſſime aberret ab intentione mandantis vel per malitiam, vel per errorem; mandans omnino tertio obligabitur: hic enim libero mandato, in quod ille conſenſit, non potuit non fidem adhibere, & ſic mandantis culpae omnis error erit imputandus. Quando etiam internuncius ea promittit vel paciſcitur, quae neceſſario ſunt connexa, licet ad eadem ſpecialia non habeat mandata; iuſte egiſſe putandus eſt. Sic cui venditio commiſſa eſt, ei etiam receptio pretii mandata eſſe videbitur &c. niſi de contrario expreſſe conſtet.

§. XXII. Atque haec ſunt officia hominis abſoluta, vt & per quae vel-ut tranſitus ad alia fit. Reliqua praeſupponunt aliquod *inſtitutum* humanum generali pacto ſubnixum, & in genus humanum introductum; vel etiam *ſtatum* aliquem peculiarem. (1) Inſtitutorum iſtorum deprehenduntur potiſſimum *tria: ſermo, dominium rerum* earumdemque *pretium, & imperium humanum.* De ſingulis, vt &, quae inde reſultant, officiis deinceps exponendum.

§. XXII. (1) De inadaequata hac auctoris methodo multa monuit TITIVS ad h. l.

CAPVT X.
DE
OFFICIIS SERMOCINANTIVM.

1. Praeceptum generale, *de innoxio ſermonis vſu ſeruando.*
2. Declaratur per praeceptum ſpeciale *primum* de ſermone iuxta vſum communem formando, vt alter intelligere poſſit.
3. Per ſpeciale *ſecundum*, de ſermone ad animi ſenſus exprimendos accommodando, ne alter decipiatur.
4. *Limitatio* horum praeceptorum in *diſſimulatione.*
5. In *ſimulatione.*
6. In

6. In *fictione.*
7. Quid sit *veritas?*
8. Quid *mendacium?*
9. Differentia inter hoc & sermones fictos.
10. Variae mendaciorum species.

§. I.

QUam vtile ac plane necessarium sit instrumentum societatis humanae sermo, nemo est, qui ignorat: quum multi vel ex ea sola facultate collegerint, hominem ad agendam vitam socialem a natura destinatum. (1) Circa huius

Ad §. I. (1) Hoc argumento vsi sunt Peripatetici secuti antesignanum suum *polit. lib. I. c. II.* Confer PICCARTVM *ad h. l. p.* 46. Putarunt enim cum EPICVRO, sermonem linguarumque scientiam homini innasci, cuius sententiae errorem non tantum ostendunt homonymia, synonymia & diuersitas vocum & linguarum, vid. le GRAND *instit. phil. P. I. c. X.* §. 2. *sqq.* THOMAS. *iurispr. diu. L. II. c. VIII.* §. 21, sed etiam exempla infantum extra hominum commercia educatorum, qui omnis sermonis expertes fuerunt, quae referuntur a QVINTILIANO *L. X. c. I.* HERODOTO *lib. II.* TVLPIO *obseru. medic. L. IV. c. IX.* GVLARTIO *in mirabilibus sui saeculi ad a.* 1563. BORRICHIO *de caussis diuersitatis linguarum* §. 1. CAMERARIO *hor. subciv. tom. I. cap. LXXV.* BECMANNO *hist. orb. terr. P. I. c. IX. sect. IV. p.* 411. *sq.* CATROV *hist. gen. de l' empire du Mogul p.* 137. & TENZEL *monatl. Vnterred.* 1691. *p.* 748. adeoque cessat illa socialitatis consequentia exinde deducta. BEYERVS *delin. I. N. cap. IX. p.* 62. ex eodem fundamento ita ratiocinatur:

ius ergo legitimum & societati humanae proficuum vsum id officii (2) lex naturalis hominibus dictitat: *vt ne quis sermone, aut aliis signis* (3) *ad*

Quod hominem a brutis secernit, est cogitatio: cogitatio non est sine sermone: sermo non est sine societate: societas vero visibilis non est, nisi cum aliis hominibus: ergo homo sine societate est sine ratione: homo vero sine ratione est contradictio in adiecto. Quod ratiocinium vero tum ratione nexus sui, tum ratione membrorum hinc & inde vacillat: homo enim a brutis non distinguitur cogitatione tantum, sed & mente, intellectu & voluntate quibus praeditus est; nec omnis cogitatio per sermonem, & verborum characteres procedit: nec a sermone interno statim ad externum colligere licet, quum multae ideae verbis exprimi nequeant: nec ex dictis deducere fas est, hominem sine sermone esse sine ratione: quae omnia, si rhetorice dicta fuerint, vix poterunt admitti.

(2) De quo conferri possunt WERNHERI *diss. de officio hominis circa sermonem Lips.* 1702. VFFELMANNI *tr. de iure hominis circa sermonem.* TITII *diss. de officio sermocinantium Lips.* 1695.

(3) Auctor, dum de sermone tantum agit, non excludi vult reliqua consensus signa, circa quae eadem officia generalia iustitiae & bonae fidei obseruanda sunt, quae circa palmarium consensus signum hic inculcat. Pertinent enim huc quoque gestus e. c. annuere capite, dextram dare, & certa symbola adhibere, quae gentes nonnullae pactis interposuerunt. Saepe enim accidit, vt cum populis, quorum sermonem nemo Europaeorum intellexit, solis gestibus & signis agendum omnisque rerum permutatio & mercatura facta fuerit, quorum magna copia apud itinerariorum scriptores

ad exprimenda animi ſenſa inſtitutis, alterum decipiat.

§. II. Sed vt indoles ſermonis penitius intelligatur, a) ſciendum eſt, circa ſermonem, voce viva aut literis expreſſum, *duplicem obligationem* occurrere. *Vna* eſt, *qua iſti, qui*

a) Puf. de I. N. & G. L. IV. c. I.

res deprehenditur. Eunuchi, qui ab imperatorum Turcicorum ſeruitiis gynaecei ſunt & linguae vſu deſtituuntur, ſignis & geſtibus omnia ſua negotia peragunt. BRIOT *l'etat preſent de l'empire Ottomann L. I. c.* 8. De Oſtiacis refert auctor *des neuveränderten Rußlandes p.* 193. *Weil ſie kein Pfand aufzuſetzen haben und weder ſchreiben noch leſen können, vermittelſt welchen ſie einen Contract aufrichten oder mit einer Handſchrift ſich verbindlich machen könnten, ſo brennen ſie auf ihren Händen allerhand Merckmahle, Figuren der Vögel oder auch beſondere Puncte, welche ſie denen Creditoren, als ein Zeichen, wobey er ſie gewiß kennen und wiederfinden ſoll, zeigen: haben ſie ſich entweder in die Hände geſchnitten, gehauen oder ein Mahl im Geſicht, ſo zeigen ſie bey Schlieſſung des Contracts die Wund-Mahle auf und ſetzen gleichſam dieſelbe zum Unterpfande: immittelſt rühmt man ſie, daß ſie ſolche Verpflichtungen feſt halten, und auf beſtimmten Termin entweder mit Fiſchen, Rauchwercken oder auch mit Gelde die gemachte Schuld bezahlen und alsdenn ihre Marquen wieder aufzeigen, als nähmen ſie ihre zu Pfande geſetzte Verſicherung wieder zurück und annullirten ihre Verbindung.* Diſſertationes, quas MOLLERVS Altorfinus de *oculiloquio, manuloquio, pediloquio* conſcripſit, lanx male ſatura ſunt, in qua curatior ſelectus valde deſideratur,

eadem lingua vtuntur, certae rei certum vocabulum, prout vſus cuiusque linguae fert, adplicare tenentur. Quum enim neque voces, neque certi litterarum ductus, certam rem natura notent: (alias enim omnes linguae aut ſcripturae genera coincidere deberent;) inde, ne vſus linguae foret inanis, ſi quisque, quo vellet, vocabulo quamlibet rem nuncuparet; neceſſum eſt inter eos, qui eadem lingua vtuntur, tacitam interceſſiſſe conuentionem, (1) vt certam

§. II. (1) Merito auctor hic erroris accuſatur a TITIO, 1) quiâ impoſitio nominum, quam conuentione factam eſſe fabulatur, ſucceſſiue & pedetentim facta eſt, non vno impetu per conuentionem conſtituta. 2) conſenſerunt quidem, ſed ſine obligandi ſe inuicem intentione. 3) communis exin notitia, non obligatio exiſtit. 4) poſita conuentione minima linguae mutatio eſſet in vitio, & philoſophi, chymici, venatores &c. in genus humanum inuentione terminorum peccarent: quibus accedit 5) quod ſumma neceſſitas & infinita incommoda ſine omni dubio homines ad recipiendum ab altero vocis ſignificatum coëgerint & allexerint, ſine vlla praeuia diſputatione, quo iure ille fuerit impoſitus, & ſine omni deliberatione ad pactum circa hanc materiam ineundum. 6) neque conuentio vniuerſaliſſima totius humani generis, neque cuiusuis gentis ſpecialior conuentio ex lumine naturae in prima hominum

certam rem certo, & non alio vocabulo denotent. Ni enim in vniformem vocum adplicationem fuerit conſpiratum; impoſſibile eſt, ex ſermone alterius ſenſa animi colligere. Vnde vi iſtius pacti quilibet tenetur ita adhibere in ſermone communi vocabula, prout receptus eius linguae vſus fert. Ex quo etiam hoc conſequitur, vt quamquam ſenſa animi a ſermone discrepare queant, id tamen in vita humana quisque voluiſſe cenſeatur, quod verba eius prae ſe ferunt; etſi fortaſſe intrinſeca mentis deſtinatio ab

 iſtis

minum ſimplicitate concipi poterit: quum neque detur lingua vniuerſalis, neque res omnes ſimul exſtiterint, nec ſua nomina ab vniuerſali conſenſu, ſed a ſingulorum & quidem plebeiorum maxime & inſipientum impoſitione acceperint, neque vno tempore accipere potuerint. 7) quotidiana experientia docet, quomodo noua nomina ab hoc vel iſto artifice nouis inuentis impoſita citra vllum pactum in ſocietatem humanam introduci vimque ſignificandi vſu obtinere poſſint. Verum igitur obligationis circa ſermonem fundamentum in eo conſiſtit, quod nemo ſit laedendus, neque conſenſu noſtro, neque ſignis vel inſtrumentis conſenſum noſtrum declarantibus: ſermo autem palmarium eſt iſtorum ſignorum. Omnis itaque cura adhibenda, ne ſermone noſtro alterius iuri aliquid detrahamus, eumdemue laedamus & pacem externam turbemus.

iſtis discedat. De hoc enim quum niſi per ſigna conſtare nequeat; omnis vſus ſermonis redderetur irritus, ſi interna animi cogitatio, quam ſibi quisque pro lubitu fingere posſet, id, quod ſigna prae ſe ferunt, in communi vita elidere poſſet.

§. III. *Altera* obligatio, quae in ſermone interuenit, in eo conſiſtit, vt *quis alicui per ſermonem animi ſui ſenſa ita debeat pandere, vt haec ex illo liquido cognoſcere queat.* Quum enim non loqui tantum, ſed & tacere homo queat; & quum non ſemper, quod quis in animo voluit, id coram quibusuis aperire teneatur; igitur neceſſum eſt, vt peculiaris exiſtat obligatio, quae alicui neceſſitatem adferat tum ad loquendum, tum ad ita loquendum, vt alter ſenſa animi noſtri intelligat. (1) Oritur autem

§. III. (1) Nonnumquam ergo non ſolum obſcure loqui poſſumus, ſed etiam tenemur ad obſcuritatem in ſermone adhibendam. Male tamen & contra decorum ARISTOTELES (exempli cauſſa) apud GELLIVM *noct. Attic. L. XX. c. V.* obſcuritatis praetextu Alexandri querelas elidere anniſus eſt, quod libros acroamaticos in lucem emiſerit: ſcripſit enim editos quidem, ſed pro non

autem illa obligatio vel *ex peculiari pacto*, vel *ex communi praecepto legis naturalis*, vel *ex praeſentis negotii indole*, cui contrahendo ſermo adhibetur. Saepe enim *expreſſe* cum aliquo *conuenitur*, vt quis animi ſui ſenſa ſuper aliquo negotio mihi aperiat: vt, ſi quem informatorem mihi in aliqua diſciplina adſciſcam. Saepe quoque *praeceptum aliquod legis naturalis* meam ſcientiam alteri communicare iubet, vt hoc modo ipſi proſim, vel noxam ab eodem auertam, aut ad noxam accipiendam cauſſam vel occaſionem non praebeam. Aliquando denique *prae-*

non editis habendos, qui auditoribus ſuis tantum eſſent cognoſcibiles. Qui enim ſponte mentem ſuam cum aliquo communicare vult, ille defert alicui poteſtatem ſeſe intelligendi ſuſcipitque officium clare loquendi: qui enim non vult intelligi, nolit loqui. Omnis ſcriptor, qui ſcientiam ſuam publicis ſcriptis profitetur, ſiue humanitatis, ſiue perfecti iuris obligatione eo fuerit adductus; illum oportet quoque mentem ſuam ea de re ita explicare, vt ea poſſit intelligi atque ab alio in vſus commodos conuerti. Si vero perfecto iure pacti vel promiſſi obligatus ſit ad celanda artis ſuae dogmata; iniuſte aget, ſi etiam obſcure ea vltro publicauerit. Sacerdotes ethnici fictis ſuis oraculis & in iuſti & decori officia ſaepe impegerunt.

ſens negotium, quod cum alio ſuſceptum eſt, aliter expediri nequit, ni iudicium meum ſuper eo pandam: vti circa celebrandos contractus contingit.

§. IV. Quia autem non ſemper vſu venit, vt ex aliquo horum capitum quaeuis cogitata mea alteri ſint ſignificanda; patet, me non teneri, alteri ſermone meo indicare alia, quam ad quae ex me intelligenda *ius perfectum aut imperfectum habet*, adeoq; recte tacendo *diſſimulare* me poſſe, vtut maxime interroger, quae, vt ex me ſciat, alter ius non habet, neque ad id aliqua obligatione ego teneor.

§. V. Immo quia ſermo *non ſolum* eſt inuentus *propter alios, ſed & propter nos ipſos;* ideo, vbi aliqua mea in eo verſatur vtilitas, neque cuiusquam (1) alterius ius laeditur, licebit

§. IV. V. VI. In his §§. tres adferuntur rationes clariſſimae, cur veritas, falſiloquium & ſilentium pari paſſu ambulent ſeque aequali ratione habeant ad pacem externam & finem ſocietatis humanae: neque enim in veritate officium, neque in falſiloquio vitium conſiſtit: quum illa tantum ſint obiecta officii naturalis, & modo bona, modo mala ex

bit mihi ſermonem ita formare, vt diuerſum ab eo, quod in animo voluo, exprimat.

§. VI. Denique quia ſaepe iſti, ad quos loquimur, ita ſunt dispoſiti, vt, ſi ſermone ſimplici & aperto rem ipſam perciperent, detrimento hoc ipſis futurum eſſet, nec nobis bonum, quem intendimus, finem adſequi liceret; igitur hiſce in caſibus licebit vti ficto coloratoque ſermone, & qui noſtram ſententiam & intentionem audientibus directe non repraeſentet. Nam qui alicui prodeſſe vult & debet, non vtique id tenetur facere eo modo, quo finem ſuum non erat obtenturus.

§. VII. Ex hiſce colligitur, in quonam conſiſtat *veritas*, (1) cuius ſtu-

la ex vſu vel abuſu hominis fieri poſſint. Quod etiam de reliquis ſermonis attributis dicendum, de claritate & obſcuritate, de modeſtia vel inciuilitate, verecundia vel obſcenitate, quae per ſe nondum inferunt iniuriam aliis.

§. VII. (1) Mallem adpellare iuſtam veracitatem: veritas enim nondum ius ſuum cuique tribuit & eſt mera conuenientia otis & mentis, qua vel recte vti vel abuti poſſumus. Hinc THOMASIVS *I. I. D. L. II. c. IIX. not. ad* §. 51. patrem ſuum, quod veritatem virtutem dixerit, obiter tantum

rem

dio boni viri tantopere commendantur: nempe vt verba animi noſtri ſenſa commode repraeſentent alteri, cui eadem intelligendi ius, quaeque vt ipſi aperiamus, nobis obligatio perfecta aut imperfecta incumbit, idque eo fine, vt vel idem ex intellectis animi noſtri ſenſis debitum aliquod commodum nanciſcatur, vel ne, vbi diuerſum fuerit ſignificatum, damno praeter meritum multetur. Ex quo & hoc obiter patet, non ſemper mendacium admitti, quando etiam data opera non dicitur, quod vel cum ipſa re, vel cum cogitatis noſtris ad amuſſim congruit: adeoque *veritatem* quaſi *logicam*, quae in congruentia verborum cum rebus conſiſtit, cum veritate morali non ſemper per omnia coincidere.

§. IIX. *Mendacium* contra eſt, vbi de induſtria ſermo aliam praeſe fert ſententiam animi noſtri, quam quae reuera eſt, quum tamen hanc ipſam

rem tractaſſe adſerit. Veracitatis autem diuerſa ſunt officia, prout ad diuerſas agendi normas ſpectatur. Hic innuuntur ea, quae quis iure perfecto a nobis poſtulare poteſt.

ipſam is, ad quem ſermo dirigitur, intelligendi ius haberet, nobisque obligatio incumberet efficiendi, vt ille noſtram ſententiam vtique intelligeret. (1)

§. IX. Ex dictis igitur conſtat, *mendacii notam* haud quidquam contrahere, qui fictis ſermonibus fabulisque vtuntur aduerſus pueros aut ſimiles ad eorum meliorem informationem, quatenus nudae veritatis non ſunt capaces. (1) Et qui alii fictum

§. IIX. (1) Eſſentia mendacii ſic conſiſtit in eo, quod iuri alterius aliquid detrahendi habeamus animum, ſuppreſſione veritatis, quam intelligendi ius habet; non vero in ratione damni, quod exinde promanat. Nam id quoque mendacium erit, quando citra alterius damnum veritatem reticeo, quam ſciendi ius habebat. Contra non ſemper mendacium eſt ſecundum ius naturae, quando falſo ſermone damnum alicui infertur, qui iure omni excidit intelligendi veritatem e. c. ſi quis latronem, vel hoſtem falſis narrationibus vel rumoribus in inſidias trahat. Qui ius perfectum non habet in noſtram veritatem, illi non fit iniuria, ſi falſa dicamus. De mendacio vid. tr. varia eruditione refertum *de la* MOTHE LE VAYER *T. II. opp. p.* 303. Huc pertinent cetera crimina, quae in ſermone committi poſſunt & quae ſub titulo *homicidii linguae* comprehenduntur, de quo conferri meretur diſſ. VOGLERI ſub praeſidio THOMASII *Halae* 1709 *hab.*

§. IX. (1) Recte ſic illam methodum reſtringit auctor:

fictum ſermonem bono fine adhibent, quem plano adſequi non licebit; puta, ſi innocens protegendus, iratus placandus, moeſtus demulcendus, meticuloſo animus addendus, faſtidioſus ad medicamenta capienda mouendus, pertinacia alicuius frangenda, aut malum propoſitum alterius interuertendum, aut ſi arcana reipublicae & conſilia, quae intereſt aliorum notitiae ſubtrahi, fictis rumoribus velut obuelanda, & aliorum importuna curioſitas ſit amolienda; aut ſi hoſti, quem aperta ratione laedere poteramus, fabulis in ſtratagematis vicem inludamus.

§. X. Contra ſi aliquis vtique tenebatur alteri ſenſa animi ſui liquido

ctor: nam imprudenter & inique agunt, qui in omnibus ita procedunt: pueri enim non tantum ius habent intelligendi veritates ſuae ſaluti conuenientes pro capacitate aetatis & ingenii ſui, ſed & obligamur regulis decori ad emendandum & inſtituendum intellectum puerorum in omni veritate, qui tamen iſtis fictionibus immane quantum corrumpitur praeiudiciisque repletur ad extremam aetatem duraturis. Imaginationis vis accreſcit, iudicium ſupprimitur, excitatur ſuperſtitio mensque adſueſcit inanibus ingenii luſibus omni ſoliditate deſtitutis. Egregie hoc oſtendit LOCKIVS *de l' education des enfans n.* 120. 138.

do ſignificare; culpam non effugit, ſi vel partem dumtaxat veri dicat, (1) aut ambiguo ſermone alteri inludat, (2) aut tacitam quamdam reſtrictionem a communi vſu abhorrentem in mente reſeruet. (3)

§. X. (1) Adde: ſi vel generaliter veritatem dicendam proferat tamquam in idea, vel in aliud obiectum transferat, adeoque de re ipſa ſileat, vel negatiue contraria veritatis remoueat, quibus nihil poſitiui adſeritur &c.

(2) Vid. diſſ. WILHELMI *de ambiguitatis limitibus Ienae* 1713 *ed.*

(3) De methodo illa dirigendae intentionis Ieſuitis plerumque attributa vid. *epiſt. prouinciales* LVDOVICI MONTALTII *epiſt.* 9. *p.* 226. ISAACI CASAVBONI *ad* FRONTINVM DVCAEVM *epiſt.* 9. *p.* 196. *ad p.* 203. *edit. Hag. Com.* 1638. 4. IARRIGIVM lib. quo *Ieſuitam in feralı pegmate* exhibet p. 200. RACHELIVM *ad Grot. lib. II. c. XIII. n.* 3. *La morale des Ieſuites T. I. L. I. P.* 2. *c. I. art.* 2. *p.* 275. *ſqq.*

CAPVT XI.

DE OFFICIO IVRANTIVM.

§. 1. Iuramenti *definitio* & *praeceptum generale.*

§. 2. Iuramentorum *finis* & vſus.

§. 3. *Forma*; iurandum eſt per DEVM.

§. 4. Iuramentum ad religionem iurantis attemperandum.

§. 5. Debet iurari animo deliberato.

§. 6.

§. 6. *Effectus* iuramentorum ratione sui.
§. 7. Intuitu iurantis.
§. 8. *Interpretatio* iuramentorum
§. 9. Ex deferentis mente facienda.
§. 10. *Diuisio* iuramentorum.

§. I.

a) Pufend. de I. N. & G. Lib. IV. cap. II.

PEr *iusiurandum* a) sermoni nostro, omnibusque actibus, circa quos sermo interuenit, insigne accedere firmamentum iudicatur. Est quippe illud *adsertio religiosa, qua diuinae misericordiae renunciamus, aut diuinam poenam in nos deposcimus, nisi verum dicamus.* (1) Dum autem omniscius & omnipotens

§. I. (1) Iusiurandum ad instituta humana pertinet, & illud quidem ob hominum fallendi voluntatem & malitiam exortumque exinde ab altera parte metum deceptionis & diffidentiam inuentum est. Sic in primordiis ecclesiae christianae ob candorem & simplicitatem vitae nullus iuramentorum vsus. vid. ARNOLD *Ketzer-Hist. L. III. c. V.* §. 19. Paullatim illa priuato vsu hominum primum introducta fuisse videntur, vt dictis suis maiorem facerent fidem, vsque dum publica auctoritate gentium & imperantium ob vsum publicum & ciuilem recepta fuerunt & confirmata. Nituntur ista persuasione, quod homines ad fallendum proni iura quidem omnia & officia erga alios ipsamque conscientiam circa negotium aliquod susque deque habere possint, adeo tamen peruersae mentis esse nequeant, vt vindictae diuinae se permittere poenamque iustissimi DEI, quam in se prouocant,

potens teſtis ſimul & vindex inuocatur; praeſumtio veritatis ideo excitatur, quod nemo temere tam impius credatur, vt ita petulanter grauiſſimam numinis indignationem in ſe depoſcere ſit auſurus. Inde officium iurantium hoc eſſe intelligitur, *vt & ad iurandum cum reuerentia accedant, & quod iuratum eſt, religioſe obſeruent.* (2)

§. II.

uocant, floccipendere poſſent. Tribus iuramenti partibus, 1) adfertioni, 2) inuocationi religioſae teſtimonii diuini, 3) prouocationi vindictae diuinae tamquam vindicis falſitatis, adduntur tres nobiliſſimi comites, 1) veritas, 2) iuſtitia, 3) iudicium, vid. IAEGER *obſerv. ad Grot. lib. II. c. XIII. obſ. I. p.* 352.

(2) Illa officia non ex iure naturae profluunt, ſed ex regulis honeſti: id, quod iuratum eſt, vrget alter perfecto iure, non quia iuratum eſt, ſed quia libere perfecteque ſibi promiſſum. Reuerentia vi religionis debetur: omiſſione eius aliis non infertur iniuria. Nec cogere quis poteſt alterum in ſtatu libertatis, vt datum promiſſum iureiurando firmet, niſi iam vſu & obſeruantia ius quaeſiuerit. Reges nonnumquam aegerrime tulerunt, quando praeter ſolum promiſſum ſignificantiora conſenſus ſigna fuere poſtulata. Quum Theſſalio a rege Perſarum dextrae ſaltem ſtipulationem vrgeret; rex, vt cui non ſatis fidei haberetur, ira commotus Theſſalionem ad ſupplicium rapi iuſſit teſte DIODORO *Siculo L.* 16. *c.* 43. Multo minus iusiurandum poterit inuito extorqueri, qui nulla legis naturalis obligatione eo tenetur.

§. II. *Finis* porro & *vſus iuramenti* in hoc maxime vertitur, vt homines ad enunciandum verum, aut ſeruandum promiſſum pactumue, eo firmius adſtringantur metu diuini numinis omniſcii & omnipotentis, (1) cuius vindictam, ſi ſcientes fallant, per iusiurandum in ſe inuocant, vbi alias metus ab hominibus imminens non ſatis efficax videbatur; quippe quorum vires contemnere

§. II. (1) Praeſumunt iuramenta 1) perſuaſionem de praeſentia & prouidentia DEI, 2) metum diuini numinis, 3) amorem futurae felicitatis, cui homo, ſi periurus fiat, renunciat, 4) perſuaſionem certam, DEVM ſtatim acceptare iſtam renunciationem & infinite laedi, quod aliquis reſpuat dona per immenſam gratiam oblata. Per atheiſmum ergo tollitur omnis iuramentorum vſus, qui diuerſos etiam habet gradus, prout metus ex numinis ſummi conſideratione exortus vel leuior eſt, vel grauior. Hinc atheo non poterit deferri iuramentum, ſiue religioſa inuocatio numinis permitti, cuius exiſtentiam non credit: non enim obligatio erga DEVM, quam eam ob cauſſam non excutit atheus, hic attendenda: haec quippe pertinet ad forum theologicum; ſed effectus in ſocietate humana externus & finis iuramentorum inter homines reſpiciendus. Quod notandum contra argumenta HOCHSTETTERI *coll. Pufend. p.* 316. quibus contrarium adſeuerare vult. Vid. *de iuramento athei* WILLENBERG *diſſ. Gedani* 1708. MENCKENI *diſſ. Lipſ.* 1713. & CHRISTELII copioſam *diſſ. Ienae* 1714 *hab.*

Digitized by Google

temnere aut declinare, vel scientiam fallere se posse sperabant.

§. III. Quia vero praeter numen nihil est omniscium, aut omnipotens; inde absurde iuramentum concipitur *per rem* aliquam, *quae opinione diuinitatis destituitur*, hoc sensu, vt ea res testis atque vltrix periurii inuocetur. (1) Etsi hoc frequens sit, vt in iuramentis *certa res nominetur*, *per quam iuretur*, hoc sensu, vt DEVS, si iurans fefellerit, vindictam suam in istam potissimum rem exserat, tamquam iuranti carissimam, & maximi aestimatam. (2)

§. IV.

§. III. (1) GROTIVS lib. II. cap. XIII. §. II. cum veteribus *moralistis* contrarium statuit exemplis Genes. XLII. 15. II. Reg. XII. 2. Matth. XXIII. 21. aliisque inductus: quibus tamen bene respondent OSIANDER *ad h. l.* & IAEGERVS *obs.* 2. *p.* 354. Varias eiusmodi formulas collectas vid. in PRIDEAVX *marmoribus Oxonienſibus p.* 11. *ſqq.* MARVILLE *melanges d' hiſt. & de litter. tom. II. p.* 167. ALEX. ab ALEXANDRO *genial. dier. lib. V. c. X.* NICOLAI *diatr. de iuramentis Ebraeorum, Graec. Rom. &c. Francof.* 1708. 12. Formulae & caerimoniae iurisiurandi, apud gentes tam diuersae, non praescribuntur a iure naturae, sed pro arbitrio institui possunt: pietati conueniant & religioni.

(2) Si in ciuitate nonnumquam iurantibus certa res

Digitized by Google

§. IV. In iuramentis *formula* illa, qua DEVS, dum teſtis & vindex inuocatur, deſcribitur, *accommodanda eſt ad perſuaſionem*, ſeu religionem, quam circa DEVM fouet, *qui iurat.*

nominaretur, quae eorum paſſionibus maxime conueniens foret, & ratione ſtatus & conditionis vitae cariſſima, vt DEVS, ſi iurans fefellerit, vindictam ſuam in iſtam potiſſimum rem exſerat, e. g. in auari theſauros, praedia, in ambitioſi famam, gloriam, dignitatem; ſaepius maior efficacia iurisiurandi foret, quam ſi de ſalute aeterna iuretur. Cauſſam quisque nouit, qui hominum animos & genium habet cognitos. Rudis admodum modus, genio rudiſſimi populi accommodatus, ea ratione adhibetur apud Oſtiacos: *Es wird zuvor der Schwerende zum Götzen geführet und für den Meyneyd ernſtlich gewarnet: anbey ſtellen ſie ihm einige Exempel des geſtraften Meyneydes vor: hernach wird ihm ein Meſſer gegeben, womit er dem Götzen die Naſe abſchneidet, ingleichen ein Beyl, mit welchem er in denſelben hauet, wobey ſie folgender Expreſſionen ſich bedienen: Wofern ich unrecht in dieſer Streitſache ſchwere und nicht die reine Wahrheit bekenne; ſo will ich auf gleiche Weiſe meine Naſe verlieren oder mit dieſem Beyl geſtümmelt werden: ja daß der Bär im Walde mich zerreiſſe und das Unglück mich aller Orten verfolge. Neuverändert Rußland p.* 205. Sanioribus ſaniora poſſent exhiberi. Requiritur autem, vt, ſi certa eiusmodi res nominetur, vel expreſſis verbis vindicta diuina in eam prouocetur, vel ipſa natura negotii, quod tractatur, vel conſuetudo paciſcentium vel ciuitatum id innuat: alias ſola rei nominatio

iurat. Fruſtra quippe iurando quis adigitur per DEVM, quem non credit, adeoque nec metuit. At ne-

minatio non ſufficit ad conſtituendum verum iuramentum. Inde Pufendorfius de I. N. & G. lib. IV. c. II. §. 3. multique alii formulas omnes, quibus per res cariſſimas aliquid verum eſſe ſignificatur, male hunc in modum explicarunt, ac ſi is, qui veritatem confirmare vult, diris eam rem deuoueat, quam in adſerto ſuo nominauit, e. g. Quando per caput, per oculos, per vitam noſtram, per thronum, maieſtatem, vitam, ſalutem principum, per liberos &c. iuratur. Nam neque per naturam iſtarum formularum id exinde colligi poteſt, neque iurantium intentio eo collineat, ſed ſenſus naturaliter is eſt: quam vere iſtam rem habeo cariſſimam; tam verum eſt, quod dico: vel quanto amore iſtam rem proſequor; tanta veritate hoc vel illud adſero. Ad iuramenta per principum, liberorum, coniugum aliorumque hominum ſalutem quod attinet, ea ſane natura ſua non tantum vana forent, ſi vulgarem ſequamur eorum interpretationem, ſed etiam iniuſtiſſima. Alter enim nullum ius habet aliorum ſalutem ſine eorum conſenſu DEO, vt loquitur AVGVSTINVS, *obligare*. Quomodo enim quis iuſte rem poterit oppignorare alteri, (ſi iſtam metaphoram continuare velis,) quae aliena eſt? Multo minus iuſtum erit, mala extrema in innocentem prouocare, qui nullo nexu cum adſerto vel negotio noſtro coniunctus eſt. Quum itaque haec iuramenta, ſi vulgari ſenſu ſumantur, in ſe iniuſta ſint; vaniſſima etiam erunt ratione effectus, niſi impie autumare velis, DEVM ſtatim adſurrecturum eſſe iniquiſſimis deſideriis hominum fraudulentorum, vel ſubſcripturum actioni

mo per DEVM iurare se putat alia sub formula, aut alio sub nomine, quam quod suae, i. e. ex opinione iurantis, verae religionis praeceptis continetur. Inde quoque est, quod, qui *per falsos deos* iurat, quos ipse tamen pro veris habet, vtique obligetur, &, si fefellerit, reuera periurium admittat. (1) Quia sub quocumq;

ctioni iniustissimae, eamdemue exsecutione accurata confirmaturum. Amor & adulatio produxerunt tales adseuerandi formulas; & auctoritatis principum intererat, phrases a sanctitate & inconlumitate sua petitas & in confirmandis adsertis adhibitas publice tueri, & sanctissimi instar iuramenti contra mendaces vindicare, ne vilesceret maiestatis suae opinio. Quidquid itaque sanctitatis vel imprecationis hisce formulis interpretatione facta inferri solet, non ex rationis solius foro, nec natura verborum, sed ciuitatum, gentium, regionum consuetudine & moribus desumtum esse videtur. Quare IAEGERVS *ad Grot. p.* 356. Ioſephi obtestationem per vitam Pharaonis recte hoc sensu explicat: Quam vere Pharao viuit; tam verum est, quod dico; vel si mauis: Quam vere vita Pharaonis mihi carissima est; tam vere hoc adsero. Conf. VITRIAR. *instit. I. N. & G. lib. II. c. XIII. quaest.* 10. IANI *diss. de iuramento per genium principis. Witteb.* 1708. WILLENBERG *de dubiis iuramentorum formulis. Gedani.* 1702.

§. IV. (1) Obligatur enim 1) persuasione diuinitatis, quam inuocat; non idea rei, cui diuinitatem attribuit. 2) Error ille minime liberare potest

cumq; ſpeciali conceptu generalem numinis notionem ante oculos habuit; adeoque, dum ſciens peierauit, diuinae maieſtatis reuerentiam, quantum in ſe, violauit.

§. V. Ad iuramenti obligationem requiritur, vt *animo deliberato* (1) id ſuſceptum ſit. Vnde iuramento haut quidquam obſtrictus erit, qui ſimpliciter iuramentum *recitando* protulerit, aut eiusdem verba concepta in prima perſona alteri praeiuerit. Aſt qui ſpeciem ſerio iuraturi prae ſe tulit, is vtique obligabitur, quidquid demum in animo ſuo, dum iurat, agitauerit. Nam alias omnis vſus iuramentorum, immo omnis ratio interuenientibus ſignis ſeſe obligandi ex humana vita

 tol-

teſt ab obligatione ob principia ſupra demonſtrata. Vid. HVNOLDI *diſſ. an iuramenta per falſos deos ſint vera iuramenta. Lipſ.* 1687. SCHWERDTNER *de iuramento per falſos deos. Lipſ.* 1685.

§. V. (1) i. e. vt vſu mentis ſanae gaudeat, & ad intentionem iurandi habendam ſaltem obligatus ſit, quocumque etiam modo eam impedire ſatagat. Quicumque conſentire nequit, is quoque non poteſt fortius conſenſus ſignum manifeſtare i. e. iureiurando vti: dum paciſci nequit, quomodo poterit pactum in ſe inualidum firmare?

tolleretur, ſi quis tacita ſua intentione poſſet impedire, ne effectus ille actum aliquem ſequatur, cui producendo idem eſt inſtitutus.

§. VI. Iuramenta in ſe non producunt nouam & peculiarem obligationem; (1) ſed obligationi in ſe validae

§. VI. (1) Vbi nulla obligatio anteceſſit iuſta & valida; ibi iuramenta nullam confirmare poſſunt: ſunt enim orationes mere confirmatoriae, quibus DEO nihil promittitur, ſed ad eius teſtimonium & vindictam prouocatur in negotio vel adſerto noſtro: iuramenta alias forent vincula iniquitatis. Vbi etiam notamus, improprie vulgo dici, iuramentum ſeruari; quum promiſſum dumtaxat ſeruetur, cui iusiurandum fuit additum, nec iuramento aliquid promittatur. Vid. IAC. FRID. LVDOVICI *diſſ. an omne iuramentum ſeruandum ſit, quod ſalua ſalute aeterna ſeruari poſſit? Halae* 1705 *hab.* Contrariam ſententiam, quae clero Romano ad eludenda fora ciuilia vtilitatemque ſuam promouendam mirifice placuit, recoquere ſatagit ROESLERVS *diſſ. de iureiurando de re illicita. Tubing.* 1712, *§. III. & IV.* ſequentibus innixus argumentis: 1) duplex circa negotium iuramento firmatum occurrit lex: fidem ſeruandam, & DEVM verendum: ergo etiam duplex adeſt obligatio. Reſp. ita eſt: homo enim tenetur promiſſis ſtare, & nomine DEI recte vti: ſed inde non ſequitur, promiſſum inualidum per iſtam obligationem reddi validum: potius hoc exinde colligi poteſt; hominem friuola vindictae diuinae prouocatione peccare, quod iusiurandum vanum reddiderit & rei inani adhibuerit; & denuo

validae velut *acceſſorium quoddam vinculum* ſuperueniunt. Semper enim, dum iuramus, ſupponimus

 ali-

nuo peccaturum eſſe, ſi pactum e. c. illicitum, ob abuſum nominis diuini, ſeruare vellet. 2) Simplices deſtinationes & actiones fiunt obligatoriae, ſi iuramentum acceſſerit: ergo noua inducitur obligatio. Reſp. obligatoriae redduntur non per iuramentum, ſed per promiſſionem perfectam vel pactum praeuium, quod rebus indifferentibus adiicitur & iureiurando demum confirmatur. 3) ipſe PVFENDORFIVS iuramentum appellat vinculum acceſſorium; ergo obligat. Reſp. eſt vinculum confirmatorium ad maiorem fiduciam alteri inſpirandam pacto ſuperadditum: immo vinculum obligatorium iuramento ineſt ratione iurantis, qui obligatur interne ad reuerentiam in iuramento DEO exhibendam: ſed obligatio ea ſe non extendit ad pacti nullitatem immutandam, quam tollendi non inuoluit facultatem: eſt enim extra pacti negotium, ad quod accedit confirmandi cauſſa, tamquam fortius conſenſus noſtri ſignum. 4) Ipſi ICti actus quosdam inualidos accedente iuramento inualeſcere adſerunt, e. g. fideiuſſiones mulierum, contractus minorum, donationem inter patrem & filium. Reſp. Lex ciuilis, non naturae ita voluit: ſtetit pro ratione imperantis voluntas. PANCIROLLVS id confirmat *de clar. legum interpr. L. II. cap. XIV. p.* 126. vbi narrat: FRIDERICI AENOBARBI tempore MARTINVM profeſſorem iuris contra BVLGARVM aemulum ſuũ contendiſſe, inanes contractus addito iuramento iure confirmari, & quum de eo vterque apud Caeſarem diſputaſſet; illum MARTINI ſententiam lege data recepiſſe. De cetero facem huic ſententiae praeferunt GROTIVS *lib. II. c. XIII.*

aliquid, quo non praeſtito diuinam poenam in nos prouocamus. Quod ineptum eſſet, niſi illicitum foret non praeſtare id, quod ſupponitur; adeoque niſi iam antea obligaremur. Ex quo ſequitur, quod actus, quibus in ſe vitium adhaeret obligationem impediens, per iuramentum accedens obligatorii non fiant. Sicuti nec per ſubſequens iuramentum antegreſſa obligatio valida eliditur, aut ius per eamdem quaeſitum alteri tollitur. Inde fruſtra quis iurauerit, ſeſe alteri debitum non ſoluturum. Nec obligabit iuramentum, vbi conſtat, eum, qui iurauit, factum aliquod ſuppoſuiſſe, quod reuera ita ſe non habebat, ac, niſi id credidiſſet, non fuiſſe iuraturum; inprimis vbi per dolum eius, cui iuratur, in errorem fuerit adductus. Nec, qui iniuſto metu me ad iurandum adigit, ex eo iuramento ius ſibi acquirit ad aliquid a me recte poſtulandum. Nullas quoque habebit

XIII. §. 14. & ZIEGL. ad h. l. ZENTGRAV. *de orig. iur. gent. art. IV.* §. 26. *p.* 209. RACHEL. *ad Cicer. offic. L. III. c.* 29. *p.* 547. PLACETTE *du ſerment lib. II. c.* 2.

Digitized by Google

bit vires iusiurandum, ſuper praeſtanda re quapiam illicita; imo & ſuper omittendo aliquo bono, quod legibus diuinis aut humanis praecipitur. Denique iuramentum non immutat naturam & ſubſtantiam promiſſi pactiue, cui accedit. Inde fruſtra iurantur impoſſibilia. Et promiſſio conditionata per iuramentum non mutatur in abſolutam, ſeu puram. Et aeque in iurato promiſſo requiritur acceptatio.

§. VII. Hoc autem efficiunt iuramenta propter interpoſitam DEI inuocationem: quem neque aſtu quis deceperit, & cui nemo impune illuſerit, vt non ſolum *atrocior poena* (1) cenſeatur manere eum, qui iuratam, quam qui iniuratam fidem fefellit; ſed & vt a negotiis, qui-

§. VII. (1) Periurium proprie & directe in DEVM peccat friuola prouocatione & abuſu ſanctiſſimi nominis, cuius iuſtiſſimo iudicio ſeuera tanti ſceleris poena relinquitur. Grauiſſime tamen etiam puniri ſolet in ciuitate, ob habitum iuramentorum ad ſtatum ciuilem & vſum in foro humano, qui impunitate mali exempli immane quantum debilitaretur. Proprie autem periurus non peccat in alterum, quod iusiurandum neglexerit; ſed quod pactum, cui ſignificantioris conſenſus cauſſa id adiecit, non ſeruauerit.

bus adiiciuntur, omnis dolus & *cauillatio* ſit excludenda. (2)

§. IIX. Non tamen ſemper late, *ſed & ſtricte quandoque* iuramenta ſunt interpretanda, (1) ſi quidem ſubiecta materia id requirere videatur; puta ſi iuratum ſit in odium alterius, & non tam promiſſioni, quam minis, iuramentum ſit adiectum.

(2) Iuramenta hoc non efficiunt, vt dolus abeſſe debeat a negotiis, quibus adiiciuntur, quemadmodum auctor putat; ſed hoc ex natura pacti iam promanat. Iuramentum autem dolo extortum nullum eſt; quum promiſſum, cui adiicitur, propter dolum nullum ſit, cuius eſſentia iuramento mutari nequit, & in eiusmodi caſu iudicium iurantis plane exſulet: ceſſante autem obligatione promiſſi vel pacti, ceſſat etiam iurisiurandi confirmatio. Vid. KLAVSINGII *diſſ. de iuramentis dolo vel errore elicitis. Witteb.* 1710. PLACETTE *tr. du ſerment L. I. c.* 13. *p.* 107. *ſq.*

§. IIX. (1) Stricta haec interpretatio deceptioni & illuſioni proxime accedit, adeoque in iure naturae locum inuenire nequit. Caſus, qui ab auctore noſtro *de I. N. & G. lib. IV. cap. II.* §. 13. GROTIO *lib. II. c. XIII.* §. 5. *de la* MOTHE le VAYER *opp. tom. II. p.* 310. *ſqq.* huc adferuntur, vel periurii manifeſta ſunt exempla, vel iuramenta de re illicita exhibent, vbi non tam interpretatio, quam totius negotii omiſſio ſub ingenioſae interpretationis praetextu locum inuenit. Inſuper notandum, proprie iuramentum interpretationi non ſubiici, ſed verba promiſſi, cui iusiurandum eſt adiectum.

Digitized by Google

ctum. Quin nec iuramentum excludit tacitas conditiones & limitationes, quae ex ipſa rei natura rite fluunt. Puta, ſi alicui, quidquid velit, petenti optionem iurato conceſſi: vbi iſte iniqua aut abſurda petierit; haut quidquam tenebor. Qui enim aliquid indefinite alteri roganti promittit, antequam nouerit, quid iſte ſit petiturus, praeſupponit, alterum petiturum honeſta, moraliter poſſibilia, non abſurda, non ſibi aut aliis pernicioſa.

§. IX. Id quoque notandum *in iuramentis ſenſum totius orationis valere, prout capere ſe illum profitetur is, qui iuramentum defert*, ſeu cui iuratur. Huius enim praecipue, non iurantis cauſſa, iuramentum praeſtatur. Vnde eiusdem quoque eſt concipere verba iuramenti, & quidem, quantum fieri poteſt, planiſſime, ſic vt ipſe ſignificet, (1) quo-

§. IX. (1) Si aliquis iuret bona fide in verba obſcura alicuius, qui iuramentum defert, ſed mentem ſuam non ſufficienter declarauit; & accidat, vt iurans plane alia intelligat & peragat quoque, quam mens deferentis intendit; nullum hic periurium committetur. Omnis enim culpa reſidet in

quomodo illa intelligat, & iurans annuat, ſe iſtius ſenſum probe percipere; eaque mox ab hoc liquido ſunt exprimenda, ſic, vt nulla ratione eadem cauillari & eludere queat.

§. X. *Diuiſio* iuramentorum commode deſumitur *ab vſu*, (1) cui illa in vita communi adhibentur. Quaedam enim promiſſis pactisque adduntur, vt eo maiore cum religione obſeruentur: quaedam autem adhibentur ad confirmandam alicuius adſertionem circa factum illiquidum, & vbi veritas aliis rationibus

in deferente, quod obſcurius mentem ſuam indicauerit. Immo vero iurans peccabit in principia honeſti & internam violabit obligationem, ſi quidem fecerit id, quod deferens reuera intendit, ipſe vero eum non intendiſſe arbitratur: hac enim ratione periurus erit in foro conſcientiae. Cuius criminis is quoque reus dicendus, qui mentem alterius malitioſe non admittit, verbisque alienam notionem ſubiicit, quam eum non ſubintelligere nouit, qui iuramentum exigendi ius habet. Exemplum deprehendes in MEVRSIO *hiſt. Daniae lib. IV. p.* 75, Vid. RACHEL *ad offic. Cic. l. c. p.* 546.

§. X. (1) Siue a fine; qui tamen non ingreditur eſſentiam iuramenti: nec vlla exinde oritur iuramentorum eſſentialis differentia; quae ſemper manent eadem, quibuscumque rebus etiam adiiciantur.

Digitized by Google

bus commodius inueſtigari nequit. Quale exigitur a teſtibus, ſiue qui alieni facti conſcii habentur. Quandoque etiam ipſi, qui inter ſe diſceptant, deferente iudice, aut altera parte, ſuo iuramento litem ſoluunt.

CAPVT XII
DE
OFFICIO CIRCA ADQVIRENDVM RERVM DOMINIVM.

1. Fundamenta iuris hominum in res.
2. Communionem primaeuam ſecuta fuit rerum diuiſio.
3. Indeque introducta dominia tam priuata, quam communia.
4. Quaedam res intra primaeuam communionem perſtitere.
5. Modi acquirendi *originarii*.
6. Quo ſpectat occupatio.
7. Cum acceſſionibus,
8. Nec non ſeruitutibus.
9. Modi acquirendi *derivatiui*;
10. Iique vel *taciti*, in ſucceſſionibus ab inteſtato;
11. Quarum ordines.
12. Item in vſucapione.
13. Vel *expreſſi*, & quidem tum voluntarii, vt ſucceſſiones teſtamentariae.
14. Aliique.
15. Tum inuoluntarii ex poenis & bello.

§. I.

§. I.

QUum ea ſit conditio corporis humani, vt adſumtis extrinſecus rebus indigeat, queis nutriatur, & contra ea, quae ipſius compagem deſtructum eunt, muniatur; per complures quoque res iſthaec vita commodior & mollior reddi poſſit; a) inde tuto colligitur, volente vtique ſummo vniuerſi moderatore (1) fieri, quod homo alias creaturas ad vſus ſuos adhibeat, quin quod etiam multas earumdem deſtruat. Neque id ſolum obtinet circa vegetabilia, & quae citra ſenſum corrumpuntur; ſed & circa innoxia animalia: (2) quae vtut cum dolore moriantur; citra peccatum tamen ab homine cibi cauſſa occiduntur & conſumuntur.

a) Puf. de I. N. & G. L. IV c. III.

§. II.

§. I. (1) Indidit DEVS homini deſiderium felicitatis, quod eo tendit, vt animo atque corpori bene ſit. Quod fieri nequit ſine vſu creaturarum, quae ſunt inſtrumenta comparandae illius felicitatis: DEVS ergo, qui vult finem, voluit etiam media: per conſequens permiſit facultatem ſiue ius vtendi creaturis.

(2) Conf. quae ad §. XIII. dicta ſunt. Vſus animalium contra eos, qui bruta animantia ratione pollere

§. II. Ceterum ab initio omnes iſtae res intelliguntur a DEO *velut in medio hominibus expoſitae*, ita vt non

pollere adſerunt, ex ſtatu belli demonſtrari poteſt; qui tamen in ſe nullo nititur fundamento; & habitus hominis ad beſtias ſimulacrum tantum & analogon ſtatus belli appellandus eſt. Ius occidendi animantia & in vſus noſtros conuertendi ex praecedenti adnotatione patet: non enim hic *praeceptiue*, ſed *permiſſiue* concurrit ius naturae. Officia ergo, quae nonnulli erga animantia bruta ſibi fingunt, nullo nituntur legis praecepto peculiari; ſed cuncta ad temperantiam referenda ſunt & ad officia, quibus cupiditates & adfectus noſtros circa bona fortunae reprimimus: eadem enim ratione officia erga arbores, cibum & potum, diuitias, dignitates fingere poſſes. Ex quibus colligere licet, quod non iniuſtum ſit animantia caſtrare, tractare igne chymico, anatomico diſſecare cultro, nimirum vt vel integra, vel ſanguis, pinguedo, cerebrum, partesque exemtae aliae certum emolumentum, praeſertim autem medicinam aegris praeſtent; vel etiam, vt medicorum ac chirurgorum experientia in ſalutem generis humani in dies magis augeatur atque magis. Nec conqueri licet de iniuria beſtiis facta: iure enim nullo fruuntur, cui aliquid detrahi poſſit: Deus potius eas deſtinauit in vſus humanos & ſub conditione, vt ſubiectae ſint humano dominio vſuique, vitam iis conceſſit. Vid. KING *de origine mali c.* 4. *ſect.* 5. §. 5. Habita eſt *Lipſiae* 1663. *a Prof.* SVENDENDOERFERO *diſſ. de anatomiae licentia*, in qua quidquid huc ſpectare poterat, neruoſe ac ſolide conſignatum obſeruare licet. Vid. HARDT *diſſ. de officio hominis circa res humana ſorte non comprehenſas.* 1698. *Lipſ.*

ron mieux ai-bien, quand ai-aller
vilo pour aller : ai-temps, ai-le
mal à-tête, ou disposerent homme, à
pour combat : ai-pour, ai-
pays pris ai-malgré-lui nous-
ai-pour, ai-pour, ai-
vaincre : ai-pour, ai-
une terre pays nous-mal-
les-Indiens, ai-pour, ai-
pour conquer terre, ai-ai avec
ai-pour, ai-pour, ai-pour, ai-
homme ai-ancestres, ai-ancêtres

A. D. Jonghe, Dictionnaire de la langue des sauvages HURONS, IROCOIS, OUENDAT, ALGONQUINS, ALGONKINS, &c. M. VIVOT, ed., *Journal de la Société des américanistes de Paris*, vol. 6, no. 1 (1909), p. 101. Jonghe's entry for *ai* reads: "*ai*, verbe auxiliaire, pour exprimer le passé. Ex. *ai-bien*, j'ai bien. *ai-aller*, j'ai allé. *ai-temps*, j'ai eu le temps. *ai-le mal à-tête*, j'ai eu mal à la tête. *ai-pour*, j'ai pour. *ai-malgré-lui*, j'ai malgré lui. *ai-vaincre*, j'ai vaincu. *ai-mal*, j'ai eu mal. *ai-les-Indiens*, j'ai les Indiens. *ai-pour*, j'ai pour. *ai-pour*, j'ai pour. *ai-pour*, j'ai pour. *ai-pour*, j'ai pour. *ai-homme*, j'ai homme. *ai-ancestres*, j'ai ancêtres. *ai-ancêtres*, j'ai ancêtres."

ad vſus ſuos adplicaret; (2) ipſa tamen *corpora*, ex quibus illae res prouenirent, in medio ad neminem peculiariter ſpectantia manerent. Sed poſtea

(2) Dominium commune, ſiue ius omnium in omnia, quae DEVS hominum vſibus deſtinauit, non poteſt non dominium ſingulare & proprietatis ius poſt ſe trahere, niſi iſtud in vanum datum eſſe velimus. Nam innuente auctore homo non poterat dominium commune in ſuam conſeruationem exercere, niſi illa, quibus ſupersedere non licebat, ita occuparet, vt ceteros homines omnes ab eius poſſeſſione & vſu iuſte excluderet & detineret e. c. a portione cibi & potus, quo veſcendum erat, a veſtitu, ab armis in ſui defenſionem gerendis. Dominium ergo commune & indeterminatum coniunctum erat cum iure occupandi res ad vitam neceſſarias & excludendi ceteros in perpetuum ab earum poſſeſſione & vſu, vtpote quae in medio relinqui non poterant: ſiue coniunctum erat cum iure, quo res alicui erat propria. Nec illud ius fuit in omnibus momentaneum; potius tempore diuturno continuabatur, prout indoles obiecti id poſtulabat e. c. in veſtitu proprio, in armis propriis. In ſumma vero vitae humanae ſimplicitate & uberrima rerum neceſſariarum abundantia tot tantaeque res in medio relinquebantur, vt a paucioribus tantum opus eſſet alios excludere, eaque ſibi propria reddere. Sed excreſcente genere humano id proprietatis ius latius ſerpebat: augebatur neceſſitas rerum ad vitam ſuſtentandam ſpectantium, adeoque extendebatur etiam ad res plures, quas antea non opus erat ita ſibi vindicare, vt ceteri ab iis penitus arcerentur. Nulla opus hic erat conuentione vel aliorum

poſtea multiplicatis hominibus, & quum cultura coepiſſet adhiberi rebus, ex quibus homini alimenta & tegumenta proueniunt, ad euitandas rixas, & introducendo bono ordini *ipſa* quoque *corpora rerum inter homines diuiſa*, & cuilibet ſua portio propria adſignata, hac addita conuentione, (3) vt, *quae in prima rerum diui-*

conſenſu: vtebatur quiuis iure a DEO ſibi conceſſo. Vnde ſatis elucet, dominium cum ipſo genere humano coepiſſe, & ex dominio communi, ſiue iure omnium in omnia, originem duxiſſe: initio in paucis rebus exercitum; procedente hominum multiplicatione amplius dilatatum. Vid. LOCK *ſur le gouuernement ciuil. L. 2. c. 4.*

(3) Ad pactum & conuentionem hic confugere non opus eſt: 1) non enim iuris naturae placita ex pacto, ſed pactum ex iure naturae deducendum, pactique generis humani praetextus in iure nat. demonſtrando aſylum ignorantiae eſſe ſolet: 2) pactum tacitum locum hic inuenire nequit: ſilentium enim aliorum hominum nihil hic confirmare poterat, vtpote qui non habebant ius contradicendi, quando alter rem nullius occupabat. Vera cauſſa proprietatis eſt eius cum vitae conſeruatione neceſſarius nexus, vel iuſta occupatio, dominio nempe communi innixa, cuius exercitium homini conceſſum iam inuoluit ius excludendi alios penitus a vindicatione rei, qua carere non poterat. Vid. CORN. VAN BYNCKERSHOECK *diſſ. de dominio maris c. 1. p. 8.* TITIVS *diſſ. de dominio in rebus occupatis vltra poſſeſſionem durante §. 23.* HEVMANN. *de origine dominii §. VI.*

diuisione in medio forent relicta, deinceps eius possent fieri, qui primus eadem sibi adseruisset. Sic igitur volente numine, praeuio consensu hominum pactoque saltem tacito *proprietas rerum siue dominium* fuit introductum.

§. III. Est autem *dominium* (1) *ius, quo alicuius rei velut substantia ita ad aliquem pertinet, vt eodem modo in solidum non pertineat ad alium.* Ex quo consequitur, vt de rebus, quae tamquam propriae ad nos pertinent, pro arbitrio nostro disponere, & ab earumdem vsu quosuis alios arcere possimus; nisi quatenus per pacta singulare ius a nobis sibi quaesiuerint. Etsi in ciuitatibus contingere soleat, vt dominium non semper penes quosuis sit illibatum, sed certis limitibus circumscriptum per imperium ciuile, aut ex dispositio-

§. III. (1) Bene distinguas à dominio proprietatem, possessionem, imperium & vsumfructum: ista est qualitas rei, quae alterius dominio subesse intelligitur: illa est rei alicuius in sua potestate detentio siue iusta, siue iniusta: hoc est ius dirigendi actiones alicuius substantiae mente praeditae: vsusfructus vero est ius re vtendi & fructus eius percipiendi pro lubitu.

De effectu elasticorum, &c.

Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐπιστητὸν ἐστὶ τὸ ἐπιστητὸν ἐστὶ τὸ ἐπιστητὸν ἐστὶ

mento, quod ex magnete ferrum occupante parum quidem, sed tamen aliquid, ferri in magnetem fluit: ut ex citato magnete per figuram, quæ ingeritur, adnotum est. Quam particularem causam, De occupationem quoque aquarum per spongiam, item plantarum per terram, aut per lanam vel cineres, ut in Experimentis Naturalibus promisi, exemplis suis explicabimus. Sed nec hoc ad rem attinet. Quo modum ferri in magnetem fluxum, aut ejus fluxum impedimentum, ex Gilberto quoque observatum est, quidquid dubitari, aut interpretari possit, clare ab eo traditum. Pone, ô quis dixerunt, si ferrum in magnetem fluit, ferrum quoque in ferrum fluere? Quod tamen nil prorsus deducit. Nimirum, ubi ferrum ferro applicatum, ibi, ubi contactus ipsorum est, magnetis vis, ut in ferro, ita & in ferro aliquo aut ejusmodi corpore, ut

§. VII. Ceterum plurimae res, quae dominio ſubiectae ſunt, non in eodem ſemper ſtatu perſiſtunt; ſed variis *auctibus* ſuam *ſubſtantiam dilatant:* a) quibusdam extrinſeca *incrementa* accedunt: aliae *fructus* proferunt: multis per *formam* induſtria humana ſuperinductam pretium adcreſcit. Quae omnia vocabulo *acceſſionum* comprehendi poſſunt, & in duas claſſes diuiduntur. Quaedam enim citra factum hominis *ex ſola natura* (1) iſtarum rerum pro-

a) Puf. de I. N. & G. Lib. IV c. VII.

guendum eſſe locum & modum inuentionis: theſauri enim inuentio non tantum pertinet ad occupationem ratione inuentoris, ſed etiam ad acceſſionem ratione domini loci & fundi, in quo repertus eſt. Si illa duo momenta in vnum idemque ſubiectum coincidant, & aliquis in ſuo theſaurum inueniat ſiue caſu, ſiue data opera; recte totus theſaurus cedet inuentori. Si vero in loco alieno inueniatur caſu; inuentor iuri eius, qui dominus loci eſt, derogaret, niſi partem inuenti theſauri cederet: ſed ſi data opera theſaurum inueſtigauerit in alterius fundo ſine conſenſu domini; totus actus iniurioſus erit, & theſaurus integer cedet fundi domino: vbi tamen leges ciuiles longe aliter rem determinare poſſunt. Nonnulla, quae iuris naturalis ſunt circa hanc materiam, expoſuit PETRVS MVLLER *de iure inuenti theſauri Ienae* 1686. ZIEGL. *de iuribus maieſtatis lib. II. c. XX.*

§. VII. (1) Non tantum dantur acceſſiones natura-

les

De ijs, circa objectorum, ita
positorum, visionem factis ob-
servationibus in oculo, hoc
est, de quibus ad visionem
ita est requisitum, ut dictum
est.

De ijs, circa objectorum, ita positorum visionem factis observationibus in oculo, hoc est, de quibus ad visionem ita est requisitum, ut dictum est.

diuiduntur in *personales*, vbi vtilitas ex re aliena ipsi personae immediate obuenit; & *reales*, vbi ex re aliena, mediante re nostra, vtilitas capitur. Inter *illas* numerantur *vsusfructus*, *vsus*, *habitatio*, *operae seruorum*. *Reales* iterum diuiduntur in *seruitutes praediorum vrbanorum & rusticorum*. *Illae* sunt v. gr. *ser-*

is enim qui percipit, commodum ex re nostra, libertate vtitur & iure; non vero seruitutem sustinet, quae de eo praedicatur, qui alteri permittere debet, vt tale ius in suis rebus exerceat. Ex quouis pacto seruitus quaedam certo modo resultat; si quidem pacto renuntiamus parti libertatis: hic autem seruitutes speciali significatu adhibentur. Seruitutum origo ex humanitatis in alios vsu primum resultasse videtur: nam ad plurima seruitutum genera praeceptis decori iam obligamur, vt nempe nostrarum rerum vsu vel innoxio, vel etiam incommodo vicini commoda promoueamus. Sic permisit alter alteri vicino, vt tignum suo parieti nullum damnum exinde facienti immitteret: ex amicitia prospectum alterius vel stillicidium vel aquae haustum recepit: sed per obseruantiam a posteris minus coniunctis in iuris perfecti nomen humanitatis illa signa transierunt. Alias seruitutes luxus hominum & commoditas introduxit; si rusticas excipias, quas viciniae necessitas peperisse videtur. Multae earum non nisi ex ciuitatum instituto profluunt, & extra vrbium ciuitatumque cancellos vix deprehendi poterunt, e. c. seruitus luminum, ne luminibus officiatur, prospectus, de non altius tollendo, de tigno immittendo.

Digitized by Google

ducat, bona, quae quis tanto cum labore, dum viueret, quaesiuisset, a domini morte haberi pro derelictis, & cuiuis occupanti patere; (1) inde, suaden-

§. X. (1) Nullam video rationem, si a praeiudiciis consuetudinis & legum ciuilium abstineas, cur non a domini morte bona eius pro derelictis habenda sint: nam 1) mortuo domino cessat omne dominium, omnisque eius voluntas vim amittit suam. 2) Liberi atque cognati perfectum ius nullum probare poterunt, quo illa bona tamquam sua sibi arrogare possint: omnes enim rationes, quas vel ab intentione demortui, vel sanguinis communione, vel laboris sui ad bona adquirenda coniunctione &c. adferuntur, infinitis circumseptae sunt dubiis & difficultatibus; nec vllum iuris perfecti constituunt fundamentum. Res ergo a mortuo derelictae nullius sunt, & secundum ius exinde profluens erunt primi occupantis. Hanc quoque ob caussam in omnes gentes & ciuitates successionem ab intestato inualuisse, bonaque intestati in liberos & cognatos transiisse arbitror; quod ii plerumque primi fuerint occupantes, & quae humanitatis iure petere poterant, occupatione illa sibi perfecte vindicarint. GROTIVS *lib. II. cap. VII. §. X. n. 2.* KVLPIS. *coll. Grot. p.* 64. BOECLERVS & multi alii, qui Grotium sequuntur, successionem ab intestato vocant *tacitum testamentum ex voluntatis coniectura secundum regulas aequitatis honestatisque elicita, ac iure naturae confirmata.* Sed 1) testamentum tacitum rhetorica, vel (si dicendum, quod res est,) absurda est locutio, quod notiones ipsae ostendunt: 2) nititur voluntatis coniectura siue consensu praesumto, cuius nullus in iure naturae effectus est. 3) Testamentum iure naturae non datur. 4) Si regulis aequitatis honesta-

ſuadente ratione, (2) apud omnes populos receptum, vt, ſi quis de ſuis bonis ipſe nihil diſpoſuiſſet, eius bona deuoluantur ad eos, quos pro communi hominum adfectu cariſſimos habere iudicatur. Quales ſunt regulariter, qui ex nobis deſcendunt, & iuxta hos alii ſanguine nobis iuncti, pro gradu quisque propinquitatis. Et licet aliqui homines dentur, qui vel propter accepta beneficia, vel ob peculiarem adfectum alienos quosdam magis ament, quam ſuos conſanguineos: tamen pacis interfuit, non conſiderato paucorum quorumdam adfectu, communem potius mortalium inclinationem ſequi, modumque ſuccedendi obſeruare planiſſimum, & nullis impe-

neſtatisque elicita eſt; ſequitur eam non eſſe perfecti iuris. 5) Quod iure naturae confirmetur, numquam poterit probari. Dicis: pax externa turbabitur, & propinqui non cedent bona derelicta occupanti ſine bello. Sed haec partim obiiciuntur ex praeiudicio conſuetudinis ciuitatum & ſtatus ſucceſſionis inueteratae, vt nunc eſt: partim lites exinde prouenient non per naturam iſtius occupationis, ſed per accidens oriri poſſent, vti in omnibus negotiis.

(2) Per regulas prudentiae & decori, non per ius naturae.

impeditis disceptationibus obnoxium. Quae emersurae erant, si benefactores & amici cum iis, qui sanguinis iure nituntur, possent concurrere. Et si quis omnino benefactores aut amicos cognatis volebat praeferre; debebat expresse super ea re disposuisse.

§. XI. Ex his consequitur, proximos cuique heredes esse suos *liberos*, quos & natura parentibus alendos educandosque sollicite commendauit, & quibus quisque parentum censetur quam lautissime voluisse prospicere, ac, quae sibi supersunt, ipsis potissimum relinquere. Per liberos autem intelliguntur praecipue, qui ex legitimo matrimonio (1) nati sunt. His enim & ipsa ratio, & decor vitae ciuilis, & leges populorum cultiorum prae naturalibus fauent. Ista tamen ita demum obti-

(1) Legitimum matrimonium ad leges iusti naturales determinandum: quum enim matrimonium inire liceat cum consanguineis, pluribus feminis & ad certum modo tempus; idea legitimi matrimonii latius hic se extendere intelligitur, quam in statu ciuili, & quidem in republica christiana, vbi matrimonium arctioribus limitibus circumscriptum est.

Digitized by Google

obtinent, niſi pater aliquem pro ſuo filio ob ſufficientes rationes noluerit agnoſcere, aut niſi ob atrociſſimam malitiam eumdem abdicauerit. (2) Sub liberis etiam comprehenduntur ii, qui ſunt vlteriorum graduum, quos vti alere, ipſorum parentibus defunctis, auus tenetur: ita, vt & ipſi cum patruis

(2) Poſita hereditatis liberorum generali hypotheſi, conuenientiſſimam puto eſſe iuſtitiae naturali ſucceſſionem arbitrariam, qua pater bona libere poteſt diſtribuere liberis ſuis, eumque ceteris praeferre, quem cariſſimum habet. Eſt enim libertimus bonorum ſuorum dominus, neque poſita hereditate vlla neceſſitas requirit, vt liberi aequaliter ſuccedant, quod conſuetudine magis inualuit, quam ratione. Vſitata etiam fuit apud varias gentes. LAMBERTVS *Schaffnaburgenſis* ad a. 1071: *In comitatu Balduini*, inquit, *eumque familia id multis iam ſaeculis ſeruabatur, quaſi ſancitum lege perpetua, vt vnus filiorum, qui patri potiſſimum placuiſſet, nomen patris acciperet, & totius Flandriae principatum ſolus hereditaria ſucceſſione obtineret: ceteri vero fratres aut huic ſubditi dictoque obtemperantes ingloriam vitam ducerent, aut peregre profecti magis propriis rebus geſtis florere contenderent.* Conſtat etiam, PETRI I. iuſſu eam ſuccedendi rationem in vaſtiſſimo Ruſſiae imperio ſancitam eſſe, & argumenta operoſe pro ea defendenda congeſſit auctor *des Rechts der Monarchen in willkührlicher Beſtellung der Reichs-Folge.*

truis & auunculis ad hereditatem aui concurrant, aequiſſimum eſt; ne ſuper calamitatem mature defuncti patris, etiam aui hereditate excludantur. Vbi deſcendentes deſunt; par eſt ad *parentes* defunctorum liberorum bona deuolui. Quibus liberi & parentes non ſunt ſuperſtites, iis *fratres* ſuccedent. Vbi & hi deficiunt; heres erit, prout quisque defunctum ſanguine propius contingit. (1) Etſi ad lites euitandas, quae heic exoriri poſſunt frequentiſſime, ſimulque, vt ea res ad vſum

§. XI. (1) Omnia, quae hic adferuntur, non ſunt ſtricti iuris naturalis, quod de perfecto iure eiusmodi ſucceſſionis nullam rationem, nullum praeceptum, nullam conceſſionem nouit. Ordo, quem hic auctor texit, immutari poterit ſine laeſione iuris naturalis: primogenito e. c. ceteri ſine vlla iniuria praeferri poterunt. Celeber. BVDDEVS quidem *diſſ. de compar. oblig. in ſel. I. N. & G. p.* 709. disputat contra SCHARROCKIVM, quod adfirmauerit, nullam eſſe rationem, nullam argumenti vim, qua probari poſſit, maiores natu liberos ceteris praeferri debere; ſed non tantummodo ipſe vir celeberrimus adgnoſcit, rationem non tam cogere, quam contrarium magnopere ſuadere; verum etiam in tota deductione, vt & *diſſ. de ſucceſſione primogenitorum* nil aliud euincit, quam ſucceſſionem iſtam expedire reipublicae & familiis, nec cum I. N. pugnare.

vſum reipublicae probe attemperetur; in plerisque ciuitatibus ſuper ordine ſucceſſionis accurate deprehenditur dispoſitum. Et hunc ordinem vt ſequantur priuati, tutiſſimum eſt; niſi graues cauſſae peculiariter disponere ſubigant.

§. XII. Huc quoque referendus peculiaris alias adquirendi modus *vſucapio;* a) per quam is, qui bona fide iuſtoque titulo rei alicuius poſſeſſionem nactus eſt, eamque diu quietam & non interruptam obtinuit, demum pro perfecto domino eius rei habetur, ita, vt antiquum dominum, ſi poſtea rem eam vindicare velit, repellere queat. Cuius iuris introducti ratio fuit, partim quod pro derelicto rem habere iudicaretur, qui diu eamdem vindicare neglexerit; quum longo tempore ad id occaſiones vix deeſſe iudicentur: (1) partim quod tranquilli-

a) Pufend. de I. Nat. & G. lib. IV. c. XII.

§. XII. (1) Licet enim occaſiones ad vindicandam rem defuerint: ſufficit tamen ad interrumpendam poſſeſſionis indubitabilis ſeriem & impediendam vſucapionem, ſi diſſenſum ſuum vel verbis, vel ſignis declarauerit. Si vero is, qui ius habet contradicendi huic poſſeſſioni, diſſenſum ſuum plane

quillitatis & pacis intereſſet, aliquando poſſeſſiones rerum extra controuerſiam collocari, praeſertim quum longe grauius videatur, poſt diuturnam poſſeſſionem re bona fide parta priuari, quam olim amiſſa, & cuius deſiderium dudum erat digeſtum, in perpetuum carere. Vt tamen in ciuitatibus certi termini, prout ratio & vtilitas ciuitatis ſuggeſſerit, definiantur, intra quos vſucapio compleatur, tranquillitatis & pacis intereſt.

§. XIII. *Facto domini prioris* vniuerſi-

plane non ſignificauerit, remque ſuam ab altero quiete poſſideri *ſcienter* & *volenter* permiſerit, nec a metu iniuſte illato vlla ratione coactus fuerit; de conſenſu eius tacito vlterius dubitare non licebit, ſicque dominium in rem ſuam intra illud temporis ſpatium naturaliter amiſiſſe iudicandus eſt, quod ad eamdem perſequendam & recuperandam idoneum eſſe videbatur & ſufficiens. Vſucapio ergo innititur occupatione rei derelictae, cui tacito conſenſu is renunciauit, qui omnem recuperandi conatum omiſit. HOCHSTETTERVS *coll. Pufend. p.* 347. *ſqq.* obiectiones contra vſucapionem refutat, & de neceſſitate praeſcriptionis inter gentes liberas egregie differit. Vid. & WERLHOF *diſſ. de praeſcriptione inter liberas gentes.*

§. XIII. Teſtamenta ex ſolo iure Romano, non iure naturae ortum ducunt, quod nec aliquid circa ea praecipit,

Cap. 1. Sect. 1. Text.

mentum verum nunc, quia mutatur per accidens, et non simul et quandoque fuerunt mutationes per principia et recipiens, quia

De fig. circa aliquid mobilem.

Quæ circa data horna transferre possit in eadem recta data, aut in maxime aptam. Centrum quæ magnitudine habeant, aut ratione habita.

Sint data horna A, B, C, & recta data D E, & oporteat circa horna A, B, C, figuram transferre, quæ circa horna habeat posita in D E, aut in maxime aptam. Centrum autem sit punctum F, & ducantur F A, F B, F C, & ad punctum D, in recta D E, constituatur angulus E D G, æqualis angulo A F B, & ad punctum E, angulus D E H, æqualis angulo B F C, & ducantur G F, F H, & ad punctum D, in recta G D, constituatur angulus G D K, æqualis angulo F A C, & ad punctum E, angulus D E L, æqualis angulo F B C, & ducantur K F, F L, & ad punctum G, in recta G K, constituatur angulus K G M, æqualis angulo F A C, & ad punctum H, angulus H L M, æqualis angulo F C B

fuiſſe videatur, vt imminente iam fato palam ſuos heredes nuncuparent, & patrimonium de manu in manum ipſis traderent; poſtea graues

dam conſicere posſint. 3) *Obiic.* donatio inter viuos ab omnibus conceditur eſſe firma, cur non donatio in caſu mortis valida ſit? *Reſp.* quidni valida ſit? donatio mortis cauſſa iure naturali quoq; ſubſiſtit: eſt enim actus inter viuos & fit per conuentionem vtriusque partis viuentis perfectam. Vid. COCCEII *diſſ. cit. P. I. §.* 43. ſed toto caelo ab ea differunt teſtamenta: nam conſenſu mutuo & voluntate deſtituuntur, quae tunc valorem exſerere nequit, quando eſſe deſiit. 4) *Obiic.* bona plerumque morientis induſtria parata ſunt: iniuſtum foret, ſi poſt mortem primo occupanti cedere deberent. *Reſp.* mors ſic accuſanda venit, quae omnia ſoluit: per teſtamenta ſaepius bona inimicis relinquenda ſunt: iuſtum ſic foret, etiam uxores teſtamento legare, ne cum bonis relictis cedant primo quaſi occupanti per matrimonium. 5) *Obiic.* turbae exinde infinitae orirentur, ſi bona demortui omnium direptioni exponerentur. *Reſp.* recte quidem, ſi ſtatum hominum, vt nunc eſt, teſtamentis iam introductis reſpiciamus: ſed ſi ſemel mos ille inualuiſſet, vt cederent primo occupanti; ſine dubio homines & in ſtatu naturali & ciuili de infinitis adminiculis tuendae publicae ſecuritatis hoc in caſu ſibi proſpexiſſent, vti in aliis vitae neceſsitatibus. Quid? quod eadem obiectio teſtamentis in ſtatu naturali poteſt opponi; quum nihil ſit, quod illos, qui non aequali ratione ſatisfactum ſibi eſſe putant, impellere posſit ad ratihabendum demortui teſtamentum, niſi vis aut metus. 6) *Obiic.* teſtamentum ante mortem teſtatoris actus quidem eſt imperfectus

ues ob rationes multis populis aliud teſtamenti genus magis arriſit. Vt nempe, quocumque tempore placeret, vltimam ſuam voluntatem vel

fectus & non conſummatus; qui tum demum actus ſit conſummatus & perfectus, quando morte teſtatoris ſubſecuta accedit conſenſus heredis: aſt inde non ſequitur, hunc actum inualidum prorſus eſſe & nullius effectus. *Reſp.* eo ipſo, quo actus imperfectus eſſe dicitur, notatur, teſtamentum nullum in iure perfecto viuente teſtatore habere effectum, ſiue eſſe inualidum: deinde in hoc maxime petitur principium, quod teſtamentum poſt mortem fiat perfectum & actus conſummatus, nec non, quod conſenſus ab herede acceptari poſſit, vbi alter omnem vim conſentiendi & paciſcendi amiſit. 7) *Obiic.* heredi tamen teſtamento ius adquiritur, dum per teſtamentum alii ab adeunda hereditate excluduntur, donec ipſe conſenſum ſuum declaret. *Reſp.* hoc eſt res facti, non iuris, & nihil probat, quam in ciuitate morem illum eſſe receptum; non vero probat, quod ita iure naturae procedi debeat. Naturaliter enim heredi nullum ius enaſcitur ex teſtamento: nondum enim viuo teſtatore promiſſum ei acceptare licuit: ſine acceptatione vero naturaliter ius habere nequit, vt ſupra cap. IX. §. 16. auctor oſtendit: mortuo vero teſtatore nihil acceptare poteſt, quum conſenſus demortui ſit non-ens. 8) *Obiic.* nulla profecto vis eſſet dominii, niſi domino liceret eiusmodi quid ſancire, quod etiam poſt mortem eius valeret. *Reſp.* conſequentia non patet: non enim exinde omnis vis dominio deneganda, quia cum voluntate domini ceſſare intelligitur. Omnis facultas perit pereunte ſuo ſubiecto: per naturam itaque rerum & dominii aliter res ſe habere nequit,

tium intra certum tempus, aut quandocumque offeratur, emtor rem teneatur venditori reſtituere; vel vt, ſi res offeratur, venditor pretium teneatur reſtituere, vel vt, ſi emtor vltro ſit iterum venditurus, prior venditor ad emendum prae ceteris admittatur: quod etiam dicitur *ius protimiſeos*. Sic & frequens eſt, vt ex praediis venditis aliquam ſibi particulam, aut certum eius vſum *recipiat* venditor. Eſt quoque emtionis genus, quod vocant *per auerſionem*, quando multae res disparis pretii non ſigillatim aeſtimatae, ſed coniunctim & velut confuſe taxatae emuntur. In eo modo venditionis, quae vocatur *auctio*, res demum illi addicitur, qui ex pluribus licitantibus plurimum obtulerit. Eſt denique & genus emtionis, quo non certa res, ſed probabilis tantum *ſpes* emitur, cui aleae quid eſt admixtum, ſic vt neque emtor, ſi ſpes fefellerit, neque venditor, ſi ea multum ſupra fuerit, queri debeat.

§. X. *Locatio conductio* eſt, qua pro mercede alicui vſus rei, aut opera addi- Puf. de I. N. & G. L. V. c. VI.

praesertim quum vnius anni sterilitas alterius vbertate soleat pensari: nisi casus, qui prouentum interceperint, rariores fuerint, & de quarum alea in se suscipienda conductor non cogitasse praesumitur. Hos enim ad pensionem minuendam aut remittendam valere vtique aequum est. Ceterum vti, qui rem aliquam alteri locauit, praestare tenetur, (2) vt ipsa vsui sit habilis,

(2) Obligatur etiam naturaliter locator, si ante finem conductionis rem vtendam vendiderit, e. c. domum, hortum &c. & sine vlla coactione nec vrgente necessitate ius suum resoluerit & in alium transtulerit, conductorem indemnem praestare, si eius vtilitati exinde aliquid decedat. Locator quidem ius habet perfectum & dominium in ipsam rem locatam: attamen illo iure non poterit iuste vti ad fidem soluendam & ad pactum conductoris disrumpendum, quo vsum rei sibi ad certum tempus vindicauerat. Nulla etiam ratio subest, cur conductori damnum, quod exinde citra omnem suam culpam patitur, magis imputari debeat, quam locatori, cui ius non est cum istius laesione lucrum capere. Quam ob caussam tritum illud: *Kauf gehet vor Miete* iuris naturalis non esse, nec valere posse colligo, nisi expresse locationis contractui fuerit adiectum, vel necessitas summa exceptionem faciat, vel conductori a locatore satisfiat. Nouo pacto pacti alicuius fidem inuito altero frangere non licet. Multarũ quoque gentium iustitia contrariam obseruauit consuetu-

impensasque necessarias tolerare: ita conductor ad boni patrisfamilias modum eadem vti, & quae ipsius culpa perdita fuerunt, restituere debet. Et qui opus faciendum conduxit, quod sua culpa corruptum est, itidem praestat. Qui momentaneam suam operam alicui locauit, vbi eam quocumque casu praestare impeditus fuerit, mercedem petere non potest. Sed qui continuam alicuius operam conduxit, vbi is morbo aut alio casu per modicum tempus ad operam inutilis fuerit factus, inhumaniter ipsum vel plane sua functione deiicit, vel de pensione quid eidem detrahit.

Puf. de I. N. & G. L. V. c. VII.

§. XI. In contractu *mutui* datur alicui res fungibilis ea lege, vt is post interuallum idem genus reddat

in

suetudinem, vt Belgae: *Huyr gaat voor Koop*: aliique, quos recenset HERTIVS *paroem. iuris p.* 482. Nec video, GERHARDVM *in diss. de eo prouerbio Alterfi* 1718. *hab.* rem confecisse, quod dicat, conductoris ius esse tantum ex iure permissiuo, non praeceptiuo iuris nat. Nam praeceptum eius est, pacta esse seruanda, nec vllius iuri pactis nouis detrahendum. Consentit HERTIVS l. c. ZOLLIVS *peculiari libro de dicterio: Kauf hebt Miete nicht auf.* PISTORIVS *thesauro paroem. cent. VI. p.* 484.

in eadem quantitate & qualitate. Vocantur autem res, quae mutuo ſolent dari, *fungibiles*, ſeu quae functionem in ſuo genere recipiunt, ideo, quia quodlibet ex iſto genere vicem alterius ita ſubire poteſt, vt, qui ex eodem genere, eadem quantitate & qualitate, receperit, idem, quod dedit, recepiſſe dicatur. (1) Eaedem quoque res pondere, numero & menſura determinantur & ſpecificantur: quo reſpectu etiam *quantitates* ſolent adpellari ſpeciebus contradiſtinctae. Ceterum datur aliquid mutuo vel gratis, ita, vt non plus, quam datum fuit, recipiatur; vel cum aliquo emolumento, quod *vſurae* vocabulo inſignitur. Quae nihil habet naturali iuri repugnans, (2) ſiquidem fuerit modica, & reſpon-

§. XI. (1) Fungibiles res reſpiciunt potiſſimum conſumtionem, qua facta non res eaedem reſtitui poſſunt, ſed aliae eiusdem generis, qualitatis & quantitatis redduntur. Qui mutuum accipit, ob conſumendi ius dominio gaudere dicendus eſt: vnde & res, quamuis nulla ſua culpa pereat, ſibi tamen tamquam domino perit. Rei conſumendae hic vera datur alienatio per functionem tandem reſtituendae.

(2) Hoc patet, quia 1) acceſſiones cuiuis rei per noſtram

distrahendam; partes lucri ita definiuntur, prout sese pecuniae aut rei emolumentum ad pretium operae habet, & fors salua est ac perit ei, qui contulit. Quando autem opera impenditur ad meliorandam rem ab altero collatam; iste pro ratione meliorationis in ipsa quoque re partem habere intelligitur. Ast vbi *omnium bonorum societas* est inita; singuli socii vti, quae lucrantur, fideliter conferre debent: ita contra ex communi massa pro ratione conditionis suae singuli sustentandi. Soluta autem societate diuisio bonorum fit pro ratione eorum, quae singuli in societatem initio intulerunt; non attendendo, per cuius bona societati lucrum aut damnum proue-

(2) Tales societates sunt *Admiralitas*, siue publica, siue priuata fuerit, quae est societas naualis bellica aduersus piratas, distinguenda a societate nauali pacata vel negotiatoria, quae vulgo *Mascopeyen*, *compagnie* dicitur, quales in plerisque rebuspublicis commerciis florentibus reperiuntur. Conf. LOCCENIVM *L.* 2. *de iure maritimo c.* 2. §. 1. STYPMANN *de iure marit. L.* 4. *c.* 11. WERLHOF *de indicio admiralitatis Hamburgensis* §. 3. Tria genera societatum mercatoriarum exponit SAVARY *le parfait negotiant c.* 40. *p.* 658.

Digitized by Google

prouenerit; nisi aliter sit conuentum.

§. XIII. Dantur quoque complures *contractus, qui aleam continent.* Quos inter referre possis *sponsiones,* (1) quando euentus alicuius nondum

Puf. de I. N. & G. L. V. c. IX.

§. XIII. (1) Ad sponsiones vulgo requiritur a) aequalitas incerti animi in spondentibus, ita vt neuter eorum euentum rei habeat cognitum. At vero quum vterque spondentium semper animo foueat sententiae suae, si non certam notitiam, saltem maiorem probabilitatem; licet rationes de eadem proferre non teneatur, & saepius adseuerante altero, se certo scire veritatem materiae substratae, tamen sponsionem offerat & in se suscipiat; id requisitum absolute necessarium non esse videtur, sed eo tantum casu spondens peccabit, quando de certa scientia quaesitus eam dissimulat. Concinne satis hoc exposuit BARBEYRACVS *tr. du ieu L. II. c. II. §. XVI. p.* 138. *Quiconque se determine a gager de son pur mouuement, sans s' informer, si l' autre parieur est assuré ou non, de ce qu' il auance, doit être censé vouloir bien courir risque de gager contre vne personne, qui ioue a ieu sûr: de sorte que, quand celà arriue, il ne peut s' en pendre, qu' a lui meme. D' ailleurs on se trompe quelques fois dans les choses, que l' on croit le mieux scauoir: & cependant chacun des parieurs s' imagine ordinairement auoir mieux examiné la chose ou auoir meilleure memoire, que son compagnon: ainsi quelque confiance, que l' un temoigne, l' autre ne laisse pas d' être toûiours fort porté a regarder le fait comme encore problematique & par la il dispense tacitement celui, qui affirme ou nie en homme bien*

sûr

Frequenter tamen ita conuenitur, vt merx quidem ſtatim tradatur; pretium autem poſt certum interuallum ſit ſoluendum. Aliquando ſuper pretio quidem conuenitur, ſed vt traditio rei ſeu mercis ad certum terminum debeat fieri. Vbi aequitati conueniens videtur, vt ante elapſum eum terminum res ſit periculo venditoris: ſed ſi poſt eum elapſum emtor in mora fuerit, quo minus eam ſibi tradi curarit; emtori deinceps res peribit. (3) Solent & emtionis venditionis contractui varia pacta adiici, vti eſt *addictio in diem*, qua res ita venditur, vt liceat venditori meliorem conditionem ab altero intra certum tempus oblatam acceptare. Item *lex commiſſoria*, quando ita conuenit, vt, ſi ad certum diem pretium non ſoluatur, res ſit inemta: item *retractus* ſeu *pactum de retrouendendo*, quod vel ita concipitur, vt, ſi pretium

tii & traditione mercis: modo valide contrahentes conſenſerint de re tradenda ſoluendoque pretio: conſenſu enim mutuo exhibito, vterque obligatur perfecte ad id praeſtandum, quod ſibi inuicem promiſerunt.

(3) Vel venditori, ſi ipſe fuerit in mora.

tium intra certum tempus, aut quandocumque offeratur, emtor rem teneatur venditori reſtituere; vel vt, ſi res offeratur, venditor pretium teneatur reſtituere, vel vt, ſi emtor vltro ſit iterum venditurus, prior venditor ad emendum prae ceteris admittatur: quod etiam dicitur *ius protimiſeos*. Sic & frequens eſt, vt ex praediis venditis aliquam ſibi particulam, aut certum eius vſum *recipiat* venditor. Eſt quoque emtionis genus, quod vocant *per auerſionem*, quando multae res disparis pretii non ſigillatim aeſtimatae, ſed coniunctim & velut confuſe taxatae emuntur. In eo modo venditionis, quae vocatur *auctio*, res demum illi addicitur, qui ex pluribus licitantibus plurimum obtulerit. Eſt denique & genus emtionis, quo non certa res, ſed probabilis tantum *ſpes* emitur, cui aleae quid eſt admixtum, ſic vt neque emtor, ſi ſpes fefellerit, neque venditor, ſi ea multum ſupra fuerit, queri debeat.

§. X. *Locatio conductio* eſt, qua pro mercede alicui vſus rei, aut opera addi- Puf. de I. N. & G. L. V. c. VI.

addicitur. (1) In qua licet regulariter in anteceſſum de mercede conueniri ſoleat: tamen ſi quis citra definitam prius mercedem alteri operam aut vſum ſuae rei addixerit; cenſetur id exſpectare, quantum communis vſus, aut conductoris aequitas, tulerit. Circa hunc contractum obſeruandum: ſi res locata plane perierit; ex eo tempore conductorem ad mercedem ſeu penſionem non amplius teneri. Quod ſi res locata certum ac definitum habeat vſum; vti dominus eam praeſtare debet, quo ei vſui ſit idonea: ita, ſi illa detrimenti quid ceperit, conductor de penſione detrahit, quantum vſui rei deceſſerit. Sed ſi rei locatae prouentus ſit incertus, & aliquid aleae contineat; vti exuberans prouentus conductoris lucro: ita malignus eiusdem damno eſt, nec ſtricto iure de penſione ob ſterilitatem quidquam detrahendum: prae-

§. X. (1) In hoc contractu aequalitas penſionis ſiue mercedis non tam refertur ad pretium rei, quam ad pretium vſus rei exinde redundantis. Vſus ergo ſi non certus; probabilis tamen proportionem illam conſtituit.

Digitized by Google

praesertim quum vnius anni sterilitas alterius vbertate soleat pensari: nisi casus, qui prouentum interceperint, rariores fuerint, & de quarum alea in se suscipienda conductor non cogitasse praesumitur. Hos enim ad pensionem minuendam aut remittendam valere vtique aequum est. Ceterum vti, qui rem aliquam alteri locauit, praestare tenetur, (2) vt ipsa vsui sit habilis,

(2) Obligatur etiam naturaliter locator, si ante finem conductionis rem vtendam vendiderit, e. c. domum, hortum &c. & sine vlla coactione nec vrgente necessitate ius suum resoluerit & in alium transtulerit, conductorem indemnem praestare, si eius vtilitati exinde aliquid decedat. Locator quidem ius habet perfectum & dominium in ipsam rem locatam: attamen illo iure non poterit iuste vti ad fidem soluendam & ad pactum conductoris disrumpendum, quo vsum rei sibi ad certum tempus vindicauerat. Nulla etiam ratio subest, cur conductori damnum, quod exinde citra omnem suam culpam patitur, magis imputari debeat, quam locatori, cui ius non est cum illius laesione lucrum capere. Quam ob caussam tritum illud: *Kauf gehet vor Miete* iuris naturalis non esse, nec valere posse colligo, nisi expresse locationis contractui fuerit adiectum, vel necessitas summa exceptionem faciat, vel conductori a locatore satisfiat. Nouo pacto pacti alicuius fidem inuito altero frangere non licet. Multatũ quoque gentium iustitia contrariam obseruauit consuetu-

Ad c. 4. n. 2.

Ad c. 5. n. 1.

Ad c. 5. n. 2.

in eadem quantitate & qualitate. Vocantur autem res, quae mutuo ſolent dari, *fungibiles*, ſeu quae functionem in ſuo genere recipiunt, ideo, quia quodlibet ex iſto genere vicem alterius ita ſubire poteſt, vt, qui ex eodem genere, eadem quantitate & qualitate, receperit, idem, quod dedit, recepiſſe dicatur. (1) Eaedem quoque res pondere, numero & menſura determinantur & ſpecificantur: quo reſpectu etiam *quantitates* ſolent adpellari ſpeciebus contradiſtinctae. Ceterum datur aliquid mutuo vel gratis, ita, vt non plus, quam datum fuit, recipiatur; vel cum aliquo emolumento, quod *vſurae* vocabulo inſignitur. Quae nihil habet naturali iuri repugnans, (2) ſiquidem fuerit modica, & reſpon-

§. XI. (1) Fungibiles res reſpiciunt potiſſimum conſumtionem, qua facta non res eaedem reſtitui poſſunt, ſed aliae eiusdem generis, qualitatis & quantitatis redduntur. Qui mutuum accipit, ob conſumendi ius dominio gaudere dicendus eſt: vnde & res, quamuis nulla ſua culpa pereat, ſibi tamen tamquam domino perit. Rei conſumendae hic vera datur alienatio per functionem tandem reſtituendae.

(2) Hoc patet, quia 1) acceſſiones cuiuis rei per noſtram

ſpondens lucro, quod alter ex pecunia, aut alia re credita facit, meoque damno, aut lucro ceſſanti, quod ex abſentia rei meae capio; & vbi non exigatur ab hominibus tenuibus, apud quos mutuum vicem eleemoſynae ſubit. (3)

§. XII.

noſtram induſtriam addi poſſunt: 2) quia iure perfecto non teneor ſine vllo commodo permittere, vt alter ex mea pecunia gratis ingens lucrum capiat: quae enim locationis domus aliarumque rerum ratio eſt, eam quoque obſeruare licebit in locatione pecuniae ſiue in vſuris: 3) quia ob abſentiam rei ceſſat fructus, quem ipſe exinde percipere poſſem. Habent vſurae pro fundamento ſuo aeſtimationem vſus, quem alter ex noſtra pecunia percipit: qui ſi cum inſigni lucro ſit coniunctus; vſurae etiam iuſte poſſunt augeri: neque illae, quae lucratiuae dicuntur, a iuſtitia naturali ſunt alienae. Patet etiam, ſi vſurae ab altero retineantur & in ſuum lucrum conuertantur, earum vſuras denuo iuſte exigi poſſe, nec anatocismum iure naturae prohiberi. Conſentit quodam modo COCCEIVS *diſſ. de anatocismo c.* 1. §. 18. Duo tamen maxime obſeruanda ſecundum principia decori circa vſuras: 1) perſonarum qualitas & neceſſitates: 2) quantitas fructus in debitorem ex iſta pecunia redundans & creditori decedens. Vid. ABICHT *diſſ. de vſura licita Lipſ.* 1700. *hab.* NOODT *de vſuris & foenore.* SALMASIVS *de vſuris.* SELDENVS *de I. N. & G. lib. VI. c. IX,* VERVLAMIVS *de ſermon. fidel. cap. XXXIX.* IAEGER *obſerv. ad Grot. p.* 243 *ſqq.* PLACCIVS *de iure naturali vſurae. Hamb.* 1695.

(3) Mutui ſpeciale genus eſt Bodmeria, quando nauis

§. XII. In contractu *societatis*, duo pluresue (1) inter se pecuniam, res, aut operas conferunt eo fine, vt, quod inde redit lucri, inter singulos pro rata diuidatur; &, si quid damni capiatur, id simili modo a singulis pro rata feratur. In qua societate vti officii est fidem & industriam adhibere: ita ex illa intempestiue & in fraudem socii discedi non debet. Ceterum societate soluta quilibet post detractum lucrum aut damnum, quantum intulit, recipit. Quod si autem vnus pecuniam aut rem, alter operam contulerit; videndum est, quomodo facta sit collatio. Quando enim alterius opera tantum versatur circa istius pecuniam aut rem tractandam aut

Puf. de I. N. & G. L. V. c. IIX.

uis patrono certa pecuniae summa mutua datur hoc pacto, vt salua tantum naui cum foenore reddatur, relicto interea creditori loco hypothecae nauigii fundo. Hic contra naturam mutui creditor periculum sub spe maioris lucri suscipit: ob quod etiam non iniquum maiores vsuras recipere. Conf. BODINVM *diss. de iure Bodemeriae* & SCHOTTELIVM *de singularibus in Germania iuribus c.* 22. GERICKEN *Schottel. illustr. p.* 97.

§. XII. (1) Nemo hic excluditur a societatis contractu: quicumque pacta inire vel consentire potest, poterit etiam societatis membrum reddi.

distrahendam; partes lucri ita definiuntur, prout sese pecuniae aut rei emolumentum ad pretium operae habet, & fors salua est ac perit ei, qui contulit. Quando autem opera impenditur ad meliorandam rem ab altero collatam; iste pro ratione meliorationis in ipsa quoque re partem habere intelligitur. Ast vbi *omnium bonorum societas* est inita; singuli socii vti, quae lucrantur, fideliter conferre debent: ita contra ex communi massa pro ratione conditionis suae singuli sustentandi. Soluta autem societate diuisio bonorum fit pro ratione eorum, quae singuli in societatem initio intulerunt; non attendendo, per cuius bona societati lucrum aut damnum proue-

(2) Tales societates sunt *Admiralitas*, siue publica, siue priuata fuerit, quae est societas naualis bellica aduersus piratas, distinguenda a societate nauali pacata vel negotiatoria, quae vulgo *Mascopeyen*, *compagnie* dicitur, quales in plerisque rebuspublicis commerciis florentibus reperiuntur. Conf. LOCCENIVM *L.* 2. *de iure maritimo c.* 2. §. 1. STYPMANN *de iure marit. L.* 4. *c.* 11. WERLHOF *de iudicio admiralitatis Hamburgensis* §. 3. Tria genera societatum mercatoriarum exponit SAVARY *le parfait negotiant c.* 40. *p.* 658.

Digitized by Google

prouenerit; nisi aliter sit conuentum.

§. XIII. Dantur quoque complures *contractus, qui aleam continent.* Quos inter referre possis *sponsiones,* (1) quando euentus alicuius nondum

Puf. de I. N. & G. L. V. c. IX.

§. XIII. (1) Ad sponsiones vulgo requiritur a) aequalitas incerti animi in spondentibus, ita vt neuter eorum euentum rei habeat cognitum. At vero quum vterque spondentium semper animo foueat sententiae suae, si non certam notitiam, saltem maiorem probabilitatem; licet rationes de eadem proferre non teneatur, & saepius adseuerante altero, se certo scire veritatem materiae substratae, tamen sponsionem offerat & in se suscipiat; id requisitum absolute necessarium non esse videtur, sed eo tantum casu spondens peccabit, quando de certa scientia quaesitus eam dissimulat. Concinne satis hoc exposuit BARBEYRACVS *tr. du ieu L. II. c. II. §. XVI. p.* 138. *Quiconque se determine a gager de son pur mouuement, sans s' informer, si l' autre parieur est assuré ou non, de ce qu' il auance, doit être censé vouloir bien courir risque de gager contre vne personne, qui ioue a ieu sûr: de sorte que, quand cela arriue, il ne peut s' en pendre, qu' a lui meme. D' ailleurs on se trompe quelques fois dans les choses, que l' on croit le mieux scauoir: & cependant chacun des parieurs s' imagine ordinairement auoir mieux examiné la chose ou auoir meilleure memoire, que son compagnon: ainsi quelque confiance, que l' un temoigne, l' autre ne laisse pas d' être toûiours fort porté a regarder le fait comme encore problematique & par la il dispense tacitement celui, qui affirme ou nie en homme bien*

sûr

dum vtrinque notorii exiſtentiam alter affirmat, alter negat, certo pretio vtrinque depoſito, quod illi cedat, cuius adſertioni euentus congruere deprehenſus fuerit. Huc perti-

ſur de la victoire de deſiſter du pari a cauſe de cette certitude, qu' il croit auoir. Que ſi ſans en être requis, on a declaré, que l' on etoit parfaitement inſtruit de la choſe, la gageure n' en eſt a mon ſens, que plus valide, & l' autre parieur merite encore mieux de porter la peine du pari temeraire, ou il eſt engagé aprés auoir eté expreſſement auerti. b) Requiritur, ne fiant de re prorſus impoſſibili, vel phyſice vel moraliter tali. Sic enim reddunrur & nugatoriae & illicitae, e. c. ſi de coelo ruente & exuſtione mundi, morte principum, adulterio patrando, intemperantia gulae, vt inter Antonium & Cleopatram, ſponſiones fiant, vbi facile in leges ciuiles & honeſtatis impingitur. Ea, quae *de* REIBNITZ *diſſ. de ſponſionibus iure naturali & ciuili illicitis* 1717. *Witteb.* protulit, ne quidem probabilitatis ſpeciem tuentur. 1) Sponſiones, ait, adfectare rem alienam, praemium nimirum, in quo compromiſſum eſt, adeoque ſuum cuique non tribuere. *Reſp.* quiuis ſic contractus iniuſtitiae accuſari poterit: rem alienam iuſto pacto, vel altero conſentiente, adfectare omnino licet: animus habendi per ſe non iniuſtus eſt, neque rem reddit iniuſtam. 2) Peccari in philautiam, quae vetet partem bonorum meorum periculo iacturae exponere. *Reſp.* non pecco in meam vtilitatem, quando ancipiti euentui portionem bonorum relinquo, vt maius lucrum adquiram: alias mercatura, nauigationes erunt illicitae. Quod ſi etiam peccarem in philautiam

pertinent: unum autem genus, (cui quidem ego ipse annumerandus sum) ita natum videtur, ut ad nihil aliud, quam ad edendum, bibendum, dormiendum, aut ad summum ad libidines natum sit. Quibus hominibus nihil unquam praestantius, nihil magnificentius videtur, quam quod ipsi aut videre aut audire possint, quibus rebus affluant, quas delectationes consectentur, in quibus abundent, ut ne egeant, ut ne quid amittant, ut ne quid illis excidat, ut ne quid desit. Qui autem se maxime admirantur, et quae sua sponte sibi contigerunt, et quae ipsi sibi ad voluptatem, aut ad dignitatem comparaverunt, ea maxime ipsi sua sponte sibi probant, ipsique sibi placent, et quae sua sponte sibi contigerunt, ea tueri, et retinere cupiunt, ut ea,

dum vtrinque notorii exiſtentiam alter affirmat, alter negat, certo pretio vtrinque depoſito, quod illi cedat, cuius adſertioni euentus congruere deprehenſus fuerit. Huc perti-

ſûr de la victoire de deſiſter du pari a cauſe de cette certitude, qu' il croit auoir. Que ſi ſans en être requis, on a declaré, que l' on etoit parfaitement inſtruit de la choſe, la gageure n' en eſt a mon ſens, que plus valide, & l' autre parieur merite encore mieux de porter la peine du pari temeraire, ou il eſt engagé aprés auoir eté expreſſement auerti. b) Requiritur, ne fiant de re prorſus impoſſibili, vel phyſice vel moraliter tali. Sic enim reddunrur & nugatoriae & illicitae, e. c. ſi de coelo ruente & exuſtione mundi, morte principum, adulterio patrando, intemperantia gulae, vt inter Antonium & Cleopatram, ſponſiones fiant, vbi facile in leges ciuiles & honeſtatis impingitur. Ea, quae *de* REIBNITZ *diſſ. de ſponſionibus iure naturali & ciuili illicitis* 1717. *Witteb.* protulit, ne quidem probabilitatis ſpeciem tuentur. 1) Sponſiones, ait, adfectare rem alienam, praemium nimirum, in quo compromiſſum eſt, adeoque ſuum cuique non tribuere. *Reſp.* quiuis ſic contractus iniuſtitiae accuſari poterit: rem alienam iuſto pacto, vel altero conſentiente, adfectare omnino licet: animus habendi per ſe non iniuſtus eſt, neque rem reddit iniuſtam. 2) Peccari in philautiam, quae vetet partem bonorum meorum periculo iacturae exponere. *Reſp.* non pecco in meam vtilitatem, quando ancipiti euentui portionem bonorum relinquo, vt maius lucrum adquiram: alias mercatura, nauigationes erunt illicitae. Quod ſi etiam peccarem in philautiam

pertinent omnia *ludorum genera*, (2) in quibus aliquo pretio certatur. Inter quos tamen minus aleae habent, qui certamen ingenii, dexteritatis,

lautiam saniorem; res spectaret ad honesti praecepta, non iusti. 3) Sponsiones neque iusta caussa impulsiua gaudere, neque legitimum finem admittere. *Resp.* Finis est, per fortunae experimentum ab altero consentiente aliquid lucrari: qui ne quidem in decori principiis illicitus est, multo minus in iuris naturae foro.

(2) Ad ludum ea omnia requiruntur, quae in pactis & contractibus requiri solent: 1) agendi libertas: 2) aequalitas & virium ludentium & fortunae: 3) fides sine fraude & dolo: 4) materiae aptitudo, ad quam requiritur, a) vt sit res, quae in commercium venire solet & potest: b) vt dari & accipi sine crimine possit: c) vt de ea lusores libere disponere queant. Quae erudite explicantur a BARBEYRACO *tr. du ieu L. II. Amst.* 1709. 8. Vid. & IACOBI *regis institut. reg. lib. III. p. m.* 177. Ludos ad illicitum inclinare ob annexum abusum fere inseparabilem statuit BEYERVS *delin. I. N. c. XXII.* §. 36. *sq.* Qui enim, inquit, incautus vel animi impotentis est, atque lucrum sibi persuasit, de damno vero non cogitauit, non potest non ob euentum contrarium ad impatientiam, desperationem, exsecrationes, rixas & aliquando dimicationes impelli. Sed quum non omnes istiusmodi impotentis animi sint; apud eos tantum ludos illicitos esse iudicandum erit, qui adfectibus suis nimium abripiuntur. Omni contractui, emtioni, venditioni, locationi &c. ista possunt accidere, & accidunt nonnumquam: contractus tamen eam ob caussam non sunt illiciti. Vitia contrahentium contractibus abstractiue sumtis non sunt attribuenda.

Digitized by Google

ſua ſententia, ſed eadem cauſa
ſit, ea omnibus temporibus
eſſe pariturum & obtemperare.
Quod ſi quis ſuam ſententiam
ſtatuerit, eamque in diſpu-
tationem adduxerit, ſi ratio

turae sunt merces in alia loca transportandae; ita vt, si has interire contigerit, assecurator earumdem pretium domino restituere teneatur. (4)

§. XIV. Ad maiorem firmitatem & securitatem contractibus frequenter solent adiici *fideiussores & pignora. In fideiussione* alius homo, (1) qui creditori idoneus iudicatur, principalis debitoris obligationem, velut in subsidium in se suscipit, (2) ita vt nisi

Puf. de I. N. & G. L. V. c. X.

(4) In assecuratione specialia pacti contenta probe sunt dignoscenda, quas potissimum merces, quam nauem, quod mercium genus, quaenam itinera, quae pericula, quos temporis terminos respiciat. Suscipit assecurator pericula, sed non ea, quae mercatoris vel nautae negligentia vel malitia producuntur. Vid. WERLHOF *de instrumento assecurationis vulgo polizza. Helmst.* 1707. COCCEII *diss. de assecuratione.* SCHOTTELIVM *de singularibus in Germania iuribus c.* 23.

§. XIV. (1) Recte *alius homo*, quicumque fuerit: ius naturae enim nemini paciscendi ergo nec fideiubendi facultatem adimit, qui saltem consentire potest. Non tamen repugnat I. N. vt propter alias causas libera fideiubendi potestas in ciuitate circumscribatur e. c. de feminis, militibus: locum quoque inuenit in vniuersis contractibus, quorum obligationem alius quis pro altero in se suscipere potest; non tamen euentum e. c. poenam, quae personam & delictum sequitur, vel in causis matrimonialibus, vbi varia absurda alias sequerentur.

(2) Obligatur eas potissimum ob causas, a) quia promi-

niſi iſte ſoluat, hic ipſius vices ſubeat; vt tamen, quod erogauit, a principali debitore ipſi refundi debeat. Etſi autem ad maiorem ſummam fideiuſſor, quam debitor principalis, teneri non poſſit: non tamen repugnat, iſtum, quam hunc, arctius teneri; quippe quum huic plus, quam illi, fidei fuerit habitum. Naturaliter tamen principalis debitor prius, quam fideiuſſor, eſt appellandus; niſi hic iſtius obligationem plane in ſe receperit; qui *expromiſſor* vocari ſolet. Quod ſi plures pro vno fideiuſſerint; pro rata dumtaxat erunt ſinguli conueniendi; niſi forte quis eorum ſoluendo non ſit, aut eiusdem conueniendi non detur facultas. (2) Tunc enim reliqui huius portione onerabuntur.

§. XV.

promiſit: ergo ex eo promiſſo ſuoque conſenſu tenetur: b) quia per iſtud promiſſum, quod induit naturam contractus illius, cui fideiuſſio additur, totum illud negotium in ſe ſuſcepit. Hinc merito QVINTILIANVS pater ſponſoris periculum miſerabile dixit, & THALETIS MILESII effatum in prouerbium abiit: *Sponde, noxa eſt praeſto tibi.* De quo vid. BVDDEI *ethicam ſeptem ſapientum, ſpeciatim Thaletis Mileſii* §. *XXI.* BECMANN. *lin. doctr. mor. c.* 26. §. 7.

(2) Hinc renunciatio beneficii excuſſionis, qua fideius-

§. XV. Saepe quoque solet creditori in securitatem crediti tradi aut adsignari a debitore certa quaepiam res *pignoris* aut *hypothecae* nomine, quousque istud fuerit exsolutum. Cuius finis est non solum, vt debitor ad soluendum vrgeatur, desiderio rei suae recuperandae; sed &, vt in promtu sit creditori, vnde sibi soluatur. Inde & regulariter pignora tanti aut maioris esse solent, quam ipsum debitum. Ceterum res, quae pignori opponuntur, sunt vel *fructuosae*, vel *steriles*. Circa priores saepe adiici solet pactum ἀντιχρήσεως, seu vt creditor loco vsurae fructus istius pignoris percipiat: circa posteriores autem lex *commissoria*, vt nempe pignus cedat creditori, vbi intra

deiussor creditori dat potestatem relicto debitore principali statim conueniendi fideiussorem, & renunciatio beneficii diuisionis, qua singuli *confideiussorum* in solidum se obligant, iuris naturae quidem permissiui sunt, sed vt pacta peculiaria, quae fideiussionem fulcire eique superaddi possunt, non vero vt partes fideiussionis necessariae, sine quibus ea naturaliter subsistere nequeat. Solent enim abesse ab hoc contractu, vt auctor recte ostendit & fideiussores beneficium ordinis, diuisionis & cedendarum actionum sibi retinere.

intra certum tempus ſolutio non ſit facta. (1) Id quod natoraliter iniquum non eſt, vbi pignus pluris non eſt, quam debitum, & vſurae intermedii temporis; aut ſi, quod excedit, domino reſtituatur. Vti autem creditor pignus ſolutione facta debet reſtituere: ita interea non minorem, quam propriis rebus, illi cuſtodiam debet, & vbi pactum antichreticum non acceſſerit, ſitque talis res, quae vſu atteratur, aut ſi debitoris vllo modo interſit; inuito hoc eadem vti non poteſt. (2) Differt

§. XV. (1) Naturaliter non opus eſt lege commiſſoria expreſſe addita: ſed ſi tempus praeterlapſum ſit, ſolutioque non facta; pignus cedit creditori per ipſam naturam contractus, ſi debito aequale ſit: ſi maioris pretii, tantum debitori reddendum, quantum debiti ſummam excedit & ſuperat. Naturaliter enim non conſtat, quomodo debiti ſecuritas, quae in pignore obtinenda, ab ipſius pignoris iuſta vindicatione, ſi debitor ſoluere nolit, ſeparari queat. Vid. THOMAS. *diſſ. de diſtinct. inter emtionem cum pacto de retrouend. & contractum pignor. c. II.*

(2) Quia per ſolam pignorationem non dominium ptaeſentaneum, quod penes debitorem manet, ſed nuda poſſeſſio naturalis rei in creditorem transfertur: dominium tamen euentuale ipſa pignoratione conſtituitur creditori, ſi nempe debitor ſoluere vel nequeat, vel nolit: quod ſecuritatis finis in debito praeſtandae inuoluit.

fert hypotheca a pignore, quod hoc conſtituatur rei traditione; illa autem re non tradita conſtat nuda adſignatione rei inprimis immobilis, ex qua, ſolutione non facta, creditor ſuo credito potiri queat.

§. XVI. Ceterum quaenam contrahentium ſint officia, ex fine & natura horum contractuum liquido apparet.

CAPVT XVI

DE MODIS, QVIBVS SOLVANTVR OBLIGATIONES, QVAE EX PACTIS ORIVNTVR.

1. Soluuntur obligationes expletione,
2. Compenſatione,
3. Condonatione,
4. Mutuo diſſenſu,
5. Alterius partis perfidia,
6. Status mutatione,
7. Tempore,
8. Morte & rei interitu,
9. Delegatione.

§. I.

INter modos ſoluendi a) obligationes ex pactis oriundas, (1) quibusque adeo officia inde promanan-

a) Puf. de I. N. & G. lib. V. cap. XI.

§. I. (1) Omnis obligatio, quae non pendet a noſtra

mutatis, tres colligunt, mutant, quinque colligunt aut colligendo, aut per id conservant. Vbi ut regulariter ad quinque colligendum curat: tamen si praeterea fit ab alio, qui tres colligat, non impedit. Quinque colligendo, aut per id conservando, non amittit nomen Solus: (3) & hoc, quia non amittit quinque.

(3) Solus non amittit, si quinque colligendo, aut conservando ab eo, qui tres colligit, non impedit. Ex. gr. Si Titius, Caius, & Sempronius colligunt tres, & Titius, & Caius quinque, Sempronius est Solus, & Caius fit Solus.

(4) Nomen non amittit, qui tres colligendo, aut per id conservando, non impedit. Ex. gr. Si Titius, Caius, & Sempronius colligunt tres, & Titius, & Caius quinque, Sempronius non amittit nomen Solus, & Caius fit Solus.

(5) Nomen non amittit, qui quinque colligendo, aut per id conservando, non impedit. Ex. gr. Si Titius, Caius, & Sempronius colligunt tres, & Titius, & Caius quinque, Sempronius non amittit nomen Solus, & Caius fit Solus.

queat. Soluendum praeterea *ei, cui debetur*, aut quem hic delegauit, vt ipſius nomine debitum recipiat. Et denique *illud ipſum* praeſtandum aut ſoluendum, de quo conuentum fuit; non aliud eius loco; integrum, non mutilum; non pars dumtaxat, non diuiſum; loco itidem & tempore conuento. (4) Etſi ſaepe humanitas creditoris, aut impotentia debitoris ſubigat terminum ſolutionis prorogare, aut diffindere, vel etiam aliud pro alio accipere.

§. II. Tolluntur quoque obligationes compenſatione, quae eſt crediti & debiti inter ſe contributio, ſeu, quando debitor ideo liberatur, quia eidem ipſe creditor rem eiusdem generis, & quae tantidem eſt, vi-

 ciſſim

uito connectitur, quum aliquis ſaepe ex perturbatione animi vel ob ignorantiam momentorum circumſtantium ſolutioni reſiſtat, cuius vtilitatem paulo poſt agnoſcit. 3) Inutilis & inanis debitoris erit recuſatio: is enim, qui pro inuito ſoluit, in creditoris priſtini locum naturaliter cedit, eiuſque actionem in debitorem ſuſcepiſſe credendus eſt: ius ergo perfectum habet poſcendi debitum.

(4) Si debitor alio loco & tempore ſoluat; tenebitur ſaltem ad id, quod intereſt creditoris.

ciſſim liquido debet. (1) Quum enim, inprimis in rebus fungibilibus, tantumdem ſit idem; & vero, vbi mutuum eſt debitum, mihi ſtatim tantumdem eſſet reddendum, atque ipſe accepi: igitur declinandis inutilibus ſolutionihus commodiſſimum eſt, vtrumque ſuum retinendo ſolutione defungi. (2) Patet autem, compenſari proprie poſſe res fungibiles eiusdem generis, quarum ſoluendarum tempus praeſens eſt, aut praeteriit; non aliae res, aut praeſtationes diuerſae naturae; niſi forte illae vtrimque in ſui aeſtimationem ſeu in pecuniam reſoluantur.

§. III. Tollitur quoque obligatio condo-

§. II. (1) Liquidum appellatur debitum, quod debitor ipſe fatetur: vel ſi idem negare velit malitioſe; vel debitoris litteris, vel teſtium idoneorum praeſentia facile & ſine ambagibus probari poteſt.

(2) Eiusmodi reciproca & *idemtica* ſolutio eumdem titulum mereretur, quem LOCKIVS propoſitionibus idemticis tribuit, quas appellat nugatorias. Compenſatio itaque nititur non tantum commoditate ſolutionis, ſed etiam concinnitate ad euitandam abſurditatem repetendae inutilis ſolutionis, quae fraudis vel deceptionis ſpeciem prae ſe ferret, vt indicat PROELEVS *ad h. l. p.* 250.

condonatione, ſeu remiſſione eius, cui quid debebatur, & cuius intereſt obligationem fuiſſe expletam. Ea ſolet fieri vel *expreſſe*, per adhibita ſigna conſenſum teſtantia: puta, data acceptilatione, (1) redditis aut abolitis chirographis; (2) vel *tacite*, ſi quis ipſe impediat, aut in cauſſa ſit, quo minus, quod ſibi debetur, poſſit praeſtari.

§. IV. Solent quoque ſolui obligationes, quae vtriusque partis praeſtatione conſtant, re adhuc integra, *mutuo diſſenſu*, (1) niſi leges poſitiuae id prohibuerint. Vbi autem ab altera parte iam quid ſit praeſtitum; accedat oportet vel huius condonatio, vel vt alia ratione id ſarciatur.

§. V. Praeterea non tam ſoluitur, quam *abrumpitur* obligatio alterius

§. III. (1) Quando creditor ſimulat ſolutionem ſibi factam: hinc recte dicitur imaginaria ſolutio. (2) Non tamen ex reddito pignore ſtatim condonatio colligenda: indicio ſaltem eſſe poteſt, debitum ſine pignore debitori concredi.

§. IV. (1) Cum mutuo conſenſu obligatio exorta fuerit, rationi conueniens eſt, eam quoque mutuo diſſenſu diſſolui: requiritur autem plenus diſſenſus quoad totum contractus negotium, & non tantum paciſcentium, ſed etiam tertii, cuius intereſt circa diſſolutionem contractus.

partis *perfidia*. Quando enim vnus non praeſtat, de quo eſt conuentum; neque alter tenetur praeſtare, quod intuitu iſtius praeſtationis in ſe recepit. (1) Nam capita praeſtandorum in pactis priora poſterioribus inſunt per modum conditionis, quaſi ita dictum foret: praeſtabo, ſi tu praeſtiteris prius.

§. VI. Exſpirant quoque obligationes, (1) quando *ſtatum*, in quo eaedem

§. V. (1) Perfidia vnius in altero obligatio non tam ſoluitur, quam impeditur, quo minus praeſtare poſſit alter, quae perfido promiſit, qui pacti conditionem non impleuit. Impeditur tamen tantum eo in pacto, in quo perfidia commiſſa eſt: nec aliquis ex alterius malitia ius accipit, reliqua pacta omnia, quae cum eo iniit, diſſoluendi fideique datae renuntiandi: nam etiam perfidis fidem ſeruandam eſſe ratio dictitat. At in perfido non ſoluitur, nec abrumpitur, nec impeditur obligatio, quam fraudulenter excutere tantum adnititur: alter enim, ſi vult, perfidum ad ſeruandam obligationem variis modis pro diuerſitate ſtatus cogere poteſt.

§. VI. (1) Exſpirant, 1) quia palmaria exſpirat conditio, in qua contractus erat fundatus: 2) quia tolluntur ſaepius vires ad ſeruandam obligationem neceſſariae, quarum intuitu fuit ſuſcepta. Non tamen omnis mutatio ſtatus huc pertinet: ea enim, a) quae conſulto & doloſe ad tollendam obligationem ſuſcepta, b) non prorſus omnia fundamenta & vires implendae obligatio-

nis

Digitized by Google

eaedem vnice fundabantur, *mutauerit* vel ille, qui praeſtare, vel is, cui praeſtari debebat.

§. VII. Ipſo *tempore* exſpirant obligationes, quarum duratio a puncto aliquo temporis ſuſpenſa fuit: niſi expreſſa aut tacita partium conuentione illa prorogata fuerit. Neceſſum eſt tamen, vt intra illud tempus facultas exigendi obligationem exſtiterit. (1)

§. VIII. *Morte* denique ſoluuntur obligationes in perſona alicuius radicatae. (1) Subiecto quippe ſublato accidentia quoque exſtingui neceſſum eſt. Saepe tamen in ſuperſtitibus defunctorum obligatio continuatur. Idque vel quia ſuperſtes ex officio pietatis, aut alias ob rationes,

 defun-

nis delet, obligationem non tollit. Exſpirant quoque obligationes, ſi id, quod debemus, citra noſtram culpam perierit e. c. in depoſito.

§. VII. (1) Quod enim quis non potuerit ea, quae ſibi debita ſunt, vrgere & exigere, non vergere debet in eius praeiudicium: inde etiam non valet praeſcriptio, vbi defuerunt vires, ius ſuum proſequendi.

§. VIII. (1) Mortem ciuilem huc etiam refert GVIL. GROTIVS *de princ. iur. nat. cap.* 20. §. 17. *p.* 353. ſed ea pertinet ad §. 6. quum ſit mutatio ſtatus cuiusdam ciuis in deterius.

defuncti obligationes explendas in se suscepit; vel quia ex defuncti bonis obligationi erat satisfaciendum, quae cum isto onere in heredem transierunt.

§. IX. Per *delegationem* substituit quis creditori suo consentienti debitorem suum, vt hic loco ipsius debitum suum exsoluat. Vbi creditoris quidem consensus requiritur; non autem tertii istius debitoris, quem etiam ignarum & inuitum alteri volenti delegare possum. (1) Nam

§. IX. (1) Monet HERTIVS *ad Puf. op. mai. lib. V. cap. XI.* §. 13. WALDKIRCH *not.* ad h. l. aliique, auctorem hic cessionem, iuris ciuilis notionem, confundere cum delegatione: 1) in delegatione enim consensum & delegantis & delegati, debitoris & creditoris esse necessarium: in cessione vero debitoris consensum abesse posse, vtpote qui nesciens quoque cedi possit: 2) in cessione cedentem non omnino liberari; sed in delegatione delegantem ab omni obligatione liberum reddi: 3) cessionem debitori cesso nil praeiudicare: sed delegationem propter consensum debitoris requisitum & adhibitum ei omnes praecludere vias ad exceptiones contra priorem debitorem, si delegatio perfecta sit: iis enim renunciasse intelligitur. Quae distinctionis momenta satis declarant, notiones illas magis per iurisRomani interpretes fuisse distinctas, quam vt in foro iuris naturalis realiter differant, in quo nihil vlterius euinci posse videtur,

Nam nihil intereſt, vtri quis ſoluat: multum autem, a quo quis debitum exigat.

videtur, quam ceſſionem eſſe delegationem imperfectam, quae in perfectam mutetur, ſi trium iſtorum contrahentium conſenſus accedat expreſſisque ſignis declaretur. Vid. WEBER ad h. l. GVNDLING. *via ad I. N. c. 22. p. 231.*

CAPVT XVII.

DE INTERPRETATIONE.

1. Rectae interpretationis neceſſitas.
2. Interpretatio *declaratiua* verborum popularium,
3. Technicorum,
4. Ambiguorum, quae fit per coniecturas.
5. Coniecturae petuntur ex materia,
6. Ex effectu & conſequentibus,
7. Ex coniunctis.
8. Interpretatio declaratiua ex ratione legis.
9. Interpretatio declaratiua vocum late & ſtricte ſignificantium: item *fauorabilium* & *odioſorum*.
10. Interpretatio extenſiua.
11. 12. Reſtrictiua.
13. Interpretatio articulorum colliſiuorum.

§. I.

ITa quidem eſt, vt neque in illis, quae imperio iniunguntur, quis vlterius obligetur, quam hic voluit;

§. III. *Vocabula artium* explicanda sunt secundum definitiones prudentum cuiusque artis. (1) Quod si vocabula ratissime lingua noscenda, in qua lex vel voluntas hominis scripta est, & significatus maxime vsitatus attendendus. Ex ignorantia autem linguarum tot lites, tot logomachiae oriuntur, vt sensus verus magis obscuretur, quam eruatur; quod bene inter causas logomachiarum adnotat WEHRENFELS *de logomachiis eruditorum. p.* 123. Politici saepe, vt inconsiderantiam loquendi excusarent, formulis incautis ignorantiam linguae praetexuerunt. MAZARINVS eo confugit, quum coadiutori Parisiensi exprobrasset: *qu' il lui auoit parlé fort insolemment.* Quod quum hic aegerrime tulisset: *il lui fit vn million d' excuses du terme insolemment: il dit & il pouuoit etre vrai, qu' il auoit cru, qu' il signifioit insolito. Mem. du cardin. de* RETZ *T.* 1. *p.* 70. Cancellarius Angliae HYDE sub CAROLO II. easdem latebras quaesiuit, quum LVDOVICVS XIV. de audaculo nimis sermone eius conquereretur: *il me dit*, inquit comes d' ESTRADES, *que la maniere de s' expliquer en sa langue, moins ciuile & moins honnête, que la françoise, auoit pu donner lieu au iugement, que s' en auois fait & au compte, que s' en auois rendu; mais qu' il m' assuroit, que ses pensées etoient pleines de respect & fort eloignées de toute hauteur.* Vid. *lettres, memoires du comte* d' ESTRADES *T.* 1. *p.* 201.

§. III. (1) Notum est, in artibus ac disciplinis ideas adeo complexas vel abstractas & a vitae communis vsu alienas occurrere, & per ratiocinationem mentis ad veritates apertius & distinctius concipiendas elici, vt popularis sermonis ambitus non sufficiat ad eas vocabulis vulgaribus exprimendas.

cabula artium adiuerit is diuerſiſſimo definiantur; ad ites praeſcindendas facit, popularibus verbis exprimere, quid per eam vocem intelligamus. (2)

§. IV.

Quemadmodum autem omnes animorum ideas ingenti ſimilitudine conſentiunt, ita omnium ideis ſimilia ſunt res ipſae quarum ideae ſunt; ſic denique ſcripta vocibus ſunt ſignificativa, quemadmodum voces ſunt animorum ideis ſignificativae. Itaque ordo ſcribendi eadem ubique gentium eſt, qui ordo loquendi, ne tanquam rudimenta quaedam ſint, ſed ipſa per ſe ſignificationes eorum, quae in animo ſunt, cum ſcripta ſint, quae vero ſcripta ſunt, cum ſint eorum, quae in voce ſunt, ſignificationes. Haec ita eximiae diligentiae mortales, ne ſolum cogitanda aut vocalia, ſed etiam ſcripta communicent ingenia beluarum longe ſuperantia, ſolum ſcripta, humana genera, inuenta, ut mutuum ſui ſenſum ne vocis quidem auxilio indigentes, videant, animum non ſolum praeſentibus, ſed etiam abſentibus, non ſolum ſuis, ſed etiam poſteris, non ſolum proximis, ſed etiam longiſſime remotis, per vera denique ſimilia per res ipſas animorum ſenſibilem in modum ſe exhibere, ſenſibus patentes.

(2) Hoc omnium valet tempore, quando volumus res ipſas eſſe cognitas, & notiſſimas dicimus. Sed ſi non ſit expreſſa ab altera mentium notione: hi non poſſunt explicari, nili notionem eius deſcripſerint, ut quae ſenſum illi primum, deinde interpretum rerum varia ſignorum notatio, prout vſus obtinuerunt ſimilitudinem indicauit. Non autem ante & deſcripſum genus hic propoſuit ſex notiones, (de quibus 1) ſtatim pauca ex s. 2. pro-

ciſſim liquido debet. (1) Quum enim, inprimis in rebus fungibilibus, tantumdem ſit idem; & vero, vbi mutuum eſt debitum, mihi ſtatim tantumdem eſſet reddendum, atque ipſe accepi: igitur declinandis inutilibus ſolutionihus commodiſſimum eſt, vtrumque ſuum retinendo ſolutione defungi. (2) Patet autem, compenſari proprie poſſe res fungibiles eiusdem generis, quarum ſoluendarum tempus praeſens eſt, aut praeteriit; non aliae res, aut praeſtationes diuerſae naturae; niſi forte illae vtrimque in ſui aeſtimationem ſeu in pecuniam reſoluantur.

§. III. Tollitur quoque obligatio *condo-*

§. II. (1) Liquidum appellatur debitum, quod debitor ipſe fatetur: vel ſi idem negare velit malitioſe; vel debitoris litteris, vel teſtium idoneorum praeſentia facile & ſine ambagibus probari poteſt.

(2) Eiusmodi reciproca & *idemtica* ſolutio eumdem titulum mereretur, quem LOCKIVS propoſitionibus idemticis tribuit, quas appellat nugatorias. Compenſatio itaque nititur non tantum commoditate ſolutionis, ſed etiam concinnitate ad euitandam abſurditatem repetendae inutilis ſolutionis, quae fraudis vel deceptionis ſpeciem prae ſe ferret, vt indicat PROELEVS *ad h. l. p.* 250.

rendationes, seu remittitur eius, cui quid debebatur, & cuius interest obligationem fuisse expletam, seu fieri vel *expresse*, per actum data signa confitentem relinquit; per ea, data acceptilatione, (1) recidit in ac abolitis chirographis; (2) vel *tacite*, si quis iste impetrat, ne in causa fit, quo minus, quod illi debetur, possit praestari.

§. IV. Solent quoque solui obligationes, quae virtutique partis praestatione constant, re adhuc integra *mutuo dissensu*, (1) nisi leges prohibuerint. Vbi autem ab altera parte iam quid fit praestitum; decedat coguere vel ipsum condemnatio, vel vi alia ratione id fecuturus.

§. V. Praeterea non tam solvitur, quam *abrumpitur* obligatio alterius

§. III. (1) Quando eiusdem fuisse videntur, &c. Iustin. hinc rede distat antiquitas Iuris. (2) Non tamen ex nudatis pactum datae tantum confitentis tacitam liberationem esse putet, de. Iustin. hoc pactum debitori concedit.

§. IV. (1) Quia mutuo consensu obligatio contrahitur, eadem voluntatum vi tollitur, quae eam introduxit. Hinc requisitae eaedem plenae consensus quoad totum obligationis negotium, & eaedem publicitatis, ibi etiam tollit, quae introduxit circa dissolutionem contractus.

partis *perfidia*. Quando enim vnus non praeſtat, de quo eſt conuentum; neque alter tenetur praeſtare, quod intuitu iſtius praeſtationis in ſe recepit. (1) Nam capita praeſtandorum in pactis priora poſterioribus inſunt per modum conditionis, quaſi ita dictum foret: praeſtabo, ſi tu praeſtiteris prius.

§. VI. Exſpirant quoque obligationes, (1) quando *ſtatum*, in quo eaedem

§. V. (1) Perfidia vnius in altero obligatio non tam ſoluitur, quam impeditur, quo minus praeſtare poſſit alter, quae perfido promiſit, qui pacti conditionem non impleuit. Impeditur tamen tantum eo in pacto, in quo perfidia commiſſa eſt: nec aliquis ex alterius malitia ius accipit, reliqua pacta omnia, quae cum eo iniit, diſſoluendi fideique datae renuntiandi: nam etiam perfidis fidem ſeruandam eſſe ratio dictitat. At in perfido non ſoluitur, nec abrumpitur, nec impeditur obligatio, quam fraudulenter excutere tantum adnititur: alter enim, ſi vult, perfidum ad ſeruandam obligationem variis modis pro diuerſitate ſtatus cogere poteſt.

§. VI. (1) Exſpirant, 1) quia palmaria exſpirat conditio, in qua contractus erat fundatus: 2) quia tolluntur ſaepius vires ad ſeruandam obligationem neceſſariae, quarum intuitu fuit ſuſcepta. Non tamen omnis mutatio ſtatus huc pertinet: ea enim, a) quae conſulto & doloſe ad tollendam obligationem ſuſcepta, b) non prorſus omnia fundamenta & vires implendae obligatio-

nis

eaedem vnice fundabantur, *mutauerit* vel ille, qui praeſtare, vel is, cui praeſtari debebat.

§. VII. Ipſo *tempore* exſpirant obligationes, quarum duratio a puncto aliquo temporis ſuſpenſa fuit: niſi expreſſa aut tacita partium conuentione illa prorogata fuerit. Neceſſum eſt tamen, vt intra illud tempus facultas exigendi obligationem exſtiterit. (1)

§. VIII. *Morte* denique ſoluuntur obligationes in perſona alicuius radicatae. (1) Subiecto quippe ſublato accidentia quoque exſtingui neceſſum eſt. Saepe tamen in ſuperſtitibus defunctorum obligatio continuatur. Idque vel quia ſuperſtes ex officio pietatis, aut alias ob rationes,

nis delet, obligationem non tollit. Exſpirant quoque obligationes, ſi id, quod debemus, citra noſtram culpam perierit e. c. in depoſito.

§. VII. (1) Quod enim quis non potuerit ea, quae ſibi debita ſunt, vrgere & exigere, non vergere debet in eius praeiudicium: inde etiam non valet praeſcriptio, vbi defuerunt vires, ius ſuum proſequendi.

§. VIII. (1) Mortem ciuilem huc etiam refert GVIL. GROTIVS *de princ. iur. nat. cap.* 20. §. 17. *p.* 353. ſed ea pertinet ad §. 6. quum ſit mutatio ſtatus cuiusdam ciuis in deterius.

defuncti obligationes explendas in se suscepit; vel quia ex defuncti bonis obligationi erat satisfaciendum, quae cum isto onere in heredem transierunt.

§. IX. Per *delegationem* substituit quis creditori suo consentienti debitorem suum, vt hic loco ipsius debitum suum exsoluat. Vbi creditoris quidem consensus requiritur; non autem tertii istius debitoris, quem etiam ignarum & inuitum alteri volenti delegare possum. (1) Nam

matrimonium ex eodem deducenda. 4) Impeditae quoque tractationis cauſſa eſt confuſio principiorum iuſti, honeſti & decori, quae circa hanc materiam eo accuratius diſtinguenda, quo magis id, quod iuſtum eſt, circa coniugium diſtincte concipiendum, & tandem 5) fines ipſi ſocietatis matrimonialis, qui plerumque in propagatione ſobolis, exſtinctione libidinis, mutuo adiutorio poni ſolent, varia ſententiarum ambiguitate mentem ita irretiunt, vt e labyrintho inextricabili quomodo ſe expediat, neſcire videatur. His difficultatibus accedunt varia praeiudicia, quae animos hominum occupant. 1) Putant, coniugium eſſe rem mere ſacram extra ſphaeram humani iuris & facti poſitam, cuius fundamenta magis credenda, quam inueſtiganda ſint. Quorum errorem ipſa doctrina de coniugio, ex pacti mutuo conſenſu initi regulis & conditionibus dependente, luculenter enodabit. 2) Alii praeiudicio pudoris ſui ex inſtitutione, vel educatione, vel temperamento exorti incitantur, vt id, quod circa matrimonium iuſtum eſt, ex eius imperu diiudicent. 3) Nonnulli ſtatum coniugalem poſt lapſum ad normam coniugii in ſtatu integritatis reuocant & praeiudicio confuſionis ſtatus integri & corrupti miſere laborant; quum alia plane quaeſtio ſit, quid iuſtum dicendum circa actiones lapſi hominis; alia, quid conuenerit homini perfectiſſimo. 4) Multi propagationem humani generis in toto rectae rationis ambitu circumſpicientes, & ſecundum omnes eiusdem regulas examinantes, doctrinae exinde reſultantis farraginem omnem plena manu in ius naturae transferendam eſſe iudicant, praeiudicio communiſſimo occaecati, quod

quid-

§. II. Circa hoc initio conſtat, ardentem illam ſexuum inter ſe procliuitatem (1) a ſapientiſſimo creatore inſtitutam non ad inanem voluptatem ſatiandam ; quippe quae vnice ſpectata ſummam foeditatem & confuſionem in genere humano exci-

quidquid rectum videatur rationi, ad ius naturae pertineat. Haec & talia partim corrigenda, partim perdiligenter & ſumma attentione diſtinguenda, ne forum ethicum cum iuris naturae cancellis quodam quaſi aceruo confundamus, & in diiudicandis officiis hominum nobis ipſis imponamus.

§. II. (1) Illa procliuitas hominis & in anima & in corpore reſidet: in corpore eſt emotio ſanguinis & ſpirituum animalium, vt in brutis animantibus: in anima amor beſtiis plane incognitus, quo in beneuolentiam cuiusdam hominis alterius ſexus rapitur. Originem eius, quam natura trahit, PLATO ridicule *androgynorum* ſuorum hiſtoria delineare voluit in *conuiuio Ariſtophanisque laudatione p. m.* 398. *T.* 2. *opp. a* FICINO *edit. Lugd.* 1550. Finem iſtius procliuitatis ſiue propagationis rationem, ad quam tendit, non tantum epilepſiae ſimilem dixit DEMOCRITVS ; vid. MENAGIVM *in Laërtium lib. IX. n.* 43. *p.* 410. ſed illa nihil ineptius aut viro ſapiente indignius eſſe, nihil mentis celſitudinem turpius deiicere putarunt AVGVSTINVS *ſoliloqu. cap. X.* Th. BROWN *relig: medici P. II. ſect. IX. p. m.* 397. SADEVRS *Neu-entdecktes Südland:* LA BOVRIGNON *dans ſa vie continuée p.* 315. Conf. Mr. BAYLE *diction. T. I tit.* ADAM *lit G. & T.* 3. *lit.* SADEVR *lit. E*

excitatura erat: ſed tum vt eo iucundior inter coniuges eſſet conuerſatio, tum vt eo lubentius homines propagationi ſobolis operam darent, ac moleſtias tolerarent, quae iſtius ſuſceptionem atque educationem comitantur. Ex quo conſequitur, naturali legi repugnare omnem vſum membrorum genitalium, qui ab hisce finibus abit. Quo nomine etiam vetita libido (2) in diuerſam ſpeciem aut eumdem ſexum ruens; quaeuis foedae pollutiones; & denique omnis commixtio, ſiue mutuo conſenſu ſuſcepta, ſiue inuitae feminae

(2) Omnis libido per principia honeſti prohibetur non per ius naturae, & eius ſpurcities ex iisdem cognoſcenda: quemadmodum BEVERLAND oſtendit, qui ſeculi, vt ipſe fatetur, deliciis inefcatus in lubrica illa ſemita cecidit non ſemel, & vt publicum, quod dederat ſcriptis ſuis libidinoſis, ſcandalum tolleret, admonitionem edidit *de fornicatione cauenda Londini* 1691, cui poſtmodum acceſſit IO BRANDII *deteſtatio nefandiſſimi ſceleris Onanitici grauiſſima.* Vide & OSTERWALD *tr. contre l' impureté.* Contra nequiſſimae libidinis foeditatem argumenta partim a pudore naturali, partim ab eo, quod membra contra naturam applicentur, nullius roboris eſſe oſtendit THOMASIVS *inſt. I. D. L. III. cap. II. §. 152. ſqq.* BAYLE *dict. hiſt. T. I. tit.* HIPPARCHIA not. D. Quibuscum conferantur, quae opponit HOCHSTETTERVS *coll. Puf. p.* 396.

feminae intentata extra matrimonium.

§. III. *Obligatio ad contrahendum matrimonium* conſiderari poteſt vel in *reſpectu ad totum genus humanum*, vel *in reſpectu ad ſingulos*. *Illa* in eo conſiſtit, quod propagatio ſpeciei humanae haut quidquam ſit inſtituenda per vagos & ſolutos concubitus; ſed vtique legibus connubialibus circumſcribenda, adeoque per matrimonium dumtaxat exercenda. Citra hoc enim decora & bene diſpoſita inter homines ſocietas vitaeque ciuilis cultus intelligi nequit. *Singuli* autem ad matrimonium ineundum tenentur, quando commoda ſeſe eius occaſio offert: quam tamen non ſola aetas generandique facultas abſoluit; ſed vt copia quoque ſit decentis conditionis, nec non facultas alendi vxorem & prolem naſcituram: ac vt mas quoque ſit idoneus ad gerendam perſonam patrisfamilias. Niſi tamen aliquis compoſitus ſit ad exigendum caſtum caelibatum, ſentiatque, plus ſe vtilitatis poſſe procurare huma-

no generi aut ciuitati caelibem, quam vxoratum; praeſertim vbi nulla prolis penuria ſit metuenda. (1)

§. IV. Inter eos, qui matrimonium inituri ſunt, interuenire ſolet & debet

§. III. (1) Iure naturali nemo praeceptiue obligatur ad matrimonium ineundum; ſed ius tantum conceditur homini, vt poſſit legitimo modo ſobolem procreare: hominis ergo arbitrio relinquitur, an velit iure ſuo vti, vel in caelibatu viuere. Secundum honeſtatis tamen, decori & prudentiae regulas varie obligari poteſt homo poſitis his vel illis circumſtantiis, vt matrimonio ſe ſubiiciat. BEYERVS quidem *delin. I, N. c.* 26. §. 9. 10. *p.* 161. obligationem aliquam ex fundamento iuris naturalis ſocialitate deriuari putat. *Scilicet tot*, inquit, *homines procreati ſunt, quorum auxiliis vtor: ergo vicisſim procreanda ſoboles, quae aliis vtilis eſſe poſſit. Vti vero omnia officia adfirmatiua requirunt occaſionem agendi: ita potiſſimum matrimonium. Nam vt ſoboles proximo meo commoda generetur, requiritur prudentia educandi, & opes tolerandis matrimonii oneribus ſufficientes: alias vel mendicos, vel maleficos reipublicae darem: quales non proſunt, ſed nocent: & vbi proximo maiora commoda ex caelibatu meo proueniunt per matrimonium impediendа; ibi ille prae hoc eligendus.* Ipſe tamen haec ad humanitatis officia refert paullo poſt adiiciens: *Omnium vero horum determinatio dependet a ſolo agente: vnde ſequitur, neminem ad matrimonium cogi poſſe; ſicut nec ad reliqua humanitatis officia.* Pleraque, quae ab auctore in hoc §. adferuntur non ad ius naturae, ſed ad decorum pertinent.

debet *pactum*, quod, vbi *regulare* & *perfectum* fuerit, hisce capitibus absoluitur. *Primo*, quia vir, (abs quo vt contractus incipiat, vtriusque sexus indoli magis congruit,) propriam vtique sibi sobolem intendit quaerere, non supposititiam aut adulterinam; igitur *fidem dare viro debet femina*, quod nemini, praeterquam ipsi, corporis sui vsuram velit concedere. Quod itidem a *marito femina viciſſim* solet stipulari. *Deinde* quum nihil magis ab indole vitae socialis & ciuilis abhorreat, quam vita vaga ac desultoria, incerto lare, nulla fortunarum sede: quumque communis sobolis educatio commodissime instituatur coniunctis vtriusque parentis operis; ac cohabitatio continua plurimum contineat iucunditatis inter coniuges bene compositos; per quam etiam marito certius de castitate vxoris constare potest: igitur in id quoque fidem marito dat vxor, quod *viro continuo cohabitare*, adeoque in arctissimam vitae societatem, eamdemque familiam cum ipso coale-

ſcere velit. (1) Cui ipſi & mutua promiſſio de tali inuicem conuerſatione, qualem indoles eius ſocietatis requirit, ineſſe intelligitur. Quia autem non ſolum naturali vtriusque ſexus conditioni maxime congruit, vt in matrimonio viri conditio ſit potior; ſed & maritus familiae, a ſe vtique conſtitutae, caput ſit; conſequitur, vt vxor in negotiis matrimonium ac familiam concernentibus directioni mariti ſit obnoxia. (2) Inde & mariti eſt, de domicilio conſtituere; nec vxor iſto inui-

§. IV. (1) Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, nihil hic deprehendi in pacto coniugali, quod ſanctitatis ideam inuoluat; ſed matrimonium eſſe actum mere humanum, & quae ad res ſacras idem refert, ſententiam ex pontificiorum doctrina emanaſſe: vti vberius hoc exponunt ODELEMVS *diſſ. ſub praeſidio I. S.* STRYCKII *Halae hab. de reliquiis ſacramenti in matrimonialibus:* BOEHMERVS *not. ad Schilter. p.* 270. THOMASIVS *diſſ. de vſu practico tit. inſtit. de nuptiis c. II. §. 9. lit. m. & not. ad Lancellottum p.* 783. 792. PVFEND. *von der geiſtlichen Monarchie des Stuhls zu Rom* §. 13.

(2) Imperium mariti in vxorem non eſſe iuris naturae ſatis oſtendit THOMASIVS *inſtit. I. D. lib. III. c. II. §.* 105. *ſqq. diſſ. de crimine bigamiae* §. 33.

Paci-

inuito peregre abire aut ſecubare poteſt. Tale tamen imperium,

Paciſcentes enim ſunt aequales, nec vlli eorum ex alterius imbecillitate, imprudentia, moribus incultis &c. naſcitur ius eidem imperandi & obſequium ab eo poſtulandi. PROELEVS quidem *Grund-Sätze des Natur-Rechts P. III. c. XXX. §.* 68. *ſqq.* imperium coniugale illi coniugi adiudicat, qui maioribus ingenii & iudicii viribus polleret: nam omni rationi putat aduerſari, hominem abſurdum & inſipientem ſapienti imperare debere. At vero haec ſapientia ius tantum imperfectum conſtituit, & nil aliud innuit, quam ſapientem aptum eſſe ad imperium; non autem iure perfecto id ſibi adſumere poſſe demonſtrat. Infinitae exinde lites eſſent exoriturae inter liberos ſapientiores & parentes ſimpliciores; nec vlla ſecuritas publica exſtitura, ſi ſapientia, de qua quilibet facile perſuaſus eſſe ſolet, nec alterius arbitrio deciſionem relinquit, ius perfectum ad imperium inferendum & poſcendum ſuppeditaret. Quare non video, quomodo HOCHSTETTERVS imperium maritale ex conſenſu conſociationis deducere velit: conſenſus enim in ſe conſideratus mutuus eſt, & nihil inaequalitatis includit; quum vterque coniugum promittat de corpore ſibi inuicem praebendo. Id tantum exinde ſequitur, iuri naturae non repugnare, vt alter coniugum, & quidem femina aeque, ac mas, per conſenſum conſociationis ſibi imperium coniugale adquirere poſſit. Idcirco male BODINVS *lib. I. de republ. c.* 3. contendit: ſi aliquis in contrahendis nuptiis mediante iuramento feminae imperandi poteſtatem promiſiſſet; pactum illud ſeruandum non eſſe: nil enim obſtat, quo minus

fides

quod ius vitae & necis grauemque coërcitionem, nec non plenam poteſtatem circa quaeuis bona vxoris disponendi comprehendat, ad eſſentiam matrimonii neceſſarium non videtur; ſed iſtud ex peculiaribus pactis inter coniuges, aut ex legibus ciuilibus alicubi conſtituitur.

§. V. Porro vti illud manifeſte legi

fides ſeruanda ſit in pacto, cui nullum vitium ineſſe deprehenditur. Nec ad ſexuum praerogatiuam & praeſtantiam hic prouocare integrum erit: quae nihil euinceret, quam ſolam aptitudinem ſubeundi imperii: licet vel maxime adhuc dubium ſit, an natura eiusmodi praerogatiuam ſtabiliuerit? multi enim iam oſtenderunt, feminarum imperfectiones ab educationis neglectu, conſuetudine vitae ſolitariae &c. pendere. Vid. HENRICI CORNELII AGRIPPAE *decl. de nobilitate & praecellentia feminei ſexus opp. T. II. p.* 377. vbi tamen multa praecellentiae argumenta parum firma adducuntur. Felicius materiam pertractat & accuratius *de la* BARRE *tr. de l'egalité de deux ſexes*: BELLEGARDE *lettres curieuſes de litterature & de morale lett. IV.* CLEANTIS *apologie de la ſcience des dames a Lion* 1662. 12. Alium quidem FECHTIVS *theſ. moral. P. I. §.* 4. characterem adducit imperii matrimonialis, adſerens, hodierna virorum, & vaſta quidem ac terribilia capillamenta, & feminarum noſtrarum non mitris, ſed turribus, inhumeris faſciarum fimbriis bene comptis munitisque, onuſta capita adſcendentem earum ſupra viros poteſtatem citra dubium arguere: ſed ingenio luſiſſe tunc temporis videtur VIR ſumme reuerendus,

legi naturali repugnat, *vnam mulierem pluribus viris ſimul* cohabitare: ita, vt *vnus ſimul duas pluresue uxores* habeat, apud plurimas gentes & in ipſo quondam Iudaico populo receptum. (1) Nihilominus ſi vel

§. V. (1) De habitu polyandriae & polygamiae, ad pacem externam ſi diſpiciamus, non deprehendimus, hasce ſpecies matrimonii per ſe pacis naturam turbare: nec in meditatione eius, quod naturaliter iuſtum eſt, ſtatim praecepti alicuius conſcii ſumus, marem vnum vni feminae tantum eſſe iungendum; inprimis quum cognoſcamus, ſecuritatem externam alicuius hominis ſubſiſtere poſſe, licet vel pluribus feminis, vel pluribus viris, vel vni tantum homini ſolus, vel coniunctim cum aliis ſociatus eſſe intelligatur. Nec obſtant iſtae lites, diſcordiae, moleſtiae, quae ex eiusmodi ſtatibus reſultare nobis videntur: vlterius enim rem inueſtigantibus apparet, ea incommoda per accidens obuenire, & ſtatus illos ſine talibus moleſtiis commodiſſime exiſtere poſſe: quare colligimus, coniugia iſtiusmodi iure naturae eſſe permiſſa, ideoque etiam ab aliis iuribus humanis ac diuinis reſtringi & circumſcribi poſſe: quod etiam factum eſſe & quotidie fieri, ne quidem ignariſſimum latebit. Quae quum ita ſint; non opus eſt, vt in emaculanda *patriarcharum* polygamia anxie deſudemus, & ad inadaequatas ac iniquas, ne quid acerbius dicam, excuſationes cum nonnullis theologis dilabamur, *quod nimius patriarcharum ad maturandam Meſſiae natiuitatem zelus rem alias per ſe illicitam fecerit quodammodo excuſatam:* quae ſententia eſt IAEGERI *obſerv. ad Grot. p.* 106. DANHAVERI *theol. conſt. P. II. ſect.*

maxime a primaeua matrimonii inſtitutione in diuinis literis tradita abſtrahamus; ex ipſa tamen recta ratione conſtat, longe decentius iuxta atque vtilius eſſe, vnum vna eſſe contentum. Id quod & vſus omnium, quas nouimus, gentium chriſtianarum a tot ſeculis comprobauit.

§. VI. Nec minus natura tam arctae coniunctionis oſtendit, *matrimonium*

II. ſect. II. §. 5. p. 791. Sane ſi polygamia ſit contra ius naturae, vti illi adſtruunt; impium erit, crimine aliquo voluiſſe maturare aduentum Meſſiae: quae intentio ad fornicationem facile applicabilis adgrauat magis, poſita illa hypotheſi, delictum patriarcharum, quam vt excuſandi ſubſternat argumentum. Nec locum hic inueniet dispenſatio, ad quam IAEGERVS l. c. & alii prouocant: ipſe enim paſſim adfirmat, dispenſationem in lege naturae locum non habere: quomodo ergo in polygamia, quae contra ius naturae ab eo eſſe dicitur, ſtatuenda erit? Optandum profecto eſſet, vt tandem quieſcerent ſcripta tot eriſtica circa hanc materiam: cuius non tantum controuerſia, monente KVLPISIO, parum vtilitatis habet; quod de eius, quod tot iuribus interdictum eſt, licentia fruſtra disputetur: ſed etiam maxima eius pars ad logomachias circa terminum iuris naturae referenda. Scriptorum hac de re numeroſum catalogum exhibent ſcripta, quae a WILLEMBERGIO & eius aduerſariis edita ſunt, praeſertim STOLTZ de quaeſt. *an concubinatus ſit tolerabilior polygamia? Lübben* 1715. 4. *p.* 4. *ſq.*

Digitized by Google

monium debere esse perpetuum, & non nisi alterutrius coniugum morte finiendum : (1) nisi principalis pacti

§. VI. (1) Perpetuum debere esse matrimonium, ex iure naturae non patet: tota enim natura coniugii absoluitur pacto ad propagandam sobolem: pactum autem ad tempus iniri potest, & finis huius pacti intra certum temporis spatium obtineri. Saepius quoque pacis externae interest, vt illi a se inuicem discedant, qui nolunt esse coniuncti: nec dissolutio istius pacti iustitiae repugnat, per cuius regulas liberum est pactum mutuo consensu initum rursus mutuo dissensu dissoluere: nec ex ratione constat de aliquo impedimento, quo minus haec pacti conditio etiam quadrare debeat in pactum matrimoniale. Quod de educatione moneri solet, eam in perpetuo matrimonio felicius posse institui, quam si eius duratio interrumpatur; hoc quidem nonnumquam verum est: saepius tamen educatio feliciter procedit, licet a patre vel matre tantum sit suscepta: quando scilicet alter coniugum morte discessit. Educatio insuper non est de essentia matrimonii: pertinet potius ad officia humanitatis parentum in liberos. Leuitas diuortiorum exinde oriunda hic obiici nequit: diuortia enim in statu naturali mutuus metus propinquorum, vel amissionis bonorum, vel aliorum malorum impediturus esset: quod inter principes e. c. in HENRICO IV. & SIGISMVNDO imperatoribus obseruare licet: in statu ciuili vero magistratus licentiam istorum circumscribit: quae si vel nimis libera sit, vel nimis restricta; reipublicae noxia esse videtur. HERTII argumentum; quod pro indissolubilitate matrimonii adfert *ad Pufend. L. VI. c. I. §. 20. litt. a. p. 829. Si ceterae amicitiae sine graui culpa dissui*

non

cti matrimonialis capita fuerint violata per adulterium & malitiosam desertionem. Ob mores autem male compositos, & qui cum malitiosa desertione eumdem non producunt effectum, separatio dumtaxat quoad torum & mensam inter christianos recepta est, sine permissione ad secunda vota transeundi. Cuius inter alias etiam haec ratio est, ne facultas diuortii contumaciam morum alat; sed potius alterius conditionis desperatio ad commoditatem morum mutuamque tolerantiam coniuges incitet. Ceterum ob violata pacti matrimonialis capita pars laesa tantum vinculo exsoluitur, quod in altero continuatur, si quidem pars laesa velit, & cum altero in gratiam redire dignetur.

§. VII.

non possint; tanto minus illa, quae tot pignorum vinculo continetur: vnde pendet honesta tum propagatio, tum educatio nobilissimi animantis: pertinet ad principia decori, quae multa circa diuortii actum a iure naturae permissa arctius limitant, & apertius decidunt. Conf. KAYSERI *diss. de iure principis euangelici circa diuortia sub praesidio Böhmeri Halae* 1715. *hab.* & scripta, quae THOMASIVS, IAEGERVS, FREITHAVPT, STOLTZ &c. *de concubinatu* ediderunt: ex quorum argumentis sibi inuicem oppositis veritas eo clarius elucebit.

Digitized by Google

§. VII. Contrahere licite matrimonium, vbi lex ciuilis non obſtat, poteſt *quilibet cum qualibet*, ſi aetas (1) corporisque conſtitutio matrimonio

§. VII. (1) Actus ad coniugium ineundum habilis I. N. non determinatur, nec apud nationes diuerſas eadem eſſe ſolet. Mira ſunt, quae de Bengalis referuntur. ANDERSEN *itinerario p.* 28. teſtatur: *Dieſer Tage hat ein Benianiſch Weib, ſo nur 9 Iahr alt, 2 lebendige Kinder zur Welt gebracht, welche ich ſelbſt geſehen. Vnd ſoll allhier gar gemein ſeyn, daß Kinder von 7 und 8 Iahren Kinder zeugen, wie obgedachter Ober-Kaufmann Trilingen mich berichtete, und ſoll daher kommen: die Benjanen verheyrahten ihre Töchter im 5. Jahre ihres Alters an Knaben und Jünglinge von 15. 16. Jahren: die ſpielen durch dergleichen Beyſchlaf ſo lange, bis die Natur zu ſolchem Wercke thätig vnd bequem wird.* Coniugia ſaepe approperat auaritia imperantium vel voluptas: illud de Hiſpanis adfert GAGE *itiner. P. 2. c. 16. p.* 331. *Damit die Schatzung ſich immer mehre; ſo müſſen alle, die das* 15. *Jahr erreichet haben, ſich verheyrathen: ja man hat die Zeit zu heyrathen den Indianern auf* 14. *Jahr für die Knaben, vnd für die Mägdlein auf* 13. *herab geſetzt: denn die Spanier ſprechen, es ſey kein Volck, das zeitlicher zum Kinder zeugen tuchtig werde, vnd das zeitlicher zum Verſtande komme vnd zur Arbeit geſchickt ſey, als die Indianer.* Hoc vero de Armeniis teſtatur *Paulus* LVCAS, qui a. 1702. Perſiam & Armeniam permigrauit, *in Reiſe nach der Leuante T. I. p.* 46. *ſq. Oefters gehen die Verſchnittene in die Häuſer, vnd wo ſie ein ſchön Mägdgen finden, nehmen ſie es vnd bringen es dem Konig: gefällt ſie ihm;*

ſo

monio habilis adſit; *niſi impedimentum aliquod morale* obſtet. Moraliter impeditur aliam coniugem adſciſcere, qui quaeue alteri iam coniugi iunctus iunctaue eſt.

§. VIII. Sed & pro morali legitimarum nuptiarum impedimento habetur *arcta nimis ſanguinis aut adfinitatis coniunctio.* (1) Quo nomine et-

ſo muß ſie eine Mahometanerin werden, und ſo dann zu dem andern Kebs-Weibern in das Haram.... Anders können alſo die Armenier nicht, als daß ſie ihre Töchter im 7. bis 8. Jahr verheyrahten, wie der Herr Macara gethan, welcher ſeine Tochter, aus eben der Beyſorge, bereits in ihrem 9. Jahre weggegeben. Plura vid. in WVLFERI *not. ad* SAARS *Reiſeb. p.* 62. *ſqq.*

§. VIII. (1) Arctam nimis ſanguinis aut adfinitatis in coniugio coniunctionem eſſe contra ius naturae, non liquet: licet ſit contra iura diuina poſitiua: cognatio enim & adfinitas, ex quarum gradibus incęſtus determinatur, deducuntur ex communione ſanguinis: de qua I. N. non conſtat, quomodo communio phyſica effectum moralem producere poſſit. Inuertunt potius nationes nonnullae argumentum ex propinquitate ſanguinis petitum. Parens Ceylanenſis teſte HERPORTI *itin. p.* 178. filiam locans in matrimonium, rem prius cum ipſa habet, eodem inſulſo argumento vtens: *Daß es ihm gebühre von dem Baum, den er gepflantzt, die erſte Frucht zu genieſſen.* Caraibes ſibi iungunt virgines proximo ſanguine adnatas, rationem allegantes, eas ſibi a natura in vxores deſtinatas eſſe. *Wann*

ſich

ne etiam naturali lege nefariae iudicantur nuptiae inter adſcendentes & deſcendentes in infinitum. Reliquas autem nuptias in limite transuerſo, puta cum amita & materterra, cum ſorore, item in adfinitate cum

ſich dieſe Wilden verheyrahten; ſo pflegen ſie ihre nächſte Baſen zu nehmen, die mit ihnen leiblich Geſchwiſter-Kind ſind: vnd dürfen nicht ſagen, daß ſie dieſelbe zu Weibern nehmen: dann ſie ſind ihnen von Natur gegeben, und können ſolche ohn alles Gepränge in ihre Häuſer mit ſich führen.... Wann es ſich zuträgt; daß einer unter ihnen keine ſolche nahe Baſe hat, die mit ihm Geſchwiſter-Kind wäre: oder wann er etwa zu lang gewartet dieſelbe zu heyrahten, und ihre Eltern ſolche einem andern gegeben; ſo können ſie alsdenn Jungfrauen heyrahten, die ihnen nicht verwandt ſind. ROCHEFORT *Beſchreib. der Antillen-Inſuln T. 2. p. 470. ſqq.* Circa lineam collateralem res certa eſt: voluit enim creator propagari genus humanum: propagari vero, niſi ex connubio fratrum & ſororum, non poterat: ex quo totum humanum genus prognatum: quod caſu neceſſitatis, quum duos tantum creaſſet DEVS homines, inſulſe nonnulli excuſare volunt: quaſi ille caderet in DEVM: ſed ſecundum lineam rectam diſſentiunt plurimi. Vid. GROT. *lib. 2. c. 5. §. 12.* PVFEND. *l. VI. c. I. §. 32.* BECMANN. *in conſp. polit. c. 8. p. 40. in medit. polit. c. VII. §. 13.* VELTHVYSIVS *de naturali pudore cap. de inceſt. per tot. opp. T. I. p. 177. ſqq.* Rationes eorum deſumuntur 1) ab abhorrentia humanorum adfectuum: 2) latius ſpargendis amicitiis: 3) aetatis disparitate: 4) confuſione nominum

cum nouerca, ſocru, priuigna, non ſolum lex diuina, ſed & cultarum leges gentium, & chriſtianorum conſenſus deteſtatur. Quin & multorum populorum leges ciuiles remotiores quosdam gradus prohibuerunt ad obiiciendam velut ſepem prius dictis gradibus ſanctioribus, ne ad hos temerandos ita facile rueretur.

§. IX. Ceterum vti aliis contractibus atque negotiis certa quaedam requiſita ſueuerunt addere leges ciuiles, quae ſi obſeruata non fuerint, in foro ciuili pro validis non habentur: ita & circa matrimonium contingit, dum alicubi per leges ciuiles, honeſtatis & boni ordinis cauſſa, *ſollemnia* quaedam requiruntur. Quae

nominum neceſſitudinis: 5) communione ſanguinis: 6) debito reuerentiae: 7) pudore naturali vel ſolum conſiderato, vel cum reuerentia coniuncto. Verum eas docte reſoluit THOMASIVS *inſt. iur. diu. L. 3. c. 2. n. 220. ad 247.* Conf. elegant. diſſ. GEORGII BEYERI *de dispenſatione circa matrimonium intra gradus conſanguinitatis & adfinitatis prohibitos Lpſ. 1698, hab.* & PROELEI *praefat. ad comm. Muſaei de conſanguinitate & adfinitate in cap. XIIX. Leuit. de fundamentis dispenſationum in cauſſa matrimoniali.*

Digitized by Google

Quæ licet extra ius naturale sint citra illa sanctæ, qui legibus civilibus subiiciuntur, legitimum matrimonium non contrahenta (1) aut falsum eiusmodi coniunctio effectus iuris matrimonii in ciuitate non habebit.

§. X. *Officium* (1) *mariti* est exorem diligere, nutrire, regere, atque defendere: *vxoris*, maritum amare, honorare, adiutorio ei esse, non solum in generanda, & educanda sobole, sed & in parte curarum domesticarum capessenda. *Virtutum* autem indoles tam arctæ coniunctionis requirit, vt coniuges tam propense, quam adiutrices fortunæ fruendi, & fi qua aliæ curæ calamitate detingat, ab altero subleuentur necessitas

(1) Nimirum coniuges fum in contractu, tum in conuictum se prohibuerint in libris canonicis matrimonii, quæ facile superstitio hic *matrimonia de consummata*, in quibus nihil defecit, quod ad veram coniugium requirit, primæ fidelitatis & dominum, tamen legum ciuilium eo congruit, vt impubes coniuncta & matrimonio libi fortasse non placiturum, ante pubertatem non liberet. Vol. GUNZIUS *infl. de matrimoniis clandestinis Rittae* cap. 6. §. 6.

§. X. (1) De his officiis dispicit ethica.

nus vt prudenter mores ad concordiam inuicem tolerandam attemperent: qua tamen in parte concedere magis vxoris est.

CAPVT III
DE
OFFICIIS PARENTVM ET LIBERORVM.

1. Secundus ſtatuum adventitiorum; vbi *patria* in liberos *poteſtas*.
2. Eius origo.
3. An etiam ad matrem pertineat?
4. In quo poteſtas illa conſiſtat, in ſtatu naturali reſpectu patrum, qua talium.
5. Aliter ſe habet in aetate prima.
6. Aliter in adulta.
7. In quo conſiſtat patr. poteſtas reſpectu parum, quatenus ſimul ſunt capita familiarum: quomodo ſe habeat poteſtas patria in ſtatu ciuili?
8. Quomodo tollatur & quatenus patr. poteſtas.
9. Educatio vicaria, adoptio, oppignoratio, venditio an in liberorum commodum ſit licita?
10. Conſenſu parentum quatenus liberis opus.
11. Parentum officia
12. Et liberorum.

§. I.

Digitized by Google

§. I.

EX matrimonio prouenit prolis, in quam conflatus est *mutuus amor*, & *paternum ius*. Ius de N. & G. lib. VI. c. 11. imperii, quo parentum iussa venerari, eorumdemque præ se eminentium agnoscere liberi tenentur. *Vid.* II. *Oritur* imperium parentum in liber os *duplici* potissimum *causa*: *primo* quia ipsa *lex naturalis*, dum sociabilem ille hominem instituit, *paternam curam liberorum annexuit*; quæ vt eo minus negligeretur, tenerrimum simul adiectum in prolem natura insidere implantauit. Illi enim exercendas regiturque potestas liberorum actiones dirigendi ad ipsorum salutem, quam ipsi propter iudicii defectum nondum intelligunt. *Deinde* id imperium *tacito quoque consensu prolis* nititur. Nam recte præcinuntur, si infans eo, quo fabulatus est, tempore vsum rationis habuisset, ac perspexisset, vtram se cura parentum curam ac iunctum ipsi imperium seruare non posse, libenter illam

id conſenſuram, commodamque ſibi educationem ab iisdem viciſſim fuiſſe ſtipulaturam. *Actu* autem parentibus imperium in prolem conſtituitur, quando illam tollunt nutriuntque, & in commodum humanae ſocietatis membrum pro virili formandam ſuſcipiunt. (1)

§. III.

§. II. (1) Imperium parentum in liberos HOBBESIVS per matrem, quae prima infantem habet in ſua poteſtate, (*ſed tamen tamquam aequalem ſibi hominem,*) deduxit in patrem *tr. de ciue c. 9. §. 2, 3.* ABRAHAM A KERCKRAAD *diſſ. de imp. patrio, Vltraiecti* 1708. 8. *p. 7. ſqq.* ex imperio mariti in vxorem, (*quod tamen I. N. fundamentum nullum habet,*) originem demonſtrare voluit, liberosque melioris conditionis eſſe non poſſe dixit, quam ipſam matrem: quod idem propugnat HOVTVYN *polit. contr. gen. §. 16. n. 5.* GROTIVS *lib. II. c. V.* ex generatione id deducit, adeoque parenti vtrique ius in liberos vindicat: quod tamen PVFENDORF, HOBBES & HOVTVYN refutant: quum nemo duobus dominis ſeruire, nec generatio aequalitatem naturalem tollere queat. KVLPISIVS aliique cum auctore ad conſenſum tacitum infantum prouocant: ſed tantum praeſumtus conſenſus hic datur, qui nihil roboris naturaliter habet ad ius imperii conſtituendum. Si dicendum, quod res eſt: iure perfecto & ſtricte ſic dicto nulla ratio adferri poteſt, vnde parentes habeant imperium in liberos, qui naſcuntur vere liberi & parentibus naturaliter aequales. Nihil hic fortius parentes mouere poteſt, quam neceſſitas infantum, quae efficit,

vt

De officiis parentum & liberor. Lib. II. Quum autem ad generationem coëundi non minus mas, quam *femina* concurrat, adeoque physice prolis virique & communis dispiciatur: *virum ex prolem ipsi patiuri* (4) Super qua re distincte

ve, cum in partibus debeant, tam imperatorum in eorum gratiam & conservationem factis, & eorum filiorum inferendis confidentem, ille in eadem semper retentionis verba relapsus, ita quoque hic filios absque necessitate retinendos ait. Quidni ergo verum in hoc casu, ut in cæteris omnibus paternis, quæ tantum privatim bona respiciunt, dicamus, ad eum per primogenituram filium, in cujus fine, cur in illum tantum accedentia deferantur, quod tantum cum patre-familia accedit, eos exigentia, hæc pertinere? Illum parentem, tantum cum de novalibus necessaria colligenda, quando accedunt infantes, tantum homines ad agendos, fodiendos & emittendos fossatos vacabit, quæ ad fundum spectant primum, parvum inque parcitas in laboribus vel cum causa, fidei, vel cum vicinis internis obligationes, ut vero parentes maxime temperans & ad filiorum inferendum accedens: omnia ex decore principio perpetuata, simul imperio hic locus est, Quidquid extra bona certa, civilia vagatur, ex dubio est, non valet, & sed ejusdem generis pauciores, vel breves cautiones privatæ conformandæ. Cod. tit. XXXVII. adde. *L. N. & III. 4. III.*

§ III. (5) Quæstio hæc ex regulis imperatorum naturalis eodem semper imperium non propter hæc parentum in liberos naturalem non competere cum ceteris bonis, quæ ad eos ex pecu-

pronunciandum. Si enim *extra matrimonium* proles ſit generata; illa primo matris erit: quia pater heic niſi indicio matris cognoſci nequit. (2) Inter eos quoque, qui *in libertate naturali & ſupra leges ciuiles* degunt, pacto conueniri poteſt, vt non patris, ſed matris ius potius ſit. Sed *in ciuitatibus*, vtique per mares conſtitutis, quum regulariter contractus matrimonii a mare incipiat, & is caput familiae ſit; potius erit ius patris: (3) ſic vt, licet proles matri vtique

ri poterit, quinam parentum maius habeat ius imperandi. Sed ratione officii mater magis teneri videtur, quam pater: quia inter omnes homines maxime habilis eſt ad infantem in neceſſitate ſua ſuſtentandum, & alendi adminicula a natura accepit, ad quae infans ius perfectum ob ſummam neceſſitatem nanciſcitur. Prima quoque eſt, cui ſumma infantis neceſſitas innoteſcit, eaque ipſa conſenſit in infantem ea in neceſſitate collocandum.

(2) Argumento huic I. N. infirmo alia eiusdem roboris addi ſolent: 2) patris concurſum ad prolem generandam eſſe voluptuoſum tantum: 3) matrem vero non tantum per tot menſes infantem in vtero alere, ſed cum ſummo dolore edere in lucem: 4) matrem infantem primum habere in ſua poteſtate.

(3) Haec & ſequentia ex regulis decori deducuntur; non vero ex iure naturae poſſunt demonſtrari: conuenit ita ciuitati, quae a mare condita: conuenit

vtique reuerentiam gratumque animum debeat; iuſſis tamen matris non obligetur, quae quidem non iniquis patris praeceptis repugnant. Defuncto tamen patre ius ipſius in prolem, ſaltem nondum adultam, *matri* videtur *accreſcere*, &, hac ad ſecundas nuptias transeunte, *vitrico*, ſi quidem ipſe in fidem & curam naturalis parentis ſuccedat. Et qui deſertum aut orbatum parentibus liberaliter educandum ſuscipit, iure ſuo ab eo filialem obſeruantiam exigere poteſt.

§. IV. Vt autem accurate intelligatur, quanta *parentum* ſit *in liberos poteſtas*; diſtinguendum eſt tum inter *patresfamilias ſegreges, & qui*

uenit familiae, cuius caput pater eſt: & ita etiam more apud plurimas gentes receptum eſſe conſtat: alia vero quaeſtio eſt, an exin potius ius perfectum patri accreſcat in liberos, quam matri; quum poteſtas ciuilis & patrisfamilias tamquam capitis familiae penitus differat a poteſtate patria, nec altera alteram ſtatim inuoluat. Sic de Aegyptiis refert DIODORVS SICVLVS *l. I. c.* 27. in honorem ISIDIS apud eos vſu receptum fuiſſe, vt regina plus habuerit poteſtatis & honoris, quam rex; quod & feminae priuatae in pactis ſunt ſtipulatae, vt nimirum mariti ſibi obtemperarent per omnia. Vid. WALDKIRCH *ad Pufend. h. l*

ut cuiuslibet subiectum; cum (ratione prioris membri) inter *potestatem*, *quam (in patria naturali) habet genitor, super filio*, & quam habet, *super corpus suae famulae, Partu orturo*, non sit naturaliter iniuncta, vt liberos hinc inde educet, quo commoda humanae societatis membra euadant, quousque in perfectae aetatis progressu ad sedem caeli eidem in liberos potestas concedalia intelligatur, quanta ad huius finem sufficit. Quae haud quaquam, quousque de exteriori ratione prodierunt prolem intra materna viscera latentem eludere, aut eciam abscidere necquaquam pollint. Nam excitarunt quidem ex illorum sententiam soboles; vt tamen in aequalem conditionem humanam cum illis locetur, & iniuriae etiam ab illis praecludantur expax fit. (1) Neque

§. IV. (1) Imperio nullo parentibus in liberos competente; facti negotio perficere licet, quae iniuriae ab iis in liberos praecludi possint & ut non praecludatur fiat. Intellectu enim eft 1.) procreatae abortum gestans enim matrem in vterq; lumen fibi acquirens, qui in lucem prodiit, vitae conservatorem, & in loco, quidni matrem? Ita Gerard Noodt. Horrenda scelera, locoliorum fabulae Magnadum delictis: STRAVIUS *dorfch.* p. 13. Quae

que etiam haec poteſtas ad ius *vitae & necis* ex occaſione delicti ex-

Quam male ſuadeat ARISTOTELES *l. VI. polit. c.* 16. ſuperfluos foetus abortione remouendos eſſe, in vulgus notum eſt. Feminarum Romanarum iniuſtitiam hac in parte exponit NOODT *in Iulio Paulo c. XI.* 2) Liberos beſtiis exponere, vel intempeſtiue abiicere, vel plane occidere, quod Sinenſibus vſitatum. SAARS *Reiſeb. p.* 26. item Mengreliis vid. THEVENOT *P. IV. p.* 13. 38. Hottentottis vid. KOLBE *Cabo de bonne eſperance P. II. p.* 444. De aliis vid. NOODT *l. c.* VRSINI *analecta ſacra l. I. c.* 6. Ipſe ARISTOTELES hic a multis vapulat, quando l. c. partus omnes monſtroſos, mancos & laeſos tolli necarique vult. Conf. PICCART ad eumdem locum *p.* 1115. 3) Eos vendere in ſeruitutem, vel oppignorare ad lucrum captandum: ſi enim aliter ſeruari nequeat; in extrema neceſſitate vendere eum licebit; quum ſatius ſit, vt infans in ſeruitute miſere alatur & ſeruetur, quam vt in libertate enecetur fame. Vid. DATT *de venditione liberorum.* 4) Aleae eorum libertatem & vitam exponere. HESSEN *Oſtindian. Reiſeb. p.* 78. 5) Cogere eos, vt ſe inuicem interficiant. Vid. *Mercure hiſt. T.* 69. *p.* 238. 6) vel immoderate caſtigare, vt in morbos vitaeque pericula incidant: quidquid enim ex educationis fine per modum diſciplinae in infantes a parentibus ſtatui poteſt, id eo vsque non porrigitur. 7) nec mutilare infantes, qui pleno iure conſeruandae integritatis corporis fruuntur: in quam legem impingunt Cafri, liberis maſculis teſticulum alterum exſcindentes. KOLBE *l. c. p.* 420. *ſqq.* Conf. *l. I.* c. de eunuchis. 8.) Beſtiarum quoque ferociae ſimulacra ſuperat, liberos in cibum adhibere: quod de Charibeis liberos caſtrantibus, vt

ercendum videtur porrigi; ſed ad modicam dumtaxat caſtigationem; quippe quae verſatur (fere) circa aetatem teneram, in quam tam atrocia delicta, quae morte ſint expianda, vix cadunt. Sed ſi tamen citra ſpem emendationis omnem diſciplinam pertinaciter adſpernetur puer; poterit domo patria eiici atque abdicari.

§. V. Diſtinctius iſthaec poteſtas conſiderari poteſt *iuxta diuerſitatem aetatis in liberis.* Nam *in prima aetate,* vbi immaturus adhuc rationis vſus eſt, omnes liberorum *actiones* directioni parentum ſubiacent. Quo tempore ſi quid *bonorum* ab aliis in impuberem transferatur; id parens loco filii acceptare & adminiſtrare debet; vt tamen dominium ipſi filio adquiratur: etſi, vt fructus patri cedant ad plenam usque filii aetatem,

ſaginatos comederent, teſtatur VOSSIVS *de Nili origine c.* 18. 19. De populo Peruuiano, concubinas alente, ad ſuſcipiendos liberos, quos pinguefactos inter epulas adponebant GARCILASSO *de la Vega.* Vid. LOCK *de intell. hum. t. I. c.* 3. §. 9. Tandem 9) iniuſtum quoque eſt naturaliter, liberos cogere ad pacta ineunda vel vitae genus eligendum, de quibus ipſi liberi liberam habent diſponendi facultatem.

Digitized

tem, aequiſſimum ſit. Sic &, quod ex filii labore lucri aut emolumenti prouenit, id merito ſibi pater vindicat: cui ex aduerſo filii nutritio & educatio incumbit.

§. VI. In *adulta aetate*, vbi liberi pleno quidem iudicio praediti ſunt, pars tamen adhuc familiae paternae exſiſtunt, diſtincte conſiderari poteſt poteſtas, quam pater habet, vt genitor, & quam habet, vt caput familiae: illa quum cõmodam educationem & gubernationem liberorum pro ſcopo habeat; patet, adultos quoque liberos *auctoritatem* parentum tamquam prudentiorum ſequi debere. Et qui vult ex paternis bonis ſuſtentari, ac in ea deinceps ſuccedere, neceſſum eſt, vt ad familiae paternae rationes ſeſe attemperet; quam moderari vtique penes patrem eſt. §. VII.

§. V, & VI. Apud GROTIVM *lib. II. c. V. §. II.* tria ponuntur liberorum tempora: 1) tempus imperfecti iudicii, cuius certus annus iure naturae non eſt determinatus, & in cuius interuallo liberi directioni patriae plane ſubſunt: 2) tempus perfecti iudicii, ſed non perfecti ſtatus; in quo tamen pars ſunt familiae paternae, ſeque ipſos alere nequeunt: 3) tempus perfecti iudicii & perfecti ſtatus, quando egreſſi ſunt familia patria. Conf. BECMANN. *conſp. doctr. polit. c. IX. p.* 45. Officia exinde reſultantia auctor explicat: quae

tamen

§. VII. Ceterum *patresfamilias*, qui nondum in ciuitates conceſſerant, (*quatenus familiae capita*), in domo ſua aliquod inſtar principum gerebant. (1) Inde & liberi, in eorum familia adhuc haerentes, ipſorum imperium tamquam ſummum venerari debebant. Verum poſtea imperium iſtud familiare, (v-ti &

tamen ad finem imperfecti iuris, nempe educationem, ſunt componenda, & intra eius cancellos continentur. Si id, quod iuſtum eſt, ſaltem reſpiciamus; ſolus ſtatus neceſſitatis liberorum officii differentiam in parentibus conſtituit. Quousque liberi vitae ſeruandae adminicula parare ſibi non poſſunt, adeoque in extrema neceſſitate verſantur, parentes perfecte obligati ſunt ad alimentationem iis exhibendam: ceſſante illa neceſſitate, quidquid liberis praeſtatur a parentibus, ex obligatione imperfecta decori promanat.

§. VII. (1) Illa poteſtas familiaris non quidem ex natura patrisfamilias eiusque attributis I. N. profluxit, nec proprie eſt imperium: ſed neceſſitates variae, quae in prima hominum aetate genus humanum circumſtabant, illud introduxerunt, patresque idem vſurparunt non vt patres, ſed vt capita familiae, quibus facultas moralis competit per blandiora adminicula membra familiae dirigendi ad finem communem i. e. ſalutem huius ſocietatis. Non vero iis iura imperii. vere talia tribuenda ſunt: ſi quis enim immorigerum ſe praeſtat eorum voluntati; hunc familiae eiicere, non poenas proprias, multo minus capitales ei infligere poſſunt: familia enim non nititur pacto obſequium ciuile producente.

ti & alia iura,) ad vſum & decus ciuitatum fuit attemperatum, & alicubi multum, alicubi parum de eo patribus relictum. Inde obſeruamus, in busdam ciuitatibus patres ius vitae & necis, ex cauſſa delicti exercendum, in liberos obtinuiſſe: (2) in aliis id ipſum iis ademtum, ne forte parentes ſua in liberos poteſtate, in fraudem boni publici, aut ad iniquam iſtorum oppreſſionem abuterentur; aut ne ob mollitiem paterni adfectus diſſimularentur vitia in exitium publicum eruptura: aut ne patri tam triſtis ſententiae pronunciandae neceſſitas imponeretur.

§. VIII. Sed vbi *proles familia paterna*

(2) Id quidem ex inſtitutis gentium, non iuſtitia naturali profluit. Exemplum habemus in Noribergenſibus, qui priuilegio gaudere leguntur, quod dicitur terribile, ab Imp. LVDOVICO BAVARO anno 1320. conceſſo, vt parentibus liberum ſit immorigeros filios carceri mancipare & viuos in profluentem demergere: quo tamen numquam vſi ſunt. Vid. LIMNAEVS *I. P. lib. VII. c.* 35. §. 14. *ſq.* LIMNAEVS *enucleat. L. IV. c.* 39. §. 7. WAGENSEIL *de republ. Norimb. c.* 27. *p.* 254. De aliis exemplis conſulendus BODINVS *de republ. c. IV. lib. I.* HERTIVS *not. ad Puf. op. mai. lib. VI. cap. II.* §. 12.

terna plane exceſſit, & vel nouam ſibi familiam conſtituit, vel alteri adiungitur; poteſtas quidem patria ſoluitur, vt tamen ſemper pietatis & obſeruantiae debitum maneat, quippe fundatum in meritis parentum, quibuscum paria facere liberi numquam aut rariſſime creduntur. Et iſta merita non in eo tantum conſiſtunt, quod parentibus liberi vitam debeant, (1) occaſionem omnium bonorum;

§. VIII. (1) Vix probabile eſt, in hoc ſummum parentum beneficium in liberos conſiſtere, vt vulgo creditur: 1) magis ex amore ſuae vtilitatis, vel voluptatis, vel ob nominis generisque immortalitatem vitam dederunt liberis, quam ex amore liberorum, qui nondum exſtiterunt, & beneficentiae erga illos ſtudio. 2) Vita eſt occaſio bonorum, ſed multo magis occaſio malorum: ſaltem vita erit res indifferens, ſi nempe in ſe & abſolute ſpectetur: nam & ad mala & bona recipienda aequaliter capax eſt. Si vero vita relatiue ſpectetur, quatenus eſt occaſio bonorum pro diuerſo ſtatu hominum, vti GROTIVS *lib. II. c.* 24. §. 6. *n.* 2. eamdem accipit; vita bonum erit dicendum: ſi referatur ad vanitates, nugas, perturbationes, viciſſitudines, quibus homo perpetuo vexari ſolet; non iniuſte propagatio mera miſertimi temporis, continuatio miſeriae, perpetuus labor appellabitur.

Curſus vitae labyrinthus: in illum
Ex vtero ingredimur: per limina mortis abimus.

Quem in finem recte AVGVSTINVS *ſerm.* 17. *de*

rum; ſed & quod laborioſam ac ſumtuoſam educationem eorum ſuſceperint, qua eos in commoda humanae ſocietatis membra formarunt, ac ſaepe de mediis vitam commode & copioſe exigendi iisdem proſpexerunt.

§. IX. Etſi autem parentibus obligatio educandi prolem a natura ſit iniuncta: id tamen non obſtat, quo minus, vtilitate prolis aut neceſſitate id exigente, eiusdem *adminiſtratio alteri commendetur;* ita tamen, vt inſpectionem ſibi in iſtum delegatum parens reſeruet. Vnde & pater (1) non

de verb. domini: Quid eſt diu viuere, niſi diu torqueri? quid eſt diu viuere, niſi malis diebus malos dies addere? 3) Ex miſeriore ſtatu in feliciorem liberos per generationem non collocant, quum ii non exſtiterint, adeoque non poſſint dici fuiſſe miſeri. 4) Beneficii attributa generationi vix conueniunt: quod per inductionem deprehendes facile. Summum ergo & palmarium beneficium, quo a parentibus adficiuntur liberi, conſiſtit in eo, quod illos bona educatione docuerint vita, tamquam re indifferenti, recte vti, & bene viuere. Quo fundamento nititur lex SOLONIS: *Ne filius patrem, qui ipſum artem non docuiſſet, alere cogeretur.* Vid. STANLEII *hiſt. philoſ. in Solone c. VI. p.* 40. *la ſuite des caracteres de Theophraſte par la* BRVYERE p. 256.

(1) non ſolum praeceptoribus idoneis filii informationem recte committit; ſed & eumdem alteri adoptandum dare poteſt, ſi quidem exinde in filium aliquod ſit emolumentum redundaturum. Et, ſi nulla alia ratio ſit prolem alendi, potius, quam inopia exſtinguatur, pater eam oppignorare aut vendere in tolerabilem ſeruitutem poteſt, (2) ſaltem

§. IX. (1) Recte haec & ſequentia ſe habent ſecundum finem educationis & praecepta decori: ſi enim parens videat, ſalutem infantis hac ratione non tantum promoueri, ſed ſine iis adminiculis conſeruari non poſſe; parens haec omnia in vtilitatem infantis adhibere poterit.

(2) Vid. de hac controuerſia OSIANDRVM & ZIEGLERVM *ad Grot. lib, II. c. V. §. 5.* GVIL. VAN DER MVELEN *ad eumd. p.* 177. CLASENIVM *polit. lib. I. c.* 2 BECMANN. *conſp. doctr. polit. c. IX. p.* 46. IAEGER *obſeruat. ad Gr. p.* 249. ABRAHAM *a* KERCKRAAD *de iure patrio.* DATT *de venditione liberorum c.* 3. *&* 5. Poteſtas vendendi vel oppignorandi infantem ita ſemper intelligenda: 1) ſi infans aliter ſeruari non poſſit, & parentes iure neceſſitatis vrgeantur: 2) ne ſalus infantis eo actu aperte periclitetur. Inluſtrat hoc ius Sueuicum prouinciale *c.*407. *Wie ein Mann ſein Kind verkaufet durch Ehaft Noht, das thut er wol mit Recht. Er ſoll es aber nicht verkaufen, daß man es thät in das Hurhaus. Er mag es einem Herren wol zu eigen geben.* Vid. POTGIESSER *de conditione ſeruorum l. I. c.* 3. §. 52. *p.* 125. DATT *de venditione liberorum c.* 5. *p.* 119.

Digitized by Google

ſaltem ſub lege retractus, vbi pater ad lautiorem fortunam pervenerit, aut quispiam ex cognatis iſtam redimere velit. Quod ſi autem parens per inhumanitatem prolem expoſuerit & abiecerit; is, qui eamdem ſuſtulerit atque educauerit, in paternum quoque ius ſuccedet ita, vt iſte alumnus filialem obſeruantiam educatori ſuo debeat.

§. X. Vti autem *pater prolem familia ſua eiicere non debet* educatione & auxilio iſtius adhuc indigentem citra grauiſſimas cauſſas: ita & proles non niſi cum bona patris venia ex ipſius familia excedet. Ceterum quum liberi matrimonii fere contrahendi occaſione paternam familiam relinquant; & vero parentum vtique interſit, cui proles ſua iungatur, & ex quibus nepotes ſibi proueniant: inde officium filiale vtique requirit, vt *patris conſenſum heic ſequantur liberi*, (1) nec eo inuito

§. X. (1) Regulae decori id quidem requirunt in lumine naturae; ſed non regulae iuſti, omniaque argumenta, quae adferuntur, id tantummodo probant, decere liberos, ad conſenſum

uito coniugi ſocientur. Quod ſi tamen de facto inuitis parentibus matrimonium contraxerint & conſummauerint liberi; iure quidem naturali id irritum non videtur, praeſertim vbi familiam paternam non amplius iſti onerare velint, & alias conditio non ſit indecora. Inde, ſi alicubi eiusmodi matrimonia habentur irrita, aut illegitima; id ex legibus ciuilibus eſt.

§. XI. *Officium parentum* in hoc praecipue conſiſtit, vt liberos commode alant, corpusque & animum per dextram & cordatam educationem ita forment, quo idonea & vtilia membra ſocietatis humanae & ciuilis fiant, probi, cordati, & bene morati. Item vt eosdem ad idoneum & honeſtum vitae genus adplicent, &, quantum ratio & occaſio

parentum reſpicere. Ex iisdem principiis quoque requiri videtur: 1) vt liberi non inuitis parentibus familia excedant: 2) nihil committant in matrimonio ineundo, quod in parentum opprobrium vel detrimentum familiae vergere poſſit. Quorſum etiam ſpectant ſequentes §§ auctoris, qui de officiis decori parentum & liberorum praecipiunt.

Digitized by Google

ſio fert, fortunam ipſorum fundent & promoueant. (1)

§. XII. *Liberorum* contra *debitum* eſt, parentes honorare, i. e. reuerentiam illis exhibere, non externis tantum ſignis; ſed multo magis interna aeſtimatione, tamquam auctoribus vitae ac tantorum aliorum beneficiorum; iisdem obedire; pro viribus inſeruire, inprimis ſenio aut egeſtate confectis; ſine conſilio & auctoritate eorum nihil magni momenti ſuscipere; & denique eorum morositatem, aut vitia, ſi qua inueniuntur, patienter ferre.

§. XI. (1) Ab omni iure & rationis dictamine alienum eſt, quod Cingalenſibus attribuit HERPORT. *Reiſeb. p.* 179. *Wann einer von dem andern etwas kaufen will; ſo frägt der Verkäufer ſein jüngſtes Kind: ſo es denn ſolches zuläſt und das Ja gibt; ſo macht der Vater den Kauf: wann es aber dazu nicht bewilligen will; ſo darf der Vater daſſelbige auch nicht um doppelt Geld verkaufen.* Talia officia parentum erga liberos rationi incognita ſunt, & a ciuili gentium inſtituto vel conſuetudinibus pendent.

(o)

CAPVT IV
DE
OFFICIIS DOMINORUM ET SERVORUM.

1. Tertius ſtatuum aduentitiorum gignit *ſeruitutes*; quarum origo.
2. Conditio ſeruorum mercenariorum temporariorum,
3. Perpetuorum,
4. Bello captorum.
5. An ſeruos, & quos vendere liceat?
6. De prole ſeruili,

§. I.

POſtquam genus humanum multiplicari coepiſſet, atque deprehenſum fuiſſet, quam commode res domeſticae aliorum miniſterio curari poſſent; mature introductum fuit, (1) vt ad operas dome-

§. I. (1) Seruitutem quamdam a natura intendi ſtatuerunt Peripatetici: 1) naturam aiunt id docere ſeruitute materiae, corporis humani, beſtiarum & tamdem feminarum: 2) eam multis ſeruile ingenium concedere: aliis vberrimum rationis vſum largiri: 3) natura diuerſa dari corpora, & ſeruilia, & ingenua. Sed ea omnia non tollunt aequalitatem naturalem, nec ius perfectum concedunt alteri ſubiicendi alterum: licet aptitudinem ſeruiendi probent. Quod etiam reſponden-

domesticas obeundas *in familiam ad-*
sciscerentur serui. a) Quos *ab ini-*

a) Puf. de I. N. & G. lib. VI. c. III.

spondendum esse puto ad PROELEI *adnotat. ad h. l. p.* 267. qua adfirmat, esse diuinum adsertum, quod DEVS per naturam tamquam legem inculcet, vt sapiens imperet insipienti, & insipiens se directioni sapientis subiiciat: inde seruitutem ab insipientia & ignorantia ortam esse defendit. Sed illud adsertum inter regulas decori, vt & prudentiae consultatoriae praecepta forte deprehendes: ius tamen perfectum nequaquam exinde profluit. Vid. supra *lib. II. c. I. §. 8. & cap. II. §. IV.* Sapiens dignus est, qui imperet, & insipiens dignus, cui imperetur a prudentiore; sed ea propter non sequitur, sapienti esse ius per remedia coactiua impellendi hominem rudem ac barbarum, vt imperium recipiat & suae directioni se submittat. Sapiens sane, si haberet tale ius; numquam illud exerceret: qui, nisi iam imperet; non imperio, non coactione homines imprudentes ad felicitatem impellit, nec directionem prudentem aliis obtrudit; sed persuasionibus omnia peragit, & amore verae felicitatis eosdem commouere studet. Quapropter occasiones seruitutis ab illius caussis probe sunt discernendae: quarum quae primam originem seruituti dederit, res est difficilioris & incertae discussionis. Occasiones forte fuerunt: 1) hominum ruditas & animi stupor, quo facile passi sunt frena sibi iniici a callidioribus: 2) accessit paullatim humana indigentia, quae tanta existere omnino potuit, vt maluerint homines renuntiare libertati, quam eius molestiae succumbere: 3) quae indigentia quoque, obseruante GERHARD. *del. I. N. L. III. c. IV. p.* 263. caussa esse potuit, cur parentes, qui infantibus suis subuenire non

potue-

tio vltro ſeſe obtuliſſe probabile eſt, inopia adactos, aut propriae hebetudinis ſenſu, ſtipulatosque ſibi perpetuam alimentorum & aliarum neceſſitatum praebitionem in perpetuum hero ſua miniſteria addixiſſe. Dein quum bella paſſim increbeſcerent; apud plurimos populos receptum, vt, quibus *bello captis* vita donata eſſet, ſeruitio addicerentur vna cum prole, quae deinceps ex ipſis eſſet prouentura. Etſi apud

potuerunt, aliis alendos praebuerint: qui ſine dubio aliter egerunt cum ſobole aliena, quam propria: hinc vero non eſt diſſimile, adoptionem ſobolis alienae ſeruituti quoque occaſionem dediſſe. Inter cauſſas ſeruitutis numeranda (1) violentia, qua nationes hominesque bellicoſi alios hoſtiliter ſibi ſubiecerunt poſita illa conſuetudine, vt bello capti ſeruitio addicantur: (2) iis accenſenda eſt voluntaria libertatis prodigentia, qua nonnulli abiectioris animi homines vel ob ſtupiditatem, vel petulantiam, qua olim Germani libertatem aleae commiſerunt, vel ſeruilem auaritiam aliorum iuſſa ſequi maluerunt, quam ſibimet ipſi conſulere. Accedit porro delictum, quod ſeruitutem, tamquam poenam, poſt ſe traxit. Quibus variae gentium conſuetudines alias addiderunt. Vid. praeter auctores a KVLPISIO *colleg. Grot. exerc. IV.* §. 9. *p.* 60. citatos ZENTGRAV. *de orig. iur. gent. art. VI. pag.* 247. BOECLER *inſtit. polit. L. I. c.* 4. BESOLDVS *op. pol. L. I. c. X.* §. 31. *ſqq.*

pud multos populos nulla eiusmodi ſeruitus in vſu; (2) ſed omnia munia domeſtica per mercenarios ad tempus conductos expediuntur.

(2) Non firmae ſatis rationes ſubſunt, cur apud gentes moratiores ſeruitus eiusmodi non adeo frequens ſit. BVSBEQVIVS id bene adgnouit: ita enim ille *epiſt. III. n.* 185. *edit. Lipſ.* 1689. (quocum conferri poteſt HVBERVS *de iur. ciuil. L. II. ſect. I. c.* 6. *p.* 396.) *Neſcio*, inquit, *an optime rebus noſtris conſuluit, qui ſeruitutem primus ſuſtulit. Scio, ſeruitii varia eſſe incommoda: ſed ea commodorum pondere ſubleuantur. Si iuſta, & clemens, & qualem Romanae leges praeſcribunt, ſeruitus, praeſertim publica, maneret; non tot fortaſſe crucibus, neque tot patibulis opus eſſet ad coërcendos, quibus praeter vitam & libertatem nihil eſt, quos egeſtas ad quoduis audendum ſcelus impellit: libertas ſine re non ſemper ſuadet honeſta. Non omnium ingenia inopem ferunt libertatem: nec omnes ita nati ſunt, ut ſe regere & ſuo arbitrio recte vti ſciant: melioris ductu atque imperio, tamquam adminiculo, opus habent, nullum alioqui pectandi finem facturi: vt ſunt quaedam beſtiae, quarum ferocitas ſemper metuenda ſit, niſi vinculis aut robore coërceantur.* Iis, qui putant, Chriſtianismi principiis ſeruitutem aduerſari, reſpondet BEYER *delin. I. N. c.* 28. *p.* 174. & HERTIVS *ad Puf. de I. N. & G. L. VI. c. III. §. X. Conf.* TESMAR. *ad Grot. lib. II. c. V. §.* 27. & de eo, an apud Chriſtianos ſeruitus omnis ſublata, diſſ. THOMASII *de hominibus propriis.* Vtilitatem ſeruitutis denuo introducendae oſtendit *Baro de* SCHRÖDERN *Fürſtl. Schatz- und Rent-Kammer p.* 205. HVBERVS *de iure ciuit. L. 2. ſ. 1. c.* 6. *p.* 396.

§. II. Prout autem ſunt *diuerſi* velut *gradus ſeruitutis*: ita & poteſtas herorum & ſeruorum conditio variat. *Mercenario temporario* dominus conuentam mercedem; iſte huic viciſſim conuentam operam debet. Et quia in eo contractu domini melior eſt conditio; (1) ideo etiam eiusmodi miniſter domino pro ratione dignitatis reuerentiam exhibere tenetur; & vbi malitioſe aut negligenter opus fecerit, eiusdem coërcitioni eſt obnoxius, quae tamen ad grauem corporis afflictionem, multo minus ad mortem propria auctoritate ſumendam, procedere nequit.

§. III. Eiusmodi autem *ſeruo, qui ſeſe vltro alicui in perpetuum ſeruitium* addixit, dominus perpetua alimen-

§. II. (1) Adde 2) quia dominus eo contractu auctoritatem illam ſibi adquiſiuit: 3) ſeruus in poteſtate domini ea ratione conſenſit, vt eius mandatis obſequi & ad conuentam operam praeſtandam quauis ratione adigi velit, quae ad obtinendum illum finem eſt idonea. Nequaquam autem grauis corporis adflictio, multo minus ſerui iugulatio hic permittitur: finem enim hisce rationibus penitus tolli videmus, quem mercenaria ſeruitus habet praefixum: neque ex pacto mercenariae ſeruitutis talis poteſtas domini reſultat.

alimenta, & quae alia vitae neceſſaria ſunt: ille huic viciſſim perpetuas operas, quascumque dominus praeſcripſerit, praeſtare debet, & quidquid ex illis prouenit, domino fideliter conſignare. In quibus tamen virium & dexteritatis ſerui humaniter rationem habebit dominus, ne vires ipſius excedentem laborem cum aſperitate exigat. (1) Caſtigationi quoque domini iſte ſub-

 eſt,

§. III. (1) Nam & in abſoluta ſeruitute ſeruo iniuriam fieri poſſe tamquam homini naturaliter nobis aequali, oſtendit auctor noſter contra HOBBESIVM *op. maj. L. VI. c. III. §.* 8. Praeſumitur enim aliquis, ſeſe vltro alicui in perpetuum ſeruitium addixiſſe, non vt pro lubitu de vita ſua diſponat; ſed ut ſibi de vitae neceſſariis proſpiciat iisque adminiculis vtatur, quae ad perpetuum ſeruitium obtinendum ſunt idonea. Quod ſi plane detrectare velit ſeruus abſolutus; domino licebit, eum adhibitis fruſtra variis coërcitionibus familia ſua eiicere aliique vendere. Hinc Graecorum mos naturali iuſtitiae apprime conueniens eſt, vt, ſi ſeruus crudeliter nimis tractetur a domino; ei ius competat poſtulandi ab eo, vt alii cuidam vendatur. Vid. PLVTARCHVM *de ſuperſtit. l.* 7. §. 13. Laedi autem multis modis poteſt ſeruus etiam in abſoluta ſeruitute a domino ſuo, vel ſi immoderate caſtigetur ad corporis vsque deſtructionem: vel ſi alimenta conuenientia denegentur: ſi aegrotanti medicamina quaeuis recuſentur: ſi vita friuole tollatur: ſi periculis vitae praeter vllam neceſſitatem ad ludi-

brium

eſt, non ſolum ad expellendam negligentiam in opere exſequendo; ſed & vt ipſius mores ad decus & tranquillitatem familiae componantur. Non tamen inuitus alteri vendi talis poteſt: quia vltro hunc & non alium dominum adſciuit, & ipſius intereſt, vtri ſeruiat. Si atrox delictum in alium *extra familiam* admiſerit; in ciuitatibus poenae poteſtatis ciuilis ſubiacet. Vbi familia ſegrex fuerit; expelli inde poterit: ſed vbi delictum *in ipſam familiam ſegregem* ſit admiſſum; a domino etiam per extrema coërceri poterit. (2) §. IV.

brium domini exponatur: ſi promiſſa libertas non concedatur: dominus enim ſemper cogitare debet, ſeruum eſſe hominem ob vitam ſeruandam dominio ſuo ſubiectum. Conf. NOODT *de iure ſummi imperii.* Aperte ergo Hobbeſiana ſententia iuri naturae repugnat, quam femina Graeca religionem Mahommedis amplexa nouo argumento egregie ſcilicet tuebatur: *Die Sclaven, welche in der Sclaverey wären gebohren vnd erzogen worden, verdienten nichts anders: es wäre billig, daß man ſie in Zeiten zu der Quaal angewöhnte, welche ſie ewig würden auszuſtehen haben.* DRIESCH *Beſchreib. der Geſandſch. des von Virmonds p.* 162.

(2) Coërcendus erit ſeruus tali modo, ſed non ut ſeruus; verum ut hoſtis, in quem in ſtatu liberta-

§. IV. In iſtos autem *ſeruos, qui bello capti* fuerant, (1) a plerisque durius agi coeptum: quod hoſtilis adhuc irae quid in eos ſupereſſet, & quia ipſi extrema nobis noſtrisque fortunis intentauerant. Quam primum tamen inter eiusmodi victorem victumque mutua fides circa conſociationem in familiam interceſſit; omnis antegreſſa hoſtilitas remiſſa

tis omnia licent extrema. Ius itaque vitae & necis domino non conceditur in ſeruum, quatenus eſt ſeruus; quum illa coërcitio tollat finem ſocietatis herilis, qui finis pro menſura eſt in moralibus, dominique vitam reddat minus ſecuram.

§. IV. (1) PROELEUS *adnotat ad h. l.* ſeruitutem ex bello oriundam eſſe contra naturam: nam manifeſto rectae rationi aduerſari monet; ideo quemuis poſſe ius imperii in hominem ſapientiſſimum adquirere, quod bello fuerit ſuperior: hac enim ratione putat hominem ſtupidiſſimum viribus corporis robuſtum ſagaciſſimo regi imperandi ius habere poſſe; quod tamen a nemine concedendum eſſe credit. Enimuero licet ſeruitus ex captiuitate & victoria promanans ſit contra naturam; non tamen eo ipſo contra ius naturae erit: ratio enim adducta, vti ſupra iam monuimus, ex principiis decori profluit, & iuris perfecti rigorem per ſe non infringit: nam ſi aliquis iure perfecto rem aliquam ſibi quaeſiuerit; iuſtiſſime eamdem poſſidet: dignus an indignus ſit, alia quaeſtio eſt iuri eius ſtricte ſic dicto nihil detrahens.

missa censetur. (2) Et tunc vtique iniuriam etiam taliter adquisito seruo facit dominus, si vel necessaria ad victum non suppeditet, vel citra rationem in eum saeuiat, multoque magis, si citra condignum delictum eumdem occidat.

§. V. Circa illos quoque seruos, qui bellica vi in eam conditionem fuerant abstracti, nec non qui pretio (1) emuntur, receptum, vt non secus

(2) Ius itaque vitae & necis, quod habebat dominus in hostem, hic penitus cessat, nec dominus isti iuri eo ipso renuntians inposterum mortem pro lubitu inferre poterit. Renascitur autem illud ius, si seruus redeat in statum hostilem, violetque conditionem, sub qua dominus iuri vitae & necis renuntiauit: quod vel feroci resistentia & excussione mandatorum, vel fraudulenta fuga fieri potest.

§. V. (1) Pretium nullum neque a natura, neque a lege naturali homini, multo minus seruo statutum est: mores gentium varie illud determinant, prout seruorum opera vel vilior, vel praestantior est, vel aliae corporis animique dotes seruos exornant. Apud Romanos commune seruorum pretium erat viginti aureorum. L. 31. ff. de minoribus. Plura vide in POTGIESSER *de conditione seruorum L. 2. c. 8. p. 223. Von der* DRIESCH *in descriptione legationis caesareae comitis de* VIRMOND *p.* 311. varia obseruat circa pretium mancipiorum apud Turcos: *Der Sclav an sich selbst war starck und wolgestalt, daß also der*

ſecus ac aliae res noſtrae, in quemcunque placeret, transferri, & ad inſtar mercium venire poſſent. Sic, vt ipſum *corpus ſerui domini eſſe* intelligeretur. Vbi tamen humanitas iubet, vt numquam obliuiſcamur, ſeruum vtique hominem eſſe; adeoque nequaquam eum ita tractemus, velut alias res noſtras, quibus

ſo der Armenianer an ſtatt der 11. *Ducaten, ſo ihm der Praelat dauor gegeben, von den Türcken gar leicht* 60. *und mehr Ducaten hätte bekommen können, wenn er ihnen den Sclauen zum Rudern hätte verkaufen wollen.* & p. 312. *Diejenigen Mägdlein, ſo man vor Jungfern hält, werden weit theurer verkauft, als andre ... Vnter den Sclauinnen ſind die, ſo aus Circaſſien oder der Moßcouitiſchen Tartarey gebracht werden, die ſchönſten, von welchen eine zum öftern vm* 100. *jaetliche* 1000. *Ducaten verkaufet wird.* Rex Galliae a. 1662. legato ſuo Londinum reſcribebat: *Comme ie ſuis informé, que les Anglois & les Hollandois font vn commerce d'eſclaues noirs ſur les cãtes de Guineé & du Cap Vert, le deſire, que vous vous informies ſaigneuſement, ſi aucune compagnie Angloiſe ou quelques Marchands particuliers de cette nation, voudroit traiter auec moi de la fourniture d'vn nombre conſiderable d'eſclaues tirés de ce pais la, propres a la rame, moyennant vn prix dont on conuiendroit auec eux, qui pourroit être de* 200. *ou de* 250. *liures chacun au plus: a la charge que pour autant d'eſclaues, qu'ils fourniroient a Toulon, on leur payeroit cette ſomme. Memoir. du Comte d'* ESTRADES *T.* 1. *p.* 226.

bus pro lubitu vti abutique, easque deſtruere poſſumus. Et vbi talem ſeruum alienare placet, ne iis data opera aut praeter meritum addicatur, apud quos inhumana ipſum tractatio eſt manſura. (2)

§. VI. Denique & id paſſim receptum, vt, quae ex ſeruis parentibus naſcitur *proles*, ſeruilis & ipſa ſit conditionis, pertineatque tamquam mancipium ad dominum matris. (1) Id quod iſthoc argumento defenditur:

(2) Iuri naturae non repugnat, ſeruum vel bello vel pretio noſtro adquiſitum, quando placet, alienare, & dominium noſtrum, quocumque vèlimus titulo, in alios transferre, nullo habito reſpectu, an humanior an crudelior tractatio eos ſit manſura. Serui enim nullum habent ius perfectum, quo a nobis illam cautionem poſtulare poſſint: idcirco iis hac in re nulla infertur iniuria. Aliud tamen ſuadent regulae honeſtatis & decori, ex quibus obligamur, ut humanitatem erga eos tamquam homines obſeruemus, & iniquitatem omnem remoueamus.

§. VI. (1) Moribus gentium ita quidem receptum eſt: iure vero naturae generatio ſola ex ſeruis fundamentum ſeruitutis conſtituere nequit. Notum enim eſt ex cap. III. parentibus liberos non accedere tamquam bona quaedam ad illorum proprietatem ſpectantia, neque parentibus naturaliter perfectum imperium competere in liberos ſibi aequales: multo minus ſeruis ius competet profundere

Digitized by Google

ditur: quod, cuius eſt corpus, eius quoque par ſit fructum eſſe, qui ex eo corpore prouenit. Et, quia iſta proles naſcitura plane nòn erat, ſi dominus iure belli in parentem vſus fuiſſet. Et, quia parens nihil habet proprii, nulla ratio prolem eiusmodi alendi ſupereſt, niſi ex bonis herilibus. Quum igitur dominus alimenta praebeat eiusmodi proli diu ante, quam ipſius opera vtilis eſſe queat, & ſequentes operae ſui temporis alimenta non multum fere excedant; effugere eidem ſeruitutem inuito domino non licebit. Manifeſtum tamen eſt, quum eiusmodi ver-

fundere libertatem ſuorum liberorum pro lubitu. Quum tamen ſerui natos ex ſe ipſi alere non poſſint, eosque domino alendos neceſsitate adacti concedant; dominus hac ratione propter educationis beneficium ius ſibi nullum adquirit in talismodi infantes: ſed magis patriam, quam deſpoticam poteſtatem nanciſcitur, & liberi illi adultiores facti praeter gratum animum & officia liberis debita domino ſuo nihil praeſtare tenentur. Quicumque mores gentium hosce limites tranſiliunt, ad facta gentium ſpectant, non ad ius naturae: nec miror, ſeruorum liberis a tot gentibus ſeruitutis iugum fuiſſe impoſitum; quum plaeraeque gentes vix ſuis liberis pepercerint, & duriſſima quaeuis data occaſione in eosdem ſtatuerint.

vernae nulla ſua culpa in ſeruitutem perueniant; nullum eſſe praetextum, quare iſti durius debeant tractari, quam conditio perpetuorum mercenariorum admittit.

CAPVT V.
DE
CAVSSA IMPVLSIVA CONSTITVENDAE CIVITATIS.

1. Quartus ſtatuum aduentitiorum ciuitas.
2. Ex adpetitu ſocietatis non ſtatim ſequitur adpetitus ciuitatis.
3. Sed tria hic conſideranda.
4. *Primo*, quae ſit ſubiectionis ciuilis indoles?
5. *Secundo*, quis ſit bonus ciuis?
6. *Tertio*, quam multa ſint hominis vitia ciuilem ſocietatem perturbantia.
7. Genuina ciuitatis conſtituendae cauſſa.
8. Sola legis naturalis reuerentia ad pacem generis humani non ſufficit.
9. Nec diuini numinis metus, & conſcientia.

§. I.

QUamquam vix ſit iucunditatis quid atque commoditatis, quod per hactenus enumerata officia ſtatusque obtineri non poſſe

poſſe videatur: quare tamen mortales non contenti paruis illis primisque ſocietatibus magnas ſocietates, quae *ciuitatum* nomine veniunt, conſtituerint; a) iam inueſtigandum reſtat. Ex hisce enim fundamentis deducenda eſt ratio officiorum, quae *ſtatum hominum ciuilem* comitantur.

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. c. I.

§. II. Heic igitur *non ſufficit dixiſſe: hominem per naturam ipſam rapi ad ſocietatem ciuilem*, vt citra eam nec poſſit, nec velit viuere. Sane enim, quum apertum ſit, hominem eſſe tale animal, quod ſeipſum & ſuam vtilitatem quam maxime amat; neceſſum eſt, vt, dum vltro ſocietatem ciuilem adfectat, aliquam vtilitatem inde ſibi prouenturam reſpexerit. (1) Et quamquam extra ſocietatem cum ſui ſimilibus homo erat futurus animal longe miſerrimum: tamen, quum naturalibus deſideriis & neceſſitatibus hominis per primas ſocietates & per officia

§. II. (1) Non enim propter ſocietatem homines coniunguntur; ſed propter commoda tendunt ad ſocietatem.

officia ex humanitate aut pactis praestita abunde potuerit satisfieri; non statim ex socialitate hominis inferri potest, eius indolem praecise ad societatem ciuilem ferri. (2)

§. III. Id quod planius fiet, si consideremus, quaenam *conditio ex constitutis ciuitatibus* apud homines proueniat: quid requiratur, vt quis vere dici queat *animal politicum i. e. bonus ciuis:* quid denique deprehendatur *in natura hominis indoli vitae ciuilis repugnans.*

§. IV. Qui *ciuis* fit, libertatis naturalis iacturam facit, ac imperio (1) se subiicit, quod *ius vitae* & *necis* complectitur, & cuius *iussu* plurima facienda, abs quibus quis alias abhorrebat, & omittenda, quae vehemen-

(2) Praeiudicium Aristotelicum, quod hic refutatur, hominem esse ζῶον πολιτικὸν, ab aliis quoque luculentissime conuulsum est, ab HOBBESIO *de cive c. 1. §. 2.* HOVTVYN *polit. contr. gen. §. XV.* CONRING *de ciuili prudentia c. VI.* BOEHMERO *iur. publ. vniu. part. spec. lib. I. c. I. §. IV.* Multo minus homo natura fertur in societatem ciuilem, quae natura nota non est; sed demum per factum humanum fuit instituta.

§. IV. (1) i.e. potestati iustae eius actiones etiam per vim cogendi in societatis finem.

Digitized by Google

hementer adpetebat. Pleraeque etiam actiones *ad bonum ſocietatis* referendae, quod ſaepe a bono ſingulorum videtur discrepare. Atqui ad hoc per inclinationes iam congenitas fertur homo, vt nemini ſubiectus eſſe, vt omnia ſuo agere arbitrio, vt proprio commodo in omnibus velificari velit. (2)

§. V. *Animal vere politicum, i. e. bonum ciuem* illum dicimus, qui iuſſis imperantium promte paret; qui ad bonum publicum omnibus viribus connititur, ac poſt illud priuatum bonum lubenter habet: immo qui nihil ſibi bonum credit, niſi idem bonum quoque ſit ciuitati: qui denique aduerſus alios ciues commodum ſeſe gerit. (1) Atqui pau-

(2) Nec illud iniuſtum eſt; quum haec omnia ad ſtatum libertatis pertineant, quem natura intendit, & ad adminicula, quibus commoda felicitatemque ſuam ſecundum normam praeceptorum naturalium ex ſuo arbitrio promouere ſatagit: quibus tamen mentis adfectionibus ſtatus ciuilis varios ponit limites.

§. V. (1) Breuiter: qui adminiculis quibuſuis ad finem ſocietatis ducentibus promte ſubſcribit. Non opus eſt, ſi ad regulas iuſti rem examinemus, vt animo recto & bene compoſito ea adminicula praeſtentur: ſufficit in externa ciuis actione nihil deſiderari poſſe.

corum ingenia vltro ad hunc finem attemperata inueniuntur: maxima pars metu poenae vtcumque continetur: multi per totam vitam malitiues & animalia non politica manent.

§. VI. Denique *nullum homine animal ferocius*, aut indomitum magis, & quod in plura vitia, pacem societatis perturbare apta, sit procliue. Praeter desideria enim cibi Venerisque, quibus bruta quoque solent committi, multis homo agitatur vitiis, quae bruta ignorant: (1) vti est superfluarum rerum insatiabilis cupido, & saeuissimum malorum ambitio: viuax item nimis iniuriarum memoria, & vindictae ardor longo post tempore adhuc glisens: nec non infinita dissimilitudo inclinationum & adpetituum, & cuique pro studio suo extollendo peruicacia. Accedit, quod eo furore in proprium genus saeuire gaudeat homo, vt maxima pars malorum, quibus humana conditio

§. VI. (1) Vid. quae supra ad L. I. c. III. §. IV. diximus.

ditio viuit obnoxia, ab ipſo homine proficiſcatur. (2)

§. VII. Genuina igitur & *principalis cauſſa*, quare patresfamilias deſerta naturali libertate ad ciuitates conſtituendas deſcenderint, fuit, *vt praeſidia ſibi circumponerent contra mala, quae homini ab homine imminent.* (1) Nam vti poſt DEVM O. M. ho-

(2) Suorum malorum cauſſa homo eſt, non exinde, quod in ſtatu naturali viuat, vel putandum ſit, iſta vitia ex eius ſtatus natura prouenire; ſed quod aberret homo facillime a norma agendi in recta ratione fundata, nec in naturali libertate ſufficientia ſubeſſe adminicula videantur hominibus extra cancellos ſuos vagantibus reſiſtendi & intra officii ſui limites compellendi.

§. VII. (1) Qui veram originem ciuitatis inueſtigare volunt, iis non tantum veroſimilitudo ratiocinii viam monſtrare debet; ſed adhibenda quoque eſt hiſtoria. Alii itaque in eo aberrarunt, quod omnem ſepoſuerint hiſtoriam ſola mentis ſuae meditatione abſtracta adlaborantes, ut inuenirent ortum ciuitatis: qui tamen ad res facti humani pertinet, adeoque in hiſtoria etiam quaerendus. Mirum ergo non eſt, exinde enatas eſſe opiniones, quod amore ignis & caloris, vel admiratione artis muſicae, eloquentiae & blandarum perſuaſionum vehementia adducti homines iugum ciuitatis ſubierint: multi enim caeco ſuae hypotheſeos ſtudiique peculiaris adfectu abrepti ne quidem probabilitatis ſpeciem ſeruarunt, ſed longis paſſibus leges veroſimilitudinis migrarunt; vt EPICVRVS, qui concurſui fortuito atomo-

mo homini plurimum prodeſſe; ſic & idem non minus obeſſe poteſt. Et

rum eamdem adſcripſit: vel ATHENAEVS, qui artis coquinariae illecebris *lib. IV.* δεῖπνον illam attribuit. Alii hiſtoriam quidem adhibuerunt: ſed ſuae gentis originem inſequuti eam omnis ciuitatis primam dixerunt, quam populo ſuo peculiariter contigiſſe viderunt. Hinc quae a PAVSANIA de PHORONEO, & de SATVRNO, ORPHEO, AMPHIONE, MERCVRIO, OSIRIDE &c. narrantur a poëtis veterum, aliquid veri includere non ambigimus: ortis enim iam ciuitatibus & perſpecta illarum natura nonnulli ſagaciores viri tutioribus & commodioribus viis incedere poterant ad ciuitates condendas, quam quas primae ciuitates obſeruare potuerant. Probabiliſſima per ratiocinationem mentis opinio eſt, quam HOBBES, HOVTVYNVS, PVFENDORFIVS multique alii non proletariis argumentis defenderunt, quod mutuus metus homines impulerit ad imperium ciuile conſtituendum, vt ſecuritas externa eo felicius poſſit obtineri, quae per diſcordiam & bella familiarum vacillare videbatur. Huius ſententiae veroſimilitudo etiam hiſtoria confirmatur. Si enim ſacras literas euoluamus Geneſ. IV, 17. aperte deprehendere licet, Cainum primum ciuitatis fuiſſe conditorem; non quidem ante trucidationem Abelis, ſed poſt necem ei illatam; quando timebat Cain, ne interficeretur a quouis ſibi obuio. Cain itaque cum ſuis ſeceſſit in ciuitatem ex metu aliorum, timore conſcientiae ſuae perculſus, qua homicidii iuſtaeque aliorum vindictae ſe reum eſſe percipiebat. Nec hic vllum argumentum proſtat, Cainum ſuis adſeclis violentam manum iniecisſe, vt eos ad ciuile imperium ſuſcipiendum compelleret. Probabi-

lius

Et recte malitiam hominum eiusque remedium aeſtimant, qui in-

 prouer-

lius ſane eſt, Cainum a tantis conſcientiae morſibus animique timore agitatum non de violentia inferenda ad hoſtes vlterius excitandos; ſed de fuga ad loca ſecura, de tutiſſimo in vrbem receptu cum ſuae inprimis familiae hominibus cogitaſſe: hi enim ceterae Adami familiae inuiſi & eodem metu compulſi caputque ſuae familiae ſequuti facile imperio Caini ſe ſubiecerunt, primamque ciuitatem condiderunt. Celeberrimus quidem BOEHMERVS *iur. publ. un. part. ſpec. L. I. c. I.* cum ill. THOMASIO *diſſ. de contentione morum cum iure ſcripto & fundam. I. N. & G. lib. IV. c. VI. & cautelis circa iurispr. eccleſ. c.* 4. §. 18. violentiam primam ciuitati dediſſe originem adſtruens putat, Cainum fratricidio adhuc recentem nullam aliam cauſſam ad condendam ciuitatem impuliſſe, quam odium erga pios & dominandi libidinem. Sed liceat mihi viro eruditiſſimo regerere, Caini *paſſionem* dominantem, vt ex omnibus hiſtoriae factis adparet, magis auaritiam, quam ambitionem fuiſſe: hoc enim coniicere licet ex fraudulenta & protracta occiſione, cuius circumſtantiae patent ex v. 8. ex cauſſa homicidii, nempe inuidia, quod maior benedictio, maior vtilitas contigerit Abeli; ex ſolius irae & vindictae diuinae repraeſentatione excluſa eius miſericordia v. 13. e[illegible]metu ſeruili ab animoſitate omni alieniſſimo v. 14. immo ex vitae genere, ex quo ipſe vir celeberr. auaritiam oſtendi poſſe iudicat *l. c. not. p.* Metus ergo vel maxime perpetuus comes auaritiae Cainum impulit, vt ſe tutela aliorum circumdaret, & ex eius exemplo ſaltem pateſcit, ciuitatis cauſſam primam mutuum metum fuiſſe, licet eodem modo, quem vult HOBBES & PVFENDORF, ex illo principio

prouerbii vicem receperunt: *Nisi iudicia essent; vnus alterum deuoraret.*

cipio non fuerint pronatae nec constitutae. Ea enim hic bene secernenda esse arbitror: caussam impulsiuam siue necessitatem primorum hominum, qua incitati fuerunt ad ciuitatem condendam, & constitutionis modum, siue ipsum actum ineundae ciuitatis: ista fuit metus omnium, qui in ciuilem societatem coalescebant; hic vero pro istorum temporum ratione rudior fuit, quam vt certis regulis fuisset superstructus: potius caeco metus sui impetu plures sequuti sunt illorum voluntatem, apud quos per varias circumstantias aliqua erat auctoritas; vti in iis videre licet, qui capita fuerant familiae: quod primae Cainitarum scilicet ciuitatis exemplo confirmatur. HOVTVYNVS appositе hanc in rem *polit. contr. gen.* §. 16. *p.* 39: *Ex vi sola nec immediate, nec proxime, nec originarie imperium esse potest, nec ipsa vis imperii caussa; sed vel expetendi, vel extorquendi consensus modus ab caussa res plane distincta.* Ideoque conciliari posse sententias iam adlatas quisque videt: caussa impulsiua fuit metus mutuus; in modo vero constituendi hinc & inde violentiae locum fuisse propter morum barbariem ingeniorumque ferociam probabile est, qua potentiores absque praeuia multa deliberatione consensum aliqualis multitudinis ex metu coalitae requisiuerunt; vel tacite eum praesumentes primo pluribus, mox omnibus barbare satis imperarunt, primasque ciuitates sine dubio informes & male cohaerentes statuminarunt. Conf. de origine ciuitatum *les elemens de la politique par Mr.* FORTIN. c. V. VI. *Aaron Alex.* OLIZAROVIVS *de politica hominum societate Dantisci* 1651. 4. GVNDLING *de statu natur. Hobbesii in corp. iur. civ. defen-*

so &

ret. (2) Poſtquam autem per ciuitates in talem ſunt digeſti ordinem homines, vt a mutuis laeſionibus tuti eſſe poſſent; vltro deinde

 conſe-

ſo & defendendo §. 13. *ſqq.* MENZ *de prima imperii inter homines origine Lipſ.* 1703. BOECLER *inſtit. polit. lib. I., c. I. p.* 9. *ſqq.* HERTII *elem. prud. civ. P. I. ſect.* 3. LOCK *tr. du gouvernement civil. c. VII.* NOODT *orat. de iure ſummi imperii opp. adiecta p.* 772.

(2) Nam poſita nulla vi externa, vel ea ſaltem laxiore nimis, quam par eſt, vix aliquid homines feroces & peruerſos a ſceleribus quibusuis retrahet. Talem ſtatum depinxit BARLAEVS in India occidentali, quum MAVRITIVS *Naſſouius* illi emendandae mitteretur: *Allda er ſich erheiſchender hohen Nohtdurft nach vornehmlich auf Verbeſſerung der gemeinen Regiments- und Juſtitz-Sachen, und auf Abſchaffung, Austilgung und Beſtrafung gar vieler Vntugenden, Schande und Laſter begeben, die vor ſeiner Zeit und da noch kein recht Oberhaupt im Lande geweſen, bey den Vnterthanen, ſo wol Niederländern, als Eingebohrnen, haufenweiſe eingeriſſen waren, und noch in vollem Schwange giengen, dergeſtalt, daß man ſich keiner Gottloſigkeit, Diebſtahls, Beraubung gemeiner Gelder und Einkünfte, Todtſchlages, Vnzucht und dergleichen ſchamte: ſondern auch mit den allergröbſten Bubenſtücken nur ſeinen Scherz und Spott triebe; indem die ärgſten Böſewichter dieſes Sprichwort öffentlich führten: Jenſeit der Linie könne man nicht ſündigen: eben als wenn nur die Völcker, die auf diſſeit der Linie wohnen, fromme und ehrbare Leute ſeyn auf jenſeit aber Ehre und Redlichkeit ein Ende haben müßte. Braſilian. Geſchichte p.* 147. *ſq.*

conſecutum fuit, vt eo vberius fruerentur commodis, quae ex hominibus in homines prouenire apta ſunt; puta, vt moribus a puero imbuerentur commodioribus, (3) & varias inuenirent atque excolerent artes, quibus vita humana copioſa & commoda fuit reddita.

§. VIII. Illuſtrior adhuc fiet cauſſa conſtituendae ciuitatis, ſi conſideremus, *alia media non fuiſſe ſuffectura* reprimendae hominum malitiae. Quamquam enim *lex naturalis* praecipiat, vt ab omnibus iniuriis inferendis homines ſeſe abſtineant: tamen eius legis reuerentia id praeſtare non poteſt hominibus, vt in libertate naturali ſatis tuto

(3) Non tamen putandum, ciuitatis inſtitutum vitiis omnibus mederi: habet ſuas infirmitates, vt ſunt humana, ſuos defectus: coërcet vitia, non tollit: & ciuitates aeque poſſunt eſſe corruptiſimae, ac homines in ſtatu naturali: quod non inepte indicat auctor Anglus fabulae de apibus. Multa ſcelera potius incognita manſiſſent, niſi ciuilis ſocietas exhibuiſſet obiecta, in quibus peccare liceret: ciuilisque uitae commercium expoliuit ingenia, vt acutius, vt excuſatius peccarent; ſcelerumque catalogus mirifice exinde amplificatus eſt.

Digitized by Google

to degere queant. (1) Etſi enim forte dentur homines animo ita mode-

§. VIII. (1) Solam legem naturae per ſe quidem hominibus regendis ſufficere, ex intentione ſapientiſſimi legislatoris manifeſtum eſt. At vero lex illa, quae hominum naturae ita implantata, vt per eius inſpectionem potentia proxima poſſit cognoſci, in ſtatu naturali 1) obſcurius plurimis hominibus innoteſceret, non quod ſtatus naturalis legis cognitionem impediret; ſed quod homines ſibi relicti nullumque reſpectum ad ſe inuicem inuoluentes per ſuam malitiam parum curae habituri eſſent culturae animi, notitiae ſui ipſius & attentionis ad principia iuris naturae. Licet enim multa vitia ignoraturi eſſent, quae homines in ciuitate ingenio ſuo male utentes in fraudem legis excogitarunt, & ad promouendam, augendam, ſeruandam luxuriam ceterasque cupiditates ſuſtentandas inuenerunt: multis tamen adminiculis quoque deſtituerentur, quibus officii ſui admoneri & ad veritates ſalutares ex natura depromendas manuduci poſſent. 2) In ſtatu naturali ſuis fulcris quidem nititur auctoritas legis diuinitus nobis praeſcriptae: in hominibus tamen praefractae mentis & ferocioris ingenii vix ſperanda tanta legis reuerentia, vt ſibi temperaturi eſſent ab eiusmodi laeſionibus, vbi nulla pericula ab imbecilliore eſſent pertimeſcenda, nulla bella metuenda, & vbi iniuriae impune inferri poſſent. Cui laedendi licentiae & pruritui ciuile imperium alios ponere ſolet obices, acriusque effrenatam animorum ferociam reprimit ac conſtringit. GER. NOODT id diſerte & ſignificanter edocet *diſſ. de ciuili prudentia opp. adiecta p. 754*: *Aude tollere ius ciuile, vt ſit ciuili furore. Dic, vbi libertas, inaeſtimabile illud naturae bonum? Si potes; oſtende*

rerum

modeſto, vt ne impunitate quidem data alios violare velint; alii quoque metu prouenturi inde mali cupiditates ſuas vtcumque compeſcant: magna tamen ex aduerſo eorum turba datur, quibus omne ius vile eſt, quoties ſpes lucri adriſerit, & fiducia propriarum virium aut ſollertiae, qua repellere aut eludere laeſos ſeſe poſſe ſperent. Quos vti nemo non cauere nititur, qui ſalutem ſuam amat: ita cautio illa commodius, quam ope ciuitatum, obtineri nequit. Nam vtut aliqui mutuo fidem dederint de auxiliis inuicem ferendis: ni tamen adſit aliquid, quo & iudicia eorum vniantur, & voluntates firmiter adſtringantur ad explendam fidem; fruſtra ab iisdem certum auxilium ſibi quis promittit.

§. IX.

verum dominia; quam putes tuam eſſe hereditatem, etſi patris aut matris voto ac pietate delatam? quid vult contractus vel bona fide initus? quae vis obligationis? Atqui haec nouit ius gentium: vtinam res eſſet! vt experimentis conſtat eſſe nomen, niſi in naturae ſtatu aduerſus vim, ferociam, improbitatem bello atque armis adiuuetur, aut poſt inuentas leges maieſtas ſummi imperii veritatem naturae officio iurisdictionis exſequatur.

Digitized by Google

§. IX. Denique licet lex naturalis hominibus ſatis inſinuet, non impune laturos, qui alios iniuria adfecerint: tamen neque *metus diuini numinis*, neque *conſcientiae morſus* ſat validam deprehenduntur vim habere quorumuis hominum malitiae coërcendae. (1) Nam apud multos

§. IX. (1) Verum eſt, principiis honeſti, quae internam operantur obligationem, multum quidem roboris ineſſe ad perſuadendum; parum roboris ad coërcendos animos feroces, impios, iniuſtos. Non enim remediis coactiuis nituntur; ſed inclinant animos ad praeſtanda officia internam tranquillitatem promouentia. Poſſet ſufficere metus diuini numinis, & deberet ſufficere ad pacem omnium hominum fulciendam & ſuſtinendam: nullus hic defectus ex parte religionis. Enimuero hominum corruptio tanta eſt, vt vel numinis notitiam retundant, ſupprimant, contemnant; vel minus recte de DEO cogitent, eius ideam ſuae paſſioni accommodent, & inane numen cerebrinum ſibi efforment, quod vel crimina mortalium non attendat, vel ſaltem otioſe eadem ſpectet, & nec punire velit, nec poſſit. Conſcientia aut debilis maxime, aut erronea apud plurimos exiſtit: quae quum notitiam legum diuinarum primum ponat & requirat; non poſſunt non eius in mente hominum obſcura nonnumquam eſſe veſtigia: vix enim homines ſibi relicti attendunt ad ſuam naturam, ex qua lex naturaliter cognoſcenda: vix vtuntur potentia proxima ad inueſtigationem DEI ſuorumque officiorum: ſed immerſi humanae vitae negotiis, voluptatibus, illecebris omnem vitam

tos educationis & consuetudinis vitio vis rationis velut obsurdescit. Vnde fit, vt illi praesentibus tantum immineant futurorum parum curiosi, ac nonnisi iis moueantur, quae in sensus incurrunt. Quum autem vindicta diuina lento fere pede soleat incedere; inde prauis mortalium praebetur occasio (2) ad alias causas

tam curis impendunt & DEVM & conscientiam negligentes. Alii, qui incidunt in superstitionem, conscientia quidem saepe ducuntur; sed illa conscientia cum pessimis vitiis stare potest, & a superstitioso quouis turpissima scelera committi posse videmus. Quam exigua conscientiae vis sit in statu ciuili, exinde patet, quod eius dictamina promiscue negligantur, vt honor externus utilitasque conseruetur: famae plerumque maior auctoritas, quam conscientiae. Vid. BAELII *dict. crit. T. III. tit. PATIN. p.* 2315. Si haec in ciuitate deprehendimus, vbi conscientiae monitis plerumque ciuilis subuenit auctoritas; quanto imbecillius in statu naturali erit robur conscientiae, vbi quisque sui dominus esse intelligitur nullum adgnoscens superiorem.

(2) Non quod diuina prouidentia in culpa sit, quae arcana ratione procedit: sed quod homo vix attendens ad ea, quae in sensus incurrunt, iudiciorum diuinorum arcana consilia non deprehendat, nec prouidentiae methodum introspiciat. Ea propter plurima argumenta, quae prouidentiam DEI in lumine naturae demonstrant, obscuriora supra diximus: quoniam ex iis obseruationibus desumta sunt, de quibus impios ex ratione

Digitized by Google

cauſſas impiorum mala referendi; praeſertim quum ſaepe videant improbis adfatim adeſſe, queis vulgus felicitatem metitur. Accedit, quod ſtimuli conſcientiae, qui facinus antecedunt, non ita validi videantur, quam qui idem ſubſequuntur, quando id, quod factum eſt, infectum amplius fieri nequit. Enimvero prauis cupidinibus reprimendis praeſentaneum & ad indolem hominum probe attemperatum remedium in ciuitatibus reperitur.

tione conuincere non poſſumus; quod non aliis cauſſis praeter ſolam operationem diuinam ſint adſcribendae. Theologia tamen naturalis habet nonnulla argumenta, quibus luculente conſeruationis & cooperationis DEI neceſſitas & efficacia declaratur.

CAPVT VI
DE
INTERNA CIVITATVM STRVCTVRA.

1. Homo homini contra malos optimum praeſidium.
2. Ad hoc multitudine opus eſt;
3. Et vt ea per conſenſum coëat.
4. Duo diuturni conſenſus obſtacula, & eorum remedia.

5. Pri-

5. Primum remedium *vnio voluntatum* ad commune imperium.
6. Alterum ad idem *vnio virium*.
7. Vnio haec fit mediantibus *pactis*, eorum *primum*, ſcil. ciuium inter ſe.
8. Cum ſubſequente *decreto* de regiminis forma.
9. Pactorum *alterum*, ciuium videlicet cum imperante.
10. Indoles & definitio ciuitatis.
11. In monarchia regis voluntas eſt voluntas ciuitatis.
12. In aliis formis quomodo ea exprimatur?
13. Diuerſae ciuitatum ſpecies & ciuium differentiae.
14. Quo conſenſu maieſtas ſit a DEO.

§. I.

PRoximum eſt, vt inueſtigemus, qua ratione ciuitates ſint exſtructae, a) earumdemque *interna compages* cohaereat. Vbi illud primo manifeſtum eſt, aduerſus mala ab hominum prauitate imminentia ſingulis hominibus neque locum aliquem, neque arma, neque animantia bruta (1) commodius & effica-

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. cap. II.

§. I. (1) Ea bona, quae homo per remotionem illorum malorum exſpectat, ſingulis prouenire nequeunt; ſed a ſola ſocietate proficiſcuntur. Tria autem ſunt: ſolamen contra ſolitudinem, adiumentum in negotiis & protectio contra iniurias. Vid. VERVLAMIVS *de augm. ſcient. L. 8. c. I. p.* 206. ſiue vt alii exponunt: viuere, iuſtitia frui & beate viuere.

efficacius praeſidium potuiſſe ſuppeditare, quam alii homines. Eorum autem vis quum in longe diſtantia non feratur; neceſſum erat *conjungi*, per quos finis iſte obtinendus erat.

§. II. Nec minus conſtat, eiusmodi ſecuritatem aduerſus alios homines praeſtare non poſſe duorum vel trium conſenſionem: quia facile eſt, vt ad paucos hosce opprimendos tot conſpirent, quot certiſſimam ſibi de illis victoriam ſpondere poſſint; quibus ſpes ſucceſſus & impunitatis fiduciam ad aggrediendum eſt datura. Igitur ad iſtum finem neceſſarium eſt, *inſignem hominum multitudinem* (1) ſeſe coniungere, vt pau-

viuere. Quae tamen omnia in ſtatu naturali per coniunctionem familiarum ſine vnione ciuili obtineri poterunt. PICCART *ad Ariſt. polit. L.* 3. *c.* 6. *p.* 381. & HERT. *elem. prud. ciu. P. I. ſect.* 4. *p.* 51.

§. II. (1) Auctor non primam ciuitatum originem ante oculos habuit; ſed animo voluit ideam exoriturae ciuitatis, quae nunc demum inter homines relicta naturali libertate condenda foret: quare non exponit auctor, quomodo exſtructae fuerint ciuitates; ſed quomodo ſint conſtituendae, & quibus rationibus commodiſſimis ciues noui id

paucorum hominum ad hoſtes acceſſio non ſit ipſis conſpicui momenti ad victoriam.

§. III. Inter multos iſtos hoc fine coëuntes oportet, vt ſit *conſenſus* (1) *circa*

negotium abſoluere poſſint & probabiliter ſint perfecturi. Requirit ergo inſignem hominum multitudinem, qua profecto non opus fuit in primis ciuitatibus condendis, quas paruas fuiſſe tot monumenta hiſtorica & ipſa Biblia loquuntur: non enim tanti exercitus hoſtium pertimeſcendi erant, quales poſtea reipublicae ad ſumma faſtigia elatae ſibi inuicem oppoſuerunt: & quando hoſtes tunc temporis augebantur, minores illae ciuitates potentiam ſuam amplificabant & muniebant per fœdera: id quod auctor *de l'hiſtoire de la republique des prouinces vnies T. I. p.* 21. concinne ſatis exponit: *Ces ſocietés n' ont pas eté fort nombreuſes d' abord. Il ſuffiſoit de les contracter entre quelques familles. Le genre humain n' etoit pas encore fort multiplié. Ainſi la neceſſité de s' unir en grande troupe n' etoit pas fort preſſante. Peu de gens pouuoient reſiſter a la violence exterieure. Mais dans la ſuite le nombre des mechans s' eſt augmenté. Ils ſe ſont meme vnis pour auoir le moyen de pouſſer leur inuaſions plus facilement. En quoi l' on peut dire, qu' ils ſe ſont reglés ſur ce, que les perſonnes foibles auoient fait pour leur mutuelle conſeruation. C' eſt ce, qui a donné lieu a ceux, qui ſe ſont vnis pour ſe defendre en commun, de fortifier leurs ſocietés par vn plus grand nombre de confederés.*

§. III. (1) Hunc conſenſum in primis ciuitatibus metus extorſit, neceſſitas ſine praeuia deliberatione elicuit, patientia taciturna confirmauit. Nec obſtat

circa adhibenda media ad eumdem finem idonea. Nam etiam multi, ni conſentiant inter ſe, ſed diſtracti ſententiis in diuerſa tendant, nihil efficient: aut, licet ad tempus conſentiant impellente aliquo adfectu: mox tamen, prout mutabilia ſunt hominum ingenia & inclinationes, in diuerſa abibunt. Et quamuis pacto inter ſe promittant, quod ad defenſionem communem vires ſuas ſint adplicaturi: tamen ne hoc quidem modo ad diuturnitatem iſti multitudini ſat cautum erit: ſed oportet,

ſtat conſenſum ex metu eſſe coactum & minus validum: nam ex ſuperioribus conſtat, metum a tertio aliquo incuſſum praeter culpam alterius paciſcentis, conſenſus valori non derogare. Sic qui in imperium ciuile dicta ratione conſenſerunt, a metu inimicorum compulſi voluntati alicuius, qui cauſſa metus non exſtitit, ſe ſubmittere maluerunt, quam eorum inſultui vel vindictae eſſe expoſiti. Quod ſi etiam aliqua ciuitas poſtea per violentiam potentiorum ſit producta; principium eius omnino violentum fuit & non liberum; ſed quod per conſenſum ſubſequentem & adprobantem confirmatum eſt: coacta enim voluntas etiam voluntas eſt. Quae tamen auctor de hoc conſenſu profert generatim, nondum euincunt ciuitatis neceſſitatem: ſuppetebant enim in ſtatu naturali adminicula ad finem ſecuritatis idonea, quae in foederibus & adſociationibus familiarum inueniri potuiſſent.

tet, vt *quid amplius accedat*, vt, qui ſemel ad pacem & mutuum auxilium cauſſa communis boni conſenſerint, prohibeantur, ne poſtea, quum bonum ſuum priuatum a publico discrepare viſum fuerit, iterum diſſentiant.

§. IV. Ceterum in humano ingenio *duo* potiſſimum occurrunt *vitia*, quae impediunt, quo minus multi ſui iuris & ab ſe inuicem non dependentes diu in communem aliquem finem poſſint conſpirare. *Vnum* eſt *diuerſitas inclinationum & iudicii* circa discernendum, quod ad finem eſt vtiliſſimum; cui in multis eſt coniuncta *hebetudo* ad diſpiciendum, quae ſententia ex pluribus ſit magis proficua, & *peruicacia* mordicus defendendi, quod ſemel vtcumque adriſerit. *Alterum* eſt *torpor & auerſatio* vltro faciendi, quod vtile eſt, vbi deſit aliqua neceſſitas, quae tergiuerſantes, velint nolint, ad officium faciendum ſubigat. (1) *Priori*

§. IV. (1) Quae vitia oriuntur 1) ex antipathia animorum, ſiue contrarietate temperamentorum & adfectuum: 2) ex inuidia, ne aliis bene ſit: 3) ex nimia

Priori vitio occurritur vnitis in perpetuum voluntatibus omnium: *poſteriori* autem, ſi conſtituatur aliqua poteſtas, quae praeſens & in ſenſus incurrens malum infligere poſſit communi vtilitati reluctantibus.

§. V. *Vniri multorum hominum voluntates* nulla alia ratione poſſunt, (1) quam ſi vnusquisque ſuam voluntatem voluntati vnius hominis aut vnius concilii ſubiiciat, ita vt

nimia habendi cupidine, quae ſibi ſoli omnia vindicat: 4) ex metu, ne, dum aliorum vtilitati proſpicimus, noſtram perdamus.

§. V. (1) Vniri multorum hominum voluntates non poſſe citra conſtitutionem imperii, falſum omnino eſt: poterant enim per alias ſocietates & fedra vniri, quod Germanis olim ſollemne fuit. Rectius colligere licet, vnionem voluntatum ad communem ſecuritatem commodius finem ſuum adſequi non poſſe, i. e. communem defenſionem, niſi capite quodam vel concilio conſtituto, a quo communis vtilitas poſſit diſpici, promteque ac opportune in actum deduci. Vbi enim ſumma ſecuritatis & defenſionis contra gentium latrocinia fuit cura; ibi non potuit non aliquid reipublicae oriri: neque enim bella adminiſtrari niſi vno imperante poſſunt; vel ſaltem nonnullis ducibus opus erit, vbi plures reperiuntur pares prudentia. Late id de Germanis proſequitur CONRINGIVS *diſſ. de vrbibus Germanicis* §. 44. *ſqq.* oſtendens, ſilentibus licet, immo amiſſis Romanorum monumentis veroſimile tamen eſſe, Germanorum ſocietatibus aliquid regii, Laconici tamen aut Aeſymnetici non potuiſſe non commiſceri.

omnes pro voluntate omnium & singulorum id habendum, quicquid de rebus adiicerint communem necessitatis ille volumen.

§. VI. *Facile* autem nalis, quæ omnibus fit necessaria, videm inter omnes nationes nullis alia ratione constitui posse, quam si omnes & singuli inter obligentur, quod ea modo vires hoc fint adipiscanti, ficut ille volumen, in quem omnia virium fuarum directionem refignant. Vbiantem & voluntatum & virium ubi vnio fefe fortit; tandemum nullo modo hominum in vnitatem rem coepit, cuiuscum nominum, animarum.

§. VII. Porro vt ciuitas *requiritur* ad vitæ commodiorem, requiruntur *duæ* in

---

§. VI. IX. IX. Hanc hic author defert omnes ad ea, in diuersis positionis, communem propensionem temperam, dispositionem ac inclinationem ad quietem. Nam ; inclinatio ciuitatem apud primos homines fuisse, ex ea ratione, quod ea ad vitæ commodiorem necessitatis adiumenta adiuuet, ut, qui eam habebant, nemini cognitum, ab omni retro ætate longum est, & valde improbabile. Cæterum inferiorum humanorum status & inclinationes primo statim, nouorum (GEN. II. 20.) Quod quoque §) de forma regiminis non primum

VIRTUS

cta & vnum decretum. Primo enim omnium illi multi, qui in libertate naturali conſtituti intelliguntur, vbi ad ciuitatem faciendam congregantur, inter ſe *ſinguli cum ſingulis pactum* ineunt, quod in vnum & perpetuum coetum coire velint, ſuaeque ſalutis ac ſecuritatis rationes communi conſilio ac ductu adminiſtrare; vno verbo, quod velint conciues mutuo fieri. In quod pactum omnes & ſinguli vt conſentiant, neceſſum eſt; & qui non conſenſerit, is extra futuram ciuitatem manet.

§. VIII. *Poſt* iſthoc pactum opor-

 tet,

tuerunt decernere nec paciſci, quae iis incognita fuit: ignoti autem nulla cupido. 4) Quis tantum ſibi concipiat ordinem obſeruatum ab hominibus nulla ingenii cultura gaudentibus? quis vota collegit? an per maiora, an per vnius eloquentiam res peracta? putasne omnia ſine contradictione ſtatuta? quis rationibus decidendi pondus adiecit? ponas centum tantum homines inculto & agreſti morum habitu imbutos, quorum quilibet ſuimet abſolutus eſt dominus, anne perſuadere tibi potes, hosce barbaros circumſpexiſſe omnia illa conſilia, expendiſſe rationem ſtatus formandi, elegiſſe formam regiminis ſibi optime conuenientem, pactisque duobus & decreto eam rem eo ordine abſoluiſſe, qui cultiſſimis temporibus dignus eſt, & nonniſi ab aliquo PVFENDORFIO potuit excogitari, qui ciuitatum bene conſtitutarum iam fuit gnarus.

tet, vt *decretum* fiat, *qualis forma regiminis* ſit introducenda. De hac enim antequam conſtitutum ſit; nihil conſtanter poterit expediri, quod ad communem ſalutem faciat.

§. IX. Poſt decretum circa formam regiminis *altero pacto* opus eſt, quando conſtituuntur ille vel illi, in quem vel quos regimen naſcentis ciuitatis confertur: quo quidem pacto hi ad curam communis ſecuritatis & ſalutis; reliqui ad obſequium his praeſtandum ſeſe obſtringunt: quo ipſo etiam omnes ſuam voluntatem ſubiiciunt voluntati iſtius vel iſtorum, ſimulque ſuarum virium vſum & adplicationem ad communem defenſionem eidem vel iisdem deferunt. Atque hoc pactum vbi rite fuerit executioni datum; tunc demum perfecta & regularis ciuitas inde prouenit.

§. X. Ciuitas ita conſtituta ad modum *vnius perſonae* concipitur, vnoque *nomine* ab omnibus particularibus hominibus diſtinguitur atque dignoſcitur, habetque peculiaria *iura*,

a, ac res proprias; quae neque ſin-
guli, neque multi, neque adeo omnes
imul citra eum, qui ſummum ha-
et imperium, ſeu cui regimen ciui-
atis commiſſum, ſibi adſerere pos-
iunt. Vnde *ciuitas definitur*, (1)
uod ſit perſona moralis compoſita,
uius voluntas ex plurium pactis
mplicita & vnita pro voluntate o-
nnium habetur, vt ſingulorum vi-
ibus & facultatibus ad pacem & ſe-
uritatem communem vti poſſit.

§. XI. Exſerit autem ſeſe *voluntas iuitatis*, tamquam principium acti-
onum publicarum, vel *per vnum ho-
ninem*, vel *per vnum concilium*, prout
n illum aut hoc ſumma rerum fuit
onlata. Vbi penes *vnum hominem*
ſt regimen ciuitatis; ciuitas velle
ntelligitur, quodcumque iſti homi-
ii, (cui ſanam rationem conſtare

X. (1) De accurata definitione ciuitatis, quam hic auctorem cum HOBBESIO *de ciue c. V.* §. 9. minus recte attuliſſe rationi conſentaneum eſt, quia imperantem ciuitati confundit, vid. TITIVS *in ſpecim. iur. publ. Rom. Germ. l. VII. c.* 7. §. 19. HERTII *elem. prud. ciu. P. I. ſect.* 2. §. 4. BOEHMERVS *iur. publ. vniu. part. ſpec. l. I. c. III. §. I. p.* 187. vbi eam definit, *quod ſit coetus plurium hominum ſub imperio pactis vel expreſſis vel tacitis vnitus tutioris & tranquillioris vitae gratia.*

praesupponitur,) placuerit, (1) & quidem circa negotia, quae ad finem ciuitatum spectant.

§. XII. Verum vbi regimen ciuitatis conlatum est in concilium ex pluribus hominibus constans, quorum quisque suam retinet voluntatem naturalem; regulariter illud habetur pro voluntate ciuitatis, in quod consenserit *maior pars* hominum,

§. XI. (1) Non quidem absolute id intelligendum, ita vt ciuitas imperantis voluntati omni, quaecumque etiam placuerit se submisisse dicenda sit, vti HOBBESIVS & HOVTVYNVS volunt, qui ab imperante nullam plane ciuibus iniuriam fieri posse adserunt. Sic enim tyrannis, non ciuitas constituitur: sed imperans, qui ius accepit dirigendi actiones hominum subditorum, continetur 1) intra cancellos obligationis ad legem naturae, cui aeque ac ceteri homines adstrictus est: 2) intra terminos finis reipublicae, ob quem ciues suas voluntates eius arbitrio detulerunt, nimirum, vt viuerent secure atque beate. Multa ciues non potuerunt imperantis voluntati concedere, multa noluerunt, e. c. adsensum & dissensum suum interdum respectu variarum doctrinarum, vitae generis electionem, regimen conscientiae, domesticarum rerum curas & prouidentiam, potestatem sibi nocendi &c. In ea itaque imperanti nulla erit potestas, nec alii principes eo extendunt suas voluntates, quam qui machiauellissimi principiis imbuti non tantum tondere pecus volunt, verum etiam deglubere.

Digitized by Google

num, (1) ex quibus concilium componitur; niſi expreſſe ſtatutum ſit, quota

§. XII. (1) Siue membrorum, ſiue collegiorum, ſiue ciuitatum ad rempublicam pertinentium. Maior illa pars eſt, quae unica etiam ſententia tantum alteram vicit, niſi expreſſe lex ciuilis, vel *fundamentalia* pacta aliud determinauerint, vti oſtendit BOECLERVS *diſſ. de calculo Mineruae T. I. diſſ. p.* 229. *ſq.* HERTIVS *ad Puf. op. mai. l. VII. c. II. §.* 15. Licet autem maioritas votorum in multis ſecundum rationem rectam non debeat attendi, quum plerumque imprudentum maior pars eſſe ſoleat & ſuffragia non tam numeranda, quam ponderanda ſint, SENECAEque *de vita beata c.* 2. monitum ſua luce radiet: *Quum de beata vita agitur, non eſt, quod mihi illud diſceſſionum more reſpondeas: haec pars maior eſſe videtur: ideo enim peior eſt. Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant: argumentum peſſimi turba eſt.* Attamen variae ſubſunt rationes, cur iuſtum eſſe videatur, vt maiora ſuffragia praeualeant: 1) quia nullum aliud remedium adparet, quo pluriū diſſenſus ad concordiam poſſit redigi: 2) quia negotia vel ſecundum vnum, vel paucos, vel plures ſunt decidenda, quod vltimum tantum iuris naturae: 3) quia collegium conſideratur vt perſona, cuius tota voluntas inclinat in id, vbi fortior ratio eſt: 4) quia vbi maior pars, ibi regulariter quoque maior perſpicacia: 5) quilibet lubens pro ſe maiora ſuffragia amplectitur, ergo & contra ſe admittere debet. Multis ſcriptorum teſtimoniis gentiumque variarum exemplis id confirmat FRANC. MEYER *pererudita diſſ. ſub* praeſidio ill. COCCEII 1705. *Francof. hab.* Conf. etiam, quae contra VITRIARIVM diſputat TITIVS *in vindic. Vitriar. caſtig. §. 299. p.* 236. Sunt tamen nonnulli caſus,

praesupponitur,) placuerit, (1) & quidem circa negotia, quae ad finem ciuitatum spectant.

§. XII. Verum vbi regimen ciuitatis conlatum est in concilium ex pluribus hominibus constans, quorum quisque suam retinet voluntatem naturalem; regulariter illud habetur pro voluntate ciuitatis, in quod consenserit *maior pars* hominum,

§. XI. (1) Non quidem absolute id intelligendum, ita vt ciuitas imperantis voluntati omni, quaecumque etiam placuerit se submisisse dicenda sit, vti HOBBESIVS & HOVTVYNVS volunt, qui ab imperante nullam plane ciuibus iniuriam fieri posse adserunt. Sic enim tyrannis, non ciuitas constituitur: sed imperans, qui ius accepit dirigendi actiones hominum subditorum, continetur 1) intra cancellos obligationis ad legem naturae, cui aeque ac ceteri homines adstrictus est: 2) intra terminos finis reipublicae, ob quem ciues suas voluntates eius arbitrio detulerunt, nimirum, vt viuerent secure atque beate. Multa ciues non potuerunt imperantis voluntati concedere, multa noluerunt, e. c. adsensum & dissensum suum internum respectu variarum doctrinarum, vitae generis electionem, regimen conscientiae, domesticarum rerum curas & prouidentiam, potestatem sibi nocendi &c. In ea itaque imperanti nulla erit potestas, nec alii principes eo extendunt suas voluntates, quam qui machiauelliſmi principiis imbuti non tantum tondere pecus volunt, verum etiam deglubere.

Digitized by Google

num, (1) ex quibus concilium componitur; niſi expreſſe ſtatutum ſit, quota

§. XII. (1) Siue membrorum, ſiue collegiorum, ſiue ciuitatum ad rempublicam pertinentium. Maior illa pars eſt, quae unica etiam ſententia tantum alteram vicit, niſi expreſſe lex ciuilis, vel *fundamentalia* pacta aliud determinauerint, vti oſtendit BOECLERVS *diſſ. de calculo Mineruae T. I. diſſ. p.* 229. *ſq.* HERTIVS *ad Puf. op. mai. l. VII. c. II.* §. 15. Licet autem maioritas votorum in multis ſecundum rationem rectam non debeat attendi, quum plerumque imprudentum maior pars eſſe ſoleat & ſuffragia non tam numeranda, quam ponderanda ſint, SENECAEque *de vita beata c.* 2. monitum ſua luce radiet: *Quum de beata vita agitur, non eſt, quod mihi illud diſceſſionum more reſpondeas: haec pars maior eſſe videtur: ideo enim peior eſt. Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant: argumentum peſſimi turba eſt.* Attamen variae ſubſunt rationes, cur iuſtum eſſe videatur, vt maiora ſuffragia praeualeant: 1) quia nullum aliud remedium adparet, quo pluriũ diſſenſus ad concordiam poſſit redigi: 2) quia negotia vel ſecundum vnum, vel paucos, vel plures ſunt decidenda, quod vltimum tantum iuris naturae: 3) quia collegium conſideratur vt perſona, cuius tota voluntas inclinat in id, vbi fortior ratio eſt: 4) quia vbi maior pars, ibi regulariter quoque maior perſpicacia: 5) quilibet lubens pro ſe maiora ſuffragia amplectitur, ergo & contra ſe admittere debet. Multis ſcriptorum teſtimoniis gentiumque variarum exemplis id confirmat FRANC. MEYER *pererudita diſſ. ſub* praeſidio ill. COCCEII 1705. *Francof. hab.* Conf. etiam, quae contra VITRIARIVM diſputat TITIVS *in vindic. Vitriar. caſtig.* §. 299. *p.* 236. Sunt tamen nonnulli caſus,

quota pars concilii consentiens requiratur ad repraesentandam voluntatem uniuersitatis. Vbi autem duae sententiae discrepantes pares sint; nihil agetur, sed res in priori statu manebit. Inter plures sententias discrepantes illa praeualebit, quae singulis dissentientibus maior est, modo in ea tot conspirent, quot alias voluntatem vniuersitatis per sanctiones publicas repraesentare possunt.

§. XIII. Ciuitate ita constituta ille, in quem imperium est conlatum, prout est vel vnus homo, vel unum concilium paucorum aut vniuersorum, *monarcha*, *senatus*, aut *populus liber* dicitur; reliqui *subditi* audiunt, aut ciues vocabulo hoc latius accepto. Etsi pressius illi quibusdam dumtaxat ciues soleant dici, quorum coitio-

casus, vbi suffragia numero maiora non concludunt: 1) quando manifestum est, artibus fraudulentis & fallaciis captata esse maiora, antequam in publicum proferantur: 2) quando a personis feruntur, quae deliberationi interesse non deberent: 3) si ii non vocati sint, qui debuissent: 4) quando non tam per decisionem, quam in tumultu feruntur: 5) si res ad vniuersitatem, non qua vniuersitatem; sed ad singulos spectet. Vid. GRONOVIVM *ad Grot. lib. II. c. V. §. 17.* GOTHOFR. DE IENÀ *de rat. status diss. 5. concl. I.* MEYERI *diss. cit.*

coitione & conſenſu primo ciuitas coaluit, aut qui in horum locum ſucceſſerunt, nempe *patresfamilias*. Sunt porro *ciues* vel *originarii* vel *adſcititii*. Illi ſunt, qui vel initio ciuitati naſcenti interfuerunt, vel qui ex hisce ſunt geniti; quos etiam *indigenas* adpellari moseſt. Hi autem ſunt, qui ciuitati iam conſtitutae extrinſecus accedunt eo fine, vt fortunarum ibi ſedem figant. Nam qui tantum ad tempus commorandi cauſſa in ciuitate verſantur, etſi tantiſper ipſius imperio ſubiiciantur; ciues tamen non habentur, ſed peregrini aut *inquilini* vocantur.

§. XIV. Iſta tamen, quae ſuper origine ciuitatum tradita ſunt, non obſtant; quo minus *imperium ciuile* a DEO eſſe recte dicatur. (1) Quum enim

§. XIV. (1) Opinio illa de immediata a DEO origine maieſtatis ſiue ſummi imperii vetuſtiſſima eſt & ex arcanis dominationis ſubnata: ii enim, qui imperium conſtituebant vel adfectabant inter ethnicos, omnem mouebant lapidem, vt Deorum auctoritate id ſibi conceſſum eſſe oſtenderent, ſeque in omnibus deorum iuſſa immediate exſequi perſuaderent, quo aptius iugum diuinitus quaſi acceptum hominibus iniicere poſſent. Quod pluribus inluſtrauit NAVDAEVS *conſid. polit. ſur les coups d'eſtat*

enim idem legem naturalem ab omnibus hominibus exerceri velit; &

d'eſtat cap. 4. Ea propter Anglus quidam morti proximus aſpero ſtilo, ſed ſignificantiori dixit: *Les Rois, nedoiuent pas s'imaginer, qu'ils tiennent leur autorité immediatement de Dieu meme; ni que cet etre bon & ſage ait tire duneant les hommes tout ſeller & tout brider, pour être galoppez, a n'en pouuoir plus par deux ou trois* BVRNET *hiſt. des dernieres reuolutions d'Angleterre L.* 4. *p.* 674. His fraudibus acceſſerunt artes ſacerdotum, qui non tantum principum & conqueſtorum proemiis excitati hanc ſententiam populo egregie inculcabant, ſuisque oraculis, teſtimoniis, vnctionibus, conſecrationibus firmabant; ſed etiam ad auctoritatis & iurisdictionis amplificationem referebant. Cui rei non parum roboris addidit, quod plebs eam opinionem imbibiſſet, ſacerdotes immediate a diis conſtitui, nec non arctiſſima cum iisdem habere commercia: quamobrem ſacerdotia cum ſummo imperio apud multas gentes coniuncta fuiſſe non miramur. Inde enim colligebat populus, maieſtatem per ſacerdotes a diis in principes conferri, immo principes per conſecrationes diuinitatis participes reddi. Vnde plurimi eorum in deos abierunt, quos caecum vulgus idololatrico cultu proſequebatur. Eadem ratione clerus Romanus manibus pedibusque in eamdem deſcendit ſententiam, vt vicario ſcilicet DEI pontifici Romano ius conferendi maieſtatem adſereret eique poteſtatem in imperantes omnes vindicaret: quod multa hiſtoricorum turba obſeruauit, & ſcriptores etiam religioni Romanae addicti multifariam teſtati ſunt. Alii porro in hanc ſententiam delapſi ſunt ex inadaequato venerationis ſtudio in imperantes, quod putarent, hoc dogmate illorum

& vero poſt multiplicatum genus humanum tam horrida vita inter homi-

rum imperia & auctoritatem firmari: quae tamen dogmatibus obſcuriſſimis nec vlla ratione explicabilibus parum apud ſaniores roborantur, potius infringuntur. Alii mala dictorum biblicorum interpretatione adducti tanto feruore cauſſam immediatae originis propugnarunt, vt articulum fidei tueri ipſique ſoli maieſtatis acerrimi vindices eſſe viderentur: quum tamen iſta dicta nil aliud notent, quam DEVM approbaſſe maieſtatem & confirmaſſe, vt & prouidentia ſua peculiariter circa ſummum imperium verſari. Ad rem ipſam quod attinet, eam HERTIVS *de modo conſtit. ciuit. ſect. 2. §. 3.* VITRIAR. *inſtit. iur. publ. lib. 3. tit. 13. §. 9.* THOMASIVS ſcriptis contra MASIVM *& inſtit. I. D. L. III. c. VI. §. 66. ſqq.* BOEHMERVS *iur. publ. vniu. L. 1, c. 2. §. 24. ſqq. p. 181.* NOODT *orat. de iure ſummi imperii & lege regia* diſcuſſerunt. Tantum vero abeſt, vt ii, qui maieſtatis immediatam a DEO originem defendunt, principum auctoritatem auctum eant, vt potius eius fundamenta vera diruant & fictitia ſubſternant. Multi enim perſpicacioris ingenii homines peruidere facile poſſunt, modum originis immediatae nullum, nullum argumentum vel indicium adferri poſſe, praeter coniecturas credulorum & ſuperſtitioſorum; vel placita callidorum hominum ad decipiendam plebem adaptata: cogitabunt ergo facile, totam rem ad fraudes ſpectare & fundamento deſtitui. Quod ſi etiam certi eſſe nequeant ciues, DEVM immediate maieſtatem alicui conceſſiſſe, praeſertim ſi quis per ſcelera viam ad ſummam poteſtatem ſibi parauerit, eamdemque nefarie adminiſtret: populos exinde imperanti obſequia ſua iuſto quaſi titulo ſubtrahendi

homines prouentura fuerit, vt legi naturali vix vllus relinqueretur locus; cuius tamen exercitium per inſtituras ciuitates egregie promouetur; ergo, quum, qui iubet finem, iubere etiam cenſeatur media ad finem neceſſaria; DEVS quoque mediante dictamine rationis antecedenter praecepiſſe humano generi multiplicato intelligitur, vt ciuitates, quae

hendi & ad minimum iuſtiſſimam dubitandi rationem depromere poterit, ei maieſtatem a DEO conceſſam eſſe. Praeterea tot rerumpublicarum hiſtoria docet, ſummos magiſtratus non e caelo demiſſos eſſe, ſed communi ciuium conſenſu impoſitos. Concludimus ergo cum NOODT *l. c. p.* 770. *b. Imperia quum DEO deberi dicuntur; non ei alio imputantur ſenſu, quam leges, quam cetera, quae ab hominibus ratione facta aut ſublata, DEI voluntate fieri aut tolli intelliguntur. An unquam fando audiuimus, reges aut principes, aut quocumque tandem titulo ſummi honos magiſtratus eminet, primo de caelo demiſſos eſſe, non hominum placito aut conſenſu electos? annon res loquitur, vnam eſſe naturalem rationem, illam veram ac diuinam, quae prima hominem homini coniunxit, atque eam ſocietatem, quia ſine legibus & imperiis haberi nequit, legibus atque imperiis firmari iuſſit? quidni igitur a DEO conſtitui aut mutari dicantur imperia, quae ab hominibus ad tuendam ſocietatem ratione, i. e. diuina voluntate aut conſtituuntur, aut abrogantur.* Plura dixi in notis *ad L. B.* de SCHROEDERN *diſſ. von abſoluten Fürſten-Recht.*

quae ſummo imperio velut animantur, conſtituerentur. Quarum ordinem quoque in diuinis litteris expreſſe adprobat, eiusque ſanctimoniam peculiaribus legibus ſancit, ſibique illud peculiariter curae eſſe teſtatur.

CAPVT VII
DE
PARTIBVS SVMMI IMPERII.

1. Partes ſummi imperii quae ſint, ex fine ciuitatum colligitur.
2. Vnde poteſtas legislatoria;
3. Poenas ſumendi;
4. Iudiciaria;
5. Belli & pacis, nec non federum pangendorum;
6. Magiſtratus conſtituendi;
7. Tributa indicendi;
8. Circa doctrinas publicas.
9. Regularis partium harum cohaerentia.

§. I.

QUae *partes* (1) ſint ſummi imperii, & quibus modis eiusdem ſeſe vis in ciuitatibus exſerat, a) ex natura & fine earumdem liquido poteſt colligi.

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. c. IV.

§. II.

§. I. (1) Partes nimirum *poteſtatiuae*, quae iura maieſtatis,

§. II. In ciuitate omnes ſuam voluntatem ſubmiſerunt voluntati imperantium circa negotia ad ſalutem ciuitatis facientia, quod velint facere, quidquid illi voluerint. (1) Hoc vt fieri poſſit, neceſſum eſt, vt *imperantes ciuibus ſignificent, quae ipſorum circa talia ſit voluntas.* Iſtud igitur faciunt non ſolum *per mandata ad ſingulos* directa circa negotia particularia: ſed etiam *per generales regulas*, vnde omnibus in perpetuum de agendis omittendisue conſtet. Per quas etiam definiri ſolet, quid cuique ſuum, quid alienum cenſeri debeat; quid in ciuitate pro licito, quid pro illicito, quid pro honeſto aut inhoneſto habendum; (2) quid cuique

ieſtatis, iura ſummi imperii, regni & regalia dici ſolent. Scriptorum de iisdem optimus cenſeri debet decantatiſſimus tr. CASP. ZIGLERI *de iuribus maieſtatis Witteb. denuo* 1710. *ed.* 4. *Cui iungi poteſt* HVBERVS *de iure ciuitatis* cum notis THOMASII. LOCK *ſur le gouuernement ciuil c.* 7.

§. H. (1) Vel illimitate, vel limitate ſecundum pacta conuenta.

(2) Legum ferendarum poteſtas primarius maieſtatis character eſt: notat enim voluntates omnium in vna voluntate maieſtatis eſſe vnitas, qua perfecte obligari intelliguntur. Illa vero poteſtas

cuique ex libertate naturali ſuperſit; aut quomodo quisque vſum ſuorum iurium ad tranquillitatem ciuitatis temperare debeat; quid denique & quomodo quisque ſuo iure ab altero exigere queat. Haec omnia enim liquido definita eſſe, ad decus & tranquillitatem ciuitatis plurimum facit.

§. III. Is porro potiſſimus ciuita-

ſtas non ita concipienda, ac ſi nullis finibus eſſet comprehenſa, omneque iuſtum & honeſtum in ſe dicendum ſit, quod imperantis eſſe voluntas declaratur. *De facto* quidem in ea ciuitate, vbi regulas praeſcribendi ius exercet imperans ſecundum externum iuſtitiae & honeſtatis valorem & effectum, omnia imperantis placita propter vim imperii coactiuam vim iuſti & honeſti obtinent, bonique ciues proemiisque digni cenſentur, qui eadem obſeruant: at vero rei natura eam ob cauſſam non mutatur, nec relatio eius ad leges diuinas non tollitur; ſed placita illa internam ſaepe inuoluunt turpitudinem, & iniuriam ciuibus inferunt. HOBBESIVS ergo, qui *de ciue c. VI. §. 9. & 16.* tantum iuſtum & honeſtum ex externo effectu in ciuitate diiudicat, in eo non peccat, quod eo ſenſu iuſtum & honeſtum ab imperantis voluntate pendere adſeruerit; ſed in eo minus accurate proceſſiſſe dicendus eſt, quod nullam aliam iuſti & honeſti ideam in ciue ſuo admiſerit. Regulae enim, quae in republica praeſcribuntur, intra cancellos legis naturae, ciuium vtilitatis pactorumque fundamentalium ſe detinere debent. Conf. HOVTVYN *politica contracta §. 27. ad 35.*

tum finis est, vt homines mutua consspiratione & ope tuti sint aduersus damna & iniurias, quae ab hominibus inuicem inferri possunt & solent. Id vt obtineatur ab hominibus, quibuscum in eamdem societatem coniungimur, non sufficit, vt mutuo inter se paciscantur de iniuriis non inferendis; neque etiam, vt nuda superioris voluntas ciuibus innotescat: sed opus est *metu poenae, & facultate eamdem repraesentandi.* (1) Quae poena, vt huic fini sufficiat, ita est temperanda, vt aperte maius malum sit leges violasse, quam obseruasse; vtque adeo poenae acerbitas voluptati aut lucro, quod ex iniuria capitur aut speratur, praeponderet. Nam non possunt homines non ex duobus malis minus eligere.

Licet

§. III. (1) Lex omnis sine poenae repraesentatione, vel etiam sine potestate puniendi fulgur est ex pelui. Exempla in lege Cincia & Valeriana adfert BOEHMERVS *de iur. publ. vniu. P. spec. L. II. c. III. p.* 404. *not. p.* Metu opus est in ciuitate, in qua ciues malitiam suam non amiserunt, quibus eam ob caussam mala sunt opponenda, in quae incidant, nisi mores ad vtilitatem & tranquillitatem reipublicae componant. Constat etiam ex eo: leges obligare debent: obligationis autem natura non tantum spem boni, sed & metum mali requirit.

Digitized by Google

Licet autem multi per imminentem poenam ab iniuriis non reprimantur: id tamen inter minus frequentia habendum eſt; quae plane euitare conditio humana non patitur.

§. IV. Quia etiam ſaepe controuerſiae ſuper recta legum adplicatione ad facta ſingularia oriri ſolent, ac multa accurate expendenda occurrunt, ſi quid contra leges factum eſſe dicatur: inde, vt inter ciues tranquillitas conſtet, ſummi imperii eſt *lites ciuium cognoſcere & decidere*, (1) ſingulorumque facta, quae legibus contraria arguuntur, examinare, ac poenam legibus conuenientem dictitare & exequi.

§. V. Vt autem, qui in ciuitatem coiuerunt, aduerſus extraneos tuti ſint; ſummi imperii eſt *congregare, vnire & armare*, aut eius loco conducere, quot pro incerto numero &

§. IV. (1) Poteſtas iudiciaria, quae legum vim in ciuium cauſſis manifeſtat, penes ſolum imperantem eſt, qui, vt eo aptius ius dici poſſit, iudices peculiares conſtituit & ſubordinat. Tribus autem ea abſoluitur: 1) facti cognitione: 2) iuris adplicatione, vel dictione, qua de facto cognito iudicatur: 3) imperio ſiue exſequutione eius, quod de facto ſtatutum eſt. Vid. BOECLERI *diſſ. polit. X. de iurisdict. & iudic.*

viribus hoſtium ad communem defenſionem opus viſum fuerit; rurſusque, vbi expedierit, pacem facere. (1) Quumque & belli & pacis temporibus inſeruiant *federa*, vt & commoda diuerſarum ciuitatum melius communicari poſſint, & validior hoſtis iunctis viribus repelli, aut in ordinem redigi queat; penes ſummum quoque imperium erit, vtrique tempori inſeruientia federa inire, vniuerſosque ſubditos ad ea ſeruanda obſtringere, ſimulque exinde redundantia commoda in ciuitatem deriuare.

§. VI. Quum etiam ciuitatis amplae negotia tam belli quam pacis tempore occurrentia ab vno homine ſine *miniſtris & magiſtratibus* executioni dari nequeant; opus erit a ſummo imperio conſtitui homines,

§. V. (1) Ius belli & pacis, quod hic innuitur, neque ciuitati, neque magiſtratui inferiori; ſed ſoli maieſtati competit ordinarie: niſi ſumma neceſſitas ad arma praecipitanti conſilio capienda impellat, vel ciuitas a principe ſuo deſerta ſit. Vid. BOECLER *ad Tacit. annal. L. I. c.* 10. *n.* 3. GROTIVS *lib. I. c.* 3. *n.* 5. BERNEGGER *ad Tacit. quaeſt.* 187.

Digitized by Google

mines, (1) qui ipſius vice controuerſias ciuium examinent, vicinorum conſilia explorent, milites gubernent, opes ciuitatis conligant & diſpenſent, ac deniq; vtilitati ciuitatis vndiq; proſpiciant. Quos ipſos ſummus imperans ad officium faciendum compellere, geſtorumque rationes poſcere poteſt ac debet.

§. VII. Quia porro nec belli nec pacis tempore ciuitatis negotia ſine *ſumtibus* geri poſſunt; ſummi imperii eſt adigere ciues, vt eosdem ſuppeditent. (1) Id quod variis modis

§. VI. (1) Ius conſtituendorum magiſtratuum ſoli maieſtati competit: 1) quia populus a maieſtate vult regi; cui ergo liberum erit, de regiminis miniſterio ſtatuere: 2) ſummus imperans, ſiue per ſe velit, ſiue per alios agere, hoc perinde eſt, modo ſua voluntate id fiat: 3) magiſtratus ſunt exſequutores legum; quod munus immediate ex maieſtatis fonte promanat. Vid. BOECLER *diſſ. polit. IX.*

§. VII. (1) Ius tributorum maieſtati ſumme neceſſarium: ſine iis ceſſant media defenſionis; ceſſat auctoritas reipublicae; ceſſat tranquillitas: ſine eo imperium diſſoluitur, neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt: quae verba ſunt TACITI *L. IV. hiſt. c. 74. n. 2.* ad quae prolixe de tributis explicuerunt commentarii. Vid. praeterea BARCLAIVM *Argenid. L. IV. c. X.* THYSIVS *memorab. veterum rerump. c. 18. p. 598. 687.* BERNEGGERVS *quaeſt.* 81.

contingit: puta, ſi vel ciues aliquam bonorum aut prouentuum regionis ab ſe inſeſſae partem ad hos vſus ſeponant; vel ſinguli ciues de ſuis bonis conferant, ſimulque, vbi opus ſit, operas ſuas praebeant; vel, ſi vectigalia imponantur mercibus, quae importantur & exportantur, (quorum illud tamen magis ciues, hoc exteros onerat:) aut ſi de pretio rerum, quae conſumuntur, modica pars decidatur.

§. VIII. Denique quum ſingulorum actiones a ſua cuiusque opinione regantur; plerique autem de rebus ita ſolent iudicare, prout adſueuerunt, & prout communiter iudicari vident; pauciſſimi proprio ingenio vera & honeſta diſpicere queant: inde ciuitati expedit, vt publice eiusmodi *doctrinis* perſonet, (1) quae cum

§. VIII. (1) Huc itaque pertinet 1) ius circa ſacra, & quidem vel circa cultum, vel circa perſonas ad ſacra neceſſarias, vel circa bona eccleſiaſtica: 2) ius circa ſcientiarum permiſſionem & promotionem in republica: 3) ius circa dogmata ipſa & ſentiendi libertatem. De primo vid. eruditiſſimum librum ANT. DE DOMINIS *de republica eccleſiaſtica.* BESOLDVM *de religionis iure.* GROTIVM *de imperio ſummae poteſt. circa ſacra.* RECHEN-

cum recto fine & vſu ciuitatum congruunt, ſimulque animi ciuium a puero iſtis imbuantur. Eiusmodi igitur doctrinas qui publice doceant, ſummi imperii eſt conſtituere.

RECHENBERG *diſſ. P. II. D. XXI. an cuius regio eius ſit religio.* CONRING *diſſ. de maieſtatis ciuilis auctoritate & officio circa ſacra.* IAEGER *de concordia imperii & ſacerdotii.* De tertio ANT. COLLINI *discours ſur la liberté de penſer* variis occaſionem praebuit inueſtigandi ius principum circa ſentiendi libertatem. Conf. quoque RAPIN *reft. ſur la philoſophie p.* 356. Malim tamen ius circa ſacra & religionem deducere ex principis iure ſupremae inſpectionis in quasuis ſocietates, quaeuis collegia ciuium, quo praecauet, ne vllum reipublicae praeiudicium exinde pronascatur. Sicuti enim ſinguli ciues ſubiecti ſunt principis imperio: ita quoque ciues in ſocietates coaliti, vel integra ciuium corpora eamdem obſequii obligationem ſuſtinent. Ius vero illud principis vel magis vel minus ad res ſocietatis dirigendas ſe extendit, prout vim ea habent & exſerunt in rempublicam. Non opus hic eſt, vt fingamus iura principis *collegialia* iuribus maieſtatis contradiſtincta: nihil eſt in principis imperio, quam maieſtas: nihil in maieſtate, quam complexus iurium ſummi imperii, quae ſi adplicare neceſſe ſit ad interiorem alicuius collegii conſtitutionem; exinde non aliam induunt indolem, nec iura dici poſſunt a iuribus maieſtaticis diuerſa: quod viro magnifico PFAFFIO *in origin. iur. eccleſ. p.* 193. 200. regerendum eſſe puto. Eccleſia vero eſt coetus ciuium DEVM publice colentium: inſignem ille vim habet in animos homi-

§. IX. Sunt autem iſtae partes ſummi imperii naturaliter ita *connexae*, (1) vt, ſiquidem *regularis forma*

hominum & per eorum motus in ipſam rempublicam. Quare principis eſt ita dirigere totius eccleſiae externum habitum & iura illuc pertinentia, ne ſecuritati reipublicae & ſaluti detrahat. Vbi vel inſigues doctorum eccleſiae abuſus vel ceterorum membrorum corruptio ſe apertius manifeſtant; ibi princeps ſupremum inſpectionis ius etiam latius in eccleſiae externam conſtitutionem extendit & limitibus eam circumſcribit, quibus opus eſt ad euitandam ſocietatis & reipublicae corruptionem. Conf. *Caroli Franciſci* BVDDEI *Vnterſuchung des wahren Grundes, aus welchem die höchſte Gewalt eines Fürſten über die Kirche herzuleiten iſt. Halae* 1719. 8. Auctor huius libri ſanioribus principiis inſiſtit, & iuris publici vniuerſalis praecepta hac in parte egregie ordineque concinno enucleat. Adde Böhmerum *iur. publ. vniu. part. ſpec. L. I. c.* 4. 5.

§. IX. (1) Maieſtatem non poſſe diuidi, communis olim fuit ſententia partim ex adulatione, partim ex ſuperſtitione enata: quod maieſtatem immediate inſtar ſancti habitus animis principum e caelo infundi crediderint, qui non poſſit communicari cum aliis; ſed indiuiſim tamquam qualitas diuinitus immiſſa poſſideri. Nil vero obſtat excuſſo illo errore, quo minus maieſtatem in partes abire poſſe putemus, ita, vt penes vnum ius ſacrorum, penes alterum ius belli & pacis, penes alios ius legum ferendarum adeſſe queat. Non obſtat maieſtatis natura, quae eſt complexus omnium iurium, quae ad ſummum imperium pertinere iudicamus: illa vero diuidi commode poſſunt non tantum mente, ſed etiam praxi ciuili.

Nec

forma ciuitati conſtare debeat, omnes & ſingulae penes vnum radicaliter eſſe debeant. Nam ſi vna vel altera plane abfuerit; mancum erit imperium, nec ad finem ciuitatis procurandum idoneum. Sin autem iſtae diuidantur, ita vt quaedam radicaliter ſint penes vnum, reliquae penes alium, *irregularem rempubl.* male cohaerentem emergere neceſſum eſt.

Nec eſt, vt finem ciuitatis hac ratione obtineri non poſſe adfirmemus: experientia loquitur contrarium, & ſaepe e re ciuium eſt, vt ne omnia iura in vno reſideant capite. Nihil quoque monſtri alit eiusmodi partitio, qua licet facta, iura tamen omnia in vna ciuitate remanent, tamquam in corpore: respublica enim perpetuum maieſtatis ſubiectum manet, quacumque ratione eius iura diſtribuantur. Conf. ZIGL. & GRONOVIVM *ad Grot. L. I. c. III.* §. 17. ipſumque GROTIVM, vbi varios eius rei exponunt modos & exempla. LAMPAD. de republ. Rom. Germ. P. I. th. 60. 61. BESOLD. *op. polit. L. I. c.* 8. 278. *ſqq.* FVRSTENERIVM *de ſupremat. c. XI. p.* 48.

CAPVT

CAPVT VIII
DE
FORMIS RERVM PVBLICARVM.

1. Summum imperium varias formas recipit.
2. Eae ſunt vel regulares, vel irregulares.
3. Regularium tres ſpecies.
4. Comparatio illarum formarum.
5. Regulares poſſunt habere vitia tam ſtatus, quam hominum.
6. Vitia hominum quae ſint in ſpecie in monarchia?
7. Quae in ariſtocratia?
8. Quae in democratia?
9. Vitia in genere quae ſint omnibus rebus-publicis.
10. Vitia ſtatus vere ſic dicta.
11. Falſo imputata.
12. Formae irregulares multiplices.
13. Syſtemata ciuitatum
14. Exiſtunt vel per communem regem;
15. Vel per fedus perpetuum.

§. I.

SVmmum imperium, prout vel in *vno homine*, vel in *vno concilio ex paucis aut vniuerſis conſtante* reperitur, diuerſas formas rerumpublicarum a) producere ſolet.

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. c. V.

§. II. Sunt autem *formae ciuitatis* vel *regulares*, vel *irregulares*. Illae ſunt, vbi imperium ſummum in vno ſubiecto ita eſt vnitum, vt illud indiuiſum & inconuulſum ab vna volun-

Digitized by Google

voluntate per omnes ciuitatis partes atque negotia ſeſe dispenſet. Vbi hoc non deprehenditur; irregularis forma ciuitatis erit.

§. III. Ciuitatis *regularis tres* ſunt *formae:* prima, quando ſummum imperium eſt penes vnum hominem; & dicitur *monarchia.* Altera, quando ſummum imperium eſt penes concilium ex ſelectis dumtaxat ciuibus conſtans; & vocatur *ariſtocratia.* Tertia, quando ſummum imperium eſt penes concilium ex vniuerſis patribusfamilias conſtans; & adpellatur *democratia.* In prima is, qui rerum potitur, dicitur *monarcha*; in ſecunda *optimates;* in tertia *populus.*

§. IV.

§. II. & III. De forma reipublicae cuiusdam iudicari nequit, niſi aliquis adminiſtrationem iurium maieſtaticorum in eadem republica probe habeat cognitam, & nexum intimum, quo partes reipublicae inter ſe ſunt vnitae, perfecte nouerit. Decipimur facile in iis diſcernendis, quando ad ea tantum attendimus, in quibus regna tamquam in tertio ſimilitudinis conueniunt, & inde formae *idemditatem* colligimus: vel quando temporum & rerum viciſſitudines non attendimus; ſed ſemper eamdem eſſe arbitramur: vel quando verborum politicorum pompa inducimur, vt rem adeſſe putemus, cuius titulo respublica inſignitur.

§. IV. In omnibus hisce formis poteſtas quidem eſt eadem; ſed in eo

tur. Nec de irregularitate & regularitate reipublicae ſpecialis ſtatim conſtat; quum de regula, ſecundum quam iudicandum clara & diſtincta idea plerumque non formetur, nec ſtatim irregulare dicendum, quod huic vel illi reipublicae bene ordinatae non conuenit. Regula itaque, ſecundum quam ciuitatum regularitas iudicanda eſt, conſiſtit in perfecta vnione & connexione omnium partium ſummi imperii cum ſalute ciuitatis. Regularitas enim vel pulcritudo ſocietatis potiſſimum quaerenda eſt in conuenientia ſuorum membrorum totiusque ſtatus cum fine felicitatis. *La ſociete*, inquit *la* CROSA *tr. du beau p.* 51. *fleurit & les particuliers, qui la compoſent ſont heureux a proportion, qu' il y a entre eux plus de liaiſon: c' eſt meme la vn de leurs premiers deuoirs. Ils ſont dans l' obligation de rendre des offices mutuels & le coeur doit etre le principe de ces vtilités reciproques, qu' ils tirent les vns des autres. La beauté de leur conduite roule ſur ſa conuenance auec ce but, anquel elle doit ſe rapporter.* Eo perfectior itaque respublica, quo magis vis ſummi imperii & praeſtatio obſequii tendunt & vniuntur ad finem ſalutis publicae ſiue totius ſocietatis. Male quaeritur regularitas in ſola vnione perfecta iurium ſummi imperii ad promtiorem exſequutionem voluntatis ſummi imperantis: abſoluta eiusmodi maieſtas fini reipublicae ſaepiſſime male conſulit. Si ab angelis puriſſimis regeremur; ea forte ſummam reipublicae pulcritudinem conſtitueret: ſed vt homines praeſunt gentibus, qui abſoluta poteſtate abuti poſſunt, ea rectum regularitatis fundamentum non conſtituunt. Magis id quaerendum eſſe puto in rebuspublicis temperatis,

vbi

eo insignem *habet commoditatem monarchia prae reliquis formis*, (1) quod in vbi pactis prudentissimis saluti publicae prospicitur, & summi imperantis iis adstricti sunt: quo congruentiora in iis continentur adminicula salutis, quo magis temperant imperandi ambitionem populique licentiam ad stabiliendam salutem totius ciuitatis, eo pulcrior erit respublica, eo regularior dicenda. Conf. quae fusius dixi in notis ad *B. de* SCHROEDERN *absoluten Fürsten-Recht p.* 130. *sqq.* Vbi tamen bene distinguenda sunt inter se irregularis reip. natura, & constitutio, & peruersa eiusdem administratio. Interdum in ciuitate ad regulam status bene ordinati in se quidem optime composita morbi subnascuntur ex corruptissima eius administratione, vbi vel imperantium, vel ministrorum status, incuria, ferocia, voluptas regna disperdit & grauissima mala toti ciuitati contrahit.

§. IV. (1) De formarum reipublicae praerogatiua multa quidem, sed inutilis est controuersia: de iis enim aeque ac de gustibus non est disputandum: dum pari soliditate & opinionum verosimilitudine ab omni parte disceptari solet. Omnes habent sua commoda: laborant quoque omnes incommodis suis. Formae praestantia prae reliquis patet ex maiori conuenientia cum communi salute, quae dispici nequit, nisi ex multorum contentis, quibus innititur. Nec est, vt auctor commoditatem monarchiae in sui praerogatiuam hic vrgeat: verum est, monarchiam non tantum expeditione promta, sed etiam belli negotiis efficaciter & opportune gerendis ceteras formas superare: attamen hae vice versa non tantum libertatis sensu iucundissimo, sed quoque pacis artibus fini ciuitatum magis proximantibus monarchiae praeualent. Nulla enim forma

in ea, vt deliberetur & decernatur, id eſt, vt imperium actu exerceatur, non opus ſit temporibus & locis condictis; ſed quouis loco & tempore deliberari & decerni poſſit: ſic vt monarcha ſemper in proxima ſit potentia ad actus imperii exercendos. Sed vt optimates & populus, qui non ſunt vna perſona naturalis, decernant, neceſſum eſt, vt certo loco & tempore conueniant, ibique ſuper negotiis publicis deliberent & decernant: quum alio modo voluntas ſenatus ac populi, quae ex conſpirantibus maioris partis ſententiis reſultat, cognoſci nequeat.

§. V. Caeterum vti circa alia iura; ita & circa ſummum imperium contingit, vt id alicubi bene, alicubi praue & imprudenter adminiſtretur. Vnde fit, vt aliae ciuitates *ſanae*, aliae *morbidae* & *corruptae* dicantur: etſi

forma alienior eſt a naturali hominis libertate ac ipſa monarchia: quin & celeritas operandi monarchiae tantum abſolutae competit, quam nonnulli ad respublicas irregulares referunt. Vide ſis LEMNII *diſſ. de certamine praeſtantiae inter formas reſp.* *Witteb.* 1705.

§. V. & ſequentes ad X. Vitia imperantium & morbidarum ciuitatum difficulter adgnoſci ſolent: 1) quia

etſi propter iſtiusmodi morbos peculiares formas aut ſpecies rerumpublicarum comminisci neceſſum non ſit. Eorum autem morborum, quibus ciuitates infeſtantur, alii *in hominibus*, alii *in ipſo ſtatu* haerent. Inde alia *vitia hominum*, alia *vitia ſtatus* audiunt.

§. VI. *Vitia hominum in monarchia* ſunt, ſi, qui ſolium obtinet, regnandi artibus deſtituitur, nullaque aut non ſufficiente reipublicae cura tangitur, eamque prauorum miniſtrorum ambitioni aut auaritiae lacerandam proſtituit; ſi ſaeuitia & iracundia idem eſt terribilis; ſi etiam

1) quia id, quod vitium eſt in altera, in altera propter ciuitatis populique diuerſam naturam ad perfectiones pertinet: 2) quia de ſpeciali forma ciuitatis non ſtatim conſtat, adeoque iudicari nequit, quid ei conueniat, quid eius naturae aduerſetur: 3) quia communiter id, quod vtile primo intuitu non videtur, vitium eſſe ſtatuitur, adeoque perfectiones & vitia ex vtilitate & paſſione plerumque diiudicantur; quum tamen dentur vitia vtilia & perfectiones inutiles, ſi ex cortice res aeſtimare velis: 4) quia ab externa rerum politicarum diſpoſitione & actionum habitu interna earum ſtructura & ratio toto coelo differt. De iſtis vitiis legi meretur BOXHORNIVS *inſtit. polit. L. II. c. 4. 7. 10.*

iam citra neceſſitatem rempublicam in caſum dare gaudet: ſi, quae ad tolerandos ſumtus reipublicae conferuntur, luxu, aut per inconſultas largitiones diſſipat; ſi pecunias ciuibus extortas praeter rationem accumulat; ſi contumelioſus, ſi iniuſtus eſt; & ſi quae ſunt alia, per quae mali nomen principis comparatur.

§. VII. *Vitia hominum in ariſtocratia* ſunt, ſi per ambitum prauasque artes via in ſenatum patet viris improbis aut ineptis, excluſis melioribus; ſi optimates factionibus diſtrahuntur; ſi plebe tamquam mancipiis abuti, & bona ciuitatis augendo priuato patrimonio interuertere ſtudent.

§. VIII. *Vitia hominum in democratia* ſunt, ſi inepti & turbulenti homines turbulenter & importune ſententias ſuas tueri ſolent; ſi egregiae & reipublicae non praegraues virtutes opprimuntur; ſi per leuitatem leges temere figuntur atque refiguntur, & quae modo placuerunt, mox citra rationem displicent; ſi ſordidi & inepti

inepti homines rebus gerendis praeficiuntur.

§. IX. *Vitia hominum*, quae *in quamuis ciuitatis ſpeciem* cadunt, ſunt: ſi, quibus imperii adminiſtratio incumbit, officio ſuo negligenter aut praue funguntur, &, ſi ciues, quibus ſola obſequii gloria relicta eſt, frenum mordent.

§. X. Aſt *vitia ſtatus* ſunt, vbi leges aut inſtituta ciuitatis non ſunt attemperata ad genium populi aut regionis, aut vbi eadem ciues diſponunt ad turbas internas, aut ad iuſta vicinorum odia incurrenda, aut ſi eosdem ineptos reddunt ad obeundas functiones, quae reipublicae ſeruandae ſunt neceſſariae: puta, ſi per leges ciuitatis non poſſint non in imbellem ſegnitiem reſolui, aut inidonei ad pacem ferendam reddi; aut ſi leges fundamentales ita ſint diſpoſitae, vt per eas negotia publica non poſſint non tarde aut difficulter expediri. (1)

§. X. (1) De vitiis illis pluribus vide HERTIVM *elem. prud. ciu. p. 2. ſect. 1. ſq. ſect. 23. ſqq.*

§. XI. Morbida humoni rebus publicis multi peculiaria quoque vocabula adjiciunt, va, ve, vanæ monarchiæ vocatur tyrannis, *servitus* autem *pacatum dicendi*, vitia *libertatem* nominant. Est frequenter contingens, ut multi per illudere vocabula *non tam nominibus delectentur, quam hæc ad rem discernunt* in præsentem statum imperatorium exprimat. (2) Saepe enim, cum vel rex, vel status monarchicus displicet, tyrannum ac dominum dolet vocare eum, in quem à bonum principem, præsertim vbi à leges fortiter agitur. Sic & cui dolor fenum fe excludi, quum tamen ab fenatoribus interdictum fit haut quidquam arbitrarium, per consensum & inimicum animo alios vocare, quod pacatum

(2) Ita Ludovicus XI. pacis defensor appellatus est, Carolus V. Imperator, qui tamen in se bellum suscepit, Philippus II. Princeps Hispaniarum, qui tamen in se bellum indixerat, Philippus IV. Rex Hispaniarum, qui tamen in se bellum indixerat, Ludovicus XIV. Rex Galliarum, qui tamen in se bellum indixerat, Ferdinandus Imperator, qui tamen in se bellum indixerat, Leopoldus Imperator, qui tamen in se bellum indixerat, & Carolus VI. Imperator, qui tamen in se bellum indixerat.

De formâ reipublicarum. 91
cet quocunque, qui quum nullis necessariis emanent: in pares tamen aut meliores non sine fatis imperium exercuere. Denique superbo hominum ingenio, & quibus secundas populares insuli sint, vix in decimâ parte omnes aut de regiâ potestate suffragia serre videre: quum tamen in quamlibet gentem publica mutatio sit numerosis collectorum id vocant, quod data ilantur, vis virtutis rerum pondere nec egentibus viris, quales ipsi si decent, subsequatur præsumptuosis.

§. XII. *Respublica irregularis* est, in qua non ut perfecte vnio illa, in qua eternitas omnium partium comprehenditur: idque non per modum morbi (*Quæ vitia in animadversione reipublicæ haterunt*: sed ve publica lege aut constitutione ea

§. XII. (1) *Respublica irregularis* & mendosa non est, quæ non habet omnes partes, quæ ad perfectionem requisitæ sunt, sed quæ habet aliquas, quæ ad illam non sunt necessariæ, & quæ ipsi repugnant. Sic ecclesia militans est vera ecclesia, quamvis non omnia media necessaria habeat, quæ ad perfectionem requisita sunt. Conf. THOMASIUS in diss. de *Origine ac progressu Imperii Germanici* sect. IV. §. 100. & in *Fundamentis Juris Naturæ & Gentium* lib. II. cap. XI. §. 42.

velut legitima ſit recepta. Quum autem aberrationum a rectitudine infiniti eſſe modi queant; non poſſunt etiam irregularium rerumpublicarum certae & definitae ſpecies conſtitui. (2) Indoles tamen eius ex vno aut altero exemplo plane poteſt intelligi, v. gr. Si in aliqua republica ſenatus & populus ſummo vtrimque iure negotia publica tractent, ita, vt neuter alteri obnoxius ſit: aut ſi in regno aliquo procerum potentia ita inualuerit, vt regi deinceps non alio modo, quam inaequales federati ſubſint.

§. XIII. *Syſtemata ciuitatum* vocamus, vbi plures perfectae ciuitates

(2) Species diuerſas irregularium rerumpublicarum, quas auctor conſtitui poſſe negat, diſtincte HERTIVS *elem. prud. ciu. P. I. ſect. XI. & XII.* deſignauit, & quidem ſecundum declinationes 1) a fine ciuitatum, quando vel latam dominationem vel diuitias, vel luxum pro ſcopo primario habent: 2) a ſummae poteſtatis fine: vnde ſunt heriles, quae in imperio vnius, dominatus; in paucorum, oligarchiae nuncupantur: 3) a ſummae poteſtatis ſubiecto: vnde διαρχίαι & respublicae, quae communiter reguntur a principibus externo potentatu ſubnixis: 4) a ſummae poteſtatis forma: vnde mixtae: 5) a modo habendi ſummam poteſtatem: vnde ſunt patrimoniales & aliae, quae poſt mutationem ciuitatis emergunt.

Digitized by Google

tes aliquo peculiari vinculo ita connectuntur, vt ipſarum vires fere pro vnius ciuitatis viribus haberi queant. Exſurgunt autem ſyſtemata *duplici* potiſſimum *modo*: vno per cõmunem regem, altero per fedus.

§. XIV. *Mediante communi rege ſyſtema* emergit, quando plura ſeparata regna vel ex conuentione, vel ex occaſione matrimonii, haereditatis, aut victoriae vnum & eumdem habent regem; ita tamen, vt ideo in vnum regnum non coaleſcant, ſed ſingula iuxta ſuas leges fundamentales a communi rege adminiſtrentur.

§. XV. *Altera ſpecies ſyſtematum* prouenit, quando plures ciuitates vicinae *perpetuo federe* ita connectuntur, vt aliquas partes ſummi

 imperii,

§. XIII. XIV. XV. De ciuitatibus ſyſtematicis & Achaicis vid. PVFEND. *diſſ. de ſyſtematibus ciuitatum*, HERTII *elem. prud. ciu. P. II. ſect.* 16. 19.

§. XIV. (1) Minus commode talia regna vno capiti ſubiecta ſyſtema conſtituere dicuntur: nihil enim inter ſe habent vnionis, nihil imperii: nec conſpirant in vnum eumdemque finem. Quod cuiuis in oculos incurrit, qui quid negotii ſit Germaniae cum Hungaria, regno Neapolitano, Sicilia, Brabantia &c. licet vnum idemque caput in imperatore adgnoſcant.

imperii, quae praecipue defenſionem contra extraneos ſpectant, non niſi ex conſenſu omnium exercere velint, ſalua manente de caetero ſingularum ciuitatum libertate & independentia.

§. XV. (1) Scoti a. 1707. circa vnionem Angliae & Scotiae diſtinguebant barbaris quidem, veris tamen vocabulis inter vnionem incorporatiuam & federalem: illam, qua regna in vnum reipublicae corpus vniuntur, dicebant libertati eſſe noxiam & fatalem, matremque durae ſeruitutis: hanc vero regnorum iuri nihil detrahere. Vnde a quodam presbytero contra iſtam publica oratione disputabatur occaſione dicti *Apocal. III.* 11: *Halt, was du haſt, daß niemand deine Krone nehme*: quod in Scotiae ſtatum trahebat. Vid. *Neuen Agenten IX. dep. p.* 788. *ſq.* Conf. VERVLAMIVM *diſſ. de felici Scotiae cum Anglia vnione opp. p.* 1325. 1331. *ſqq.*

CAPVT IX
DE
ADFECTIONIBVS IMPERII CIVILIS.

1. Imperium ciuile ſummum eſt,
2. Et imperans ἀνυπεύθυνος,
3. Legibusque ciuilibus ſolutus.
4. Habet ſanctimoniam
5. Summitas imperii eſt vel abſoluta,
6. Vel limitata.
7. Modus imperium habendi duplex: vnde patrimonialia & vſufructuaria.

§. I.

§. I.

HAbet hoc omne imperium, quo vniuerſa aliqua ciuitas regitur in qualibet reipublicae forma, vt ſit *ſummum*, a) i. e. in ſui exercitio a nullo homine tamquam ſuperiore dependens, ſed ex proprio iudicio & arbitrio ſeſe exſerens, ſic vt eiusdem actus a nemine tamquam ſuperiore queant irriti reddi.

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. cap. VI.

§. II. Inde etiam eſt, quod idem imperium ſit *ἀνυπεύθυνον*, ſeu *nemini*

§. I. & II. Summi imperii idea tam varie ſolet accipi, vt cautiſſime circa eam determinandam verſandum ſit. Prout enim homines ſummitatis exemplar animo comprehendunt & ſummi faſtigii decus ſecundum proprias animi cupiditates metiuntur; idea eiusdem deſcribi ſolet. Plerique ſub titulo ſummi imperii CALIGVLAE notionem complectuntur, eamque intelligunt poteſtatem, cui omnia in omnes licere arbitrantur. Hinc paria principi & tyranno adſcribunt iura: *cum his*, vt verbis NOODTII vtar, *de iure ſummi imperii & lege regia opp. p.* 769. *nihil aeque contrarium ſub hominis aeſtimationem cadere poſſit. Alter enim volentibus, alter inuitis imperat: alteri reipublicae, alter ſibi conſulit: alter legibus ſeruit, alter inſultat: alter a cuiusque vita, libertate, bonis tamquam a rebus ſacris manus, oculos mentemque abſtinet; alter eas res ſui iuris atque arbitrii eſſe opinatur: alter igitur DEO proximus eiusque exemplo de-*

huma-

mortalium obſtrictum ad reddendas rationes eo cum effectu, vt, ſi eas alteri non adprobauerit, poenis humanis aut coërcitioni, velut a ſuperiore profectis, eo nomine ſit obnoxium.

§. III.

humano genere bene merens, domi forisque carus, ſanctus & venerabilis habetur; ad eumque omnes velut ad ſuae cauſſam ſalutis non eunt, ſed ruunt, obſtinati ſe deuouere pro illo, cuius ſpiritu ſe coniungi, regi ac valere ſentiunt: alter publico natus malo, nullis vtilis bonis, omnibus pernicioſus & ideo foedus, dirus & exſecrabilis, quocumque procedit, tamquam ſi bellua aliqua fera & immanis e latibulis ſe mouerit, omnia longe lateque terrore, fuga, vaſtatione complet. Hac ratione confunditur ſummitas imperii ratione effectus cum ſummo imperio ratione iuris. Priorem ſignificatum auctor hic exponit, quo aliquis omnes ſupereminet, ita vt eiusdem actus a nemine irriti reddi poſſint, neglecto poſteriore ſenſu, quo ſummum imperium facultatem inuoluit omnibus legitime imperandi & ea agendi, quae ad legis naturae normam ciuitati ſaluraria eſſe colliguntur. Nec hic miſceri debet id, quod ſummum & quod vulgo abſolutum eſt: ſummum eſt imperium, licet limitatum ſit pactis fundamentalibus; nec is ſuperiorem nanciſcitur princeps, qui vtilitati ciuium ſe adſtringit; qui ſalutem populi legem ſibi conſtituit; qui pactis ſatisfacit, quae finem, ob quem ad ſummum faſtigium euectus eſt, egregie confirmant. Abſolutum vero & deſpoticum, quod dicunt, imperium diuinis tamen legibus circumſcriptum eſt, a quibus qui libidinis, dominationis, ferociae aeſtu abripitur, nae ille tyrannidis omni iure accuſandus

Digitized by Google

§. III. Cui coniunctum eſt, vt idem ſummum imperium *legibus humanis & ciuilibus*, vt talibus, *ſit ſuperius*, (1) iisdemque adeo directe non obſtringatur. Iſtae enim leges a ſummo imperio tam in origine, quam in duratione dependent. Inde fieri non poteſt, vt per iſtas idem obligetur; quum alias idem ſe ipſo ſuperius foret. Etſi, vbi ſummus imperans quaedam ciuibus lege iniunxerit, quorum materia in ipſum quoque cadit, decorum ſit, & ad auctoritatem legi addendam proficuum, ſi ad eadem iſte vltro ſeſe componat.

§. IV. Habet denique & peculiarem (1) *ſanctimoniam* a) ſummum impe-

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. cap. IIX.

§. III. (1) Legibus quidem poſitiuis ſolutus eſt ſummus imperans; norma tamen agendi a ciuibus pacto conſtituta non ſemper immunis, quae exinde vulgo lex *fundamentalis* dicitur, licet legis naturam non ſuſtineat. Conf. quae NOODT l. c. ARNISAEVS *de iure mai. L. I. c.* 3. ZIEGL. *de iur. maieſt. L. I. c. I.* §. 26. *p.* 17. *ſqq.* & ſcriptores politici paſſim hac de re adnotarunt.

§. IV. (1) Sanctitatis titulus in ſummo imperio triplicem videtur habere originem, & impoſitus eſſe 1) ob inuiolabilitatem: ſanctum enim & inuiolabile ſynonyma eſſe oſtendunt BECMANN. *orig. Latin. p.* 730. STRYCK *de ſanctitate reſidentiarum*, ALEX.

imperium, vt non fatum alias fortis legitimis resistere nefas sit: sed & eiusdem alperitas, non secus atque a probis laudem parientem mordaces a cinibus fit patienter ferenda. Quin & vbi amicissimus Imperator Ferdinandus fingula patius fugatis ſtu-

ALST. AB ALEXANDRO, &c. BOCCAT. *de Casib. Virorum Illustrium*, lib. 9. cap. 20. SCHARDIUS *de Jurisdict. Imperial. lib. 2. c. 4. num.* 7. Francia comes SCHWARTZBURGICUS *ad Aur. Bull. c. 4. §. 13.* Ob eiusdem cladem, quem inflixit imperium imperator, indictum eſt, quotannis diebus nouem, ieiunium ſeu cibus interdictus, quo ſe abſtinerent omnes, qui ſub eiusdem imperio viuerent. Quod ieiunium ſtatim conſtituendo & inaugurando Imperio coeperunt, ſed poſtea negligentius obſeruari. Quem imperium amandauit a DEO profectum, illum eorum cleri cladem ſub ſe ſtatuere, quam ſibi ſtatuerunt, clamore ad illum ſuum DEUM facto, quem ſibi ipſi finxerunt, & ſtatuerunt. Ita ſolent, qui ſibi ipſi deos fingunt, ſuo more illudentes ingis ſui gentilis. ALBERT. KRANTZIUS *Saxonia lib. 8. c. 20.* De ieiu. apparentem, nullam tamen ſubſtantiam & fundamen, apparentia autem plurima RICMANN *Synopſis Argent. ad ann. 1547.* ELIAS REUSNERUS *Icon. Imperat. Germ. pag. 1.*

(c) Nulla tamen ex natura ſolutio vinculi matrimonialis ſequitur, vbi ex infidelitate alterius coniugis ſeu vitio ſeruitii, quo eiusdem voluntati cuncta ſe accommodare debent, ſeu ex alia quacunque culpa, ſeu ſit impotentia, ſeu ſit ſterilitas, non impotentia, ſeu ſit ſterilitas, non impotentia exi-

stens

consistant, ut quantumvis ea examinaverit, ſubtilibus, quam ſer-
vum
non cuiuis, vel ei, qui eandem approbauerit, prorſus fatis, attendendo, cauſa ſuperioris ſententiæ, quæ ſi ſit, ut ſuperius dixi, ſola ſuperioris ſententiæ auctoritas, illud ſolum ſufficit, ut ſuperior ſententia PALTRINII, adhuc ſtet, & ſine dubio ſtet, quidquid ejus. NOUET. n. 72. ait, vel conſiderari ſi in terra ac mobilis motu, quemadmodum: Item ſi ut ab oriente ad occidentem, vel ad eandem plagam, ac mundus ſuperioribus, quæ ſi hoc poſito motu, ſuperiores, ut in pondere ab imo motu, & ab ambitione motu, ſi

rum in *durum quidem*, sed tamen *parentem patriae* stringent.

§. V.

non enim res mutatur, sed nomen: res eadem est: tantum ad augendam sceleris atrocitatem pertinet, quod ille, a quo aduersus hostes aut latrones defendi debebam, ipse mihi importunissimus & & crudelissimus hostis aut latro factus est. Verum quoque est, inculpatam tutelam, quam ius naturae in summa necessitate singulis hominibus concessit, per pactum ciuitatis & obsequii toti populo non esse ademtam, qua omnino in tyrannum vti potest, qui pacta securitatis ipse dissoluit: non principi resistitur, sed tyranno. Ea, quae contra adferri solent, priuatorum magis ius impugnant, quam totius ciuitatis: temerarium resistendi ausum magis improbant, quam extremam iustamque se defendendi necessitatem, nec satis inter resistentiae efficaciam & ius distinguere solent. Absit tamen, vt sic in castra monarchomachorum descendamus, quorum placita toto animo exhorrescimus; manet enim principum sanctitas aeque inuiolabilis, ac tyrannorum iniuria exsecrabilis dicenda Perplacet BVRNEti sententia *hist. des dernieres reuolutions d' Angleterre L. 3. p. 571. I' anois de tout temp eté dans le principe, que lors qu' on prince foule aux pieds les loix & trauaille a renuerser ces remparts sacrés de la liberté & de la sureté publique, ses suiets ont droit d' employer la force, pour se guarantir de l' esclauage & de l' oppression. Mais i' ai aussi touiours eté du sentiment, qu' il faut quelque chose de plus que des traits communs d' iniustice de sa part, que des ombrages & des craintes ordinaires, pour autoriser vne prise d' armes.* Plurimi cum auctore patientiam & fugam suadent & consulunt, quum res haec difficillime

§. V. Praeterea ſummum imperium, in monarchiis potiſſimum & ariſtocratiis, alicubi abſolutum, alicubi *limitatum* deprehenditur. *Abſolutum imperium* (1) monarcha habere

ficillime poſſit decidi: 1) deficit enim iudex competens, an maior pars ciuium laeſa ſit? an princeps deſtruat finem reipublicae? quae, quanta, quam multa in populum mala contulerit? nam plebs & populus id iudicare nequeunt: nec alterius populi iudicium hic habebit auctoritatem. 2) Publicae iniuriae cum priuatis facillime confunduntur; nec ex querelis publicis iudicandae. 3) Ius deponendi imperantem eſt ius cogendi: iuri cogendi renuntiarunt ſubditi, & effectu deſtituitur, nec exerceri poterit coactio. Hinc 4) ſi aliquis exiſtat princeps omnem finem ciuitatis disperdens, ille tandem erit hoſtis reipublicae, quocum bellum geri poſſit, non vt cum principe, non a ſubditis, ſed cum iniuſto inuaſore, nexu ciuitatis ſoluto: quibus tamen omnibus multa pro iure totius ciuitatis reſiſtendi vero tyranno regeri poſſunt, quae non iudicis partes ea in re ſuſtinet, ſed paciſcentis, cui ius competit contra atrociſſimas iniurias ex laeſione pacti reſultantes ſe defendendi. Aſt & hic de belli iuſtitia in applicatione & ipſo exemplo res difficillimae erit diſceptationis. Plura monuerunt GVNDLINGIVS *otiis T. II. c. VI.* vbi contra PALTHENIVM disputat aeque, ac BOEHMERVS *l. c. p.* 654. *ſq.*

§. V. (1) Hoc quam alieniſſimum eſt a libertate hominis, quam natura intendit, nec rationi conuenit, ſe abſolute alicuius hominis poteſtati relinquere, de cuius ſapientia & virtute certi eſſe non poſſu-

bere dicitur, qui illud adminiſtrare poteſt proprio ex iudicio, non ad normam certorum ac perpetuorum ſtatutorum; ſed prout praeſens rerum conditio videtur exigere, quique adeo proprium ad arbitrium ſalutem reipubl. prout eiusdem tempora poſtulauerint, procurat.

§. VI.

poſſumus, quod omnia ex vtilitate & ſecuritate noſtra ſit expenſurus. Nec permiſſum eſt, ſuae conſeruationi renuntiare, eamque abſolutae voluntati hominis committere. Vid. *tr. du pouuoir des rois de la grande Bretagne p. 29. ſqq.* RICH. STEELE *criſis p. 8. in Beylagen bey dem vereinigten Groß-Britannien.* Nec poſſibile eſſe arbitror, vllum hominem tantae eſſe inſaniae, vt cuiusdam hominis arbitrio ita ſe ſubiecerit, vt poteſtatem habeat de vita ſua pro lubitu disponendi, iuribusque humanitatis ſe exuendi, vtcumque placuerit. Abſolutum igitur imperium, i. e. vt vulgo concipitur, ius nullis plane limitibus finitum dirigendi actiones ciuium ex ſolo arbitrio eſt merum non-ens, quod quidem a potentiſſimo quouis praetenditur, ſed plerumque cum ipſo facto & vſurpatione regiminis abſoluti confunditur. HOBBESIVS quidem *de ciue c. VI.* abſolutum eiusmodi imperium ſtabilire ſatagit, ſed incidit in politicam cerebrinam, qua monente FVRSTENERIO *de ſuprematu princ. Germ. p. 49. ea omnia, quae incommoda trahere poſſunt; nullo non modo ferenda exiſtimat: quod tamen alienum eſt a natura rerum.* Idcirco *p.* 51. addit: *imperia Hobbeſiana neque apud moratiores gentes neque apud barbaros exſtare arbitror, neque poſſibilia, neque optanda cenſeo, niſi illi, penes quos ſumma rerum*

§. VI. Verum quia vnius hominis iudicium ab erroribus non eſt immune, & voluntas in praua flexilis, in tanta cumprimis libertate; quibusdam populis conſultum viſum, eius *imperii exercitium certis limitibus circumſcribere.* Id quod factum, dum ad certas leges (1) circa

rerum eſſe debet, angelicis virtutibus polleant: tamdiu enim homines retinendam iudicabunt propriam voluntatem, ſuaeque ſaluti, prout optimum videbitur, conſulent, quamdiu de rectorum ſumma ſapientia & potentia perſuaſi non erunt, quod ad perfectam voluntatis reſignationem neceſſe eſt. Locum ergo demonſtrationes Hobbeſianae in ea tantum republica habent, cuius rex DEVS eſt: cui ſoli tuto per omnia confidi poteſt. Vid. quae tot. *cap. V. L. I. part. ſpec. iur. publ. vn. contra* HOBBESII doctrinam disputat BOEHMER. Nec hic ſeruitutis rationem, nec dominium obiicere licebit: quae omnia diligenter expediuit NOODT l. c. & BIELFELD *diſſ. de imperii alienatione. Lugd. Bat.* 1710. *ed. c. I.* §. 12.

§. VI. (1) Minus recte limites illos leges appellaueris; quum neque a ſuperiore proficiſcantur, neque legis naturam contineant; ſed potius pactorum *fundamentalium* nomine appellandi ſint, & pacti ac promiſſi ingenium prae ſe ferant: ideo in prooemio *capitulationis*, quam vocant, *Caeſareae* ponuntur illa: *Regem Romanorum ante electionem conſenſiſſe in appoſitos articulos ad modum pacti.* Vid. HORNIVS *lib. 2. de ciuit. c.* 10. §. 6. SCHWEDER *introd. in ius publ. G. c. II. p.* 23. *ſq.*

ca adminiſtrationem partium imperii in delatione regni regem adſtrinxerunt; & ſi quando negotia ſummam rerum ſpectantia, quaeque in anteceſſum definiri nequeunt, inciderent; voluerunt ea ſuſcipi non niſi praeſciente & conſentiente populo, aut eiusdem deputatis in comitia conuocatis, vt eo minor occaſio regi praebeatur a ſalute regni aberrandi.

§. VII. Solet denique in regnis occurrere aliquod discrimen circa modum habendi regnum, qui non in omnibus aequalis deprehenditur. Quidam enim reges dicuntur regnum ſuum habere *in patrimonio*, ita vt illud pro lubitu diuidere, alienare, transferre poſſint, in quemcumque voluerint. Quod potiſſimum contingit illis, qui armis regnum ſibi quaeſiuere, ac ſuum ſibi populum ipſi fecerunt. Reliqui autem reges, qui vltro a populo ſunt adſciti, etſi ſummo iure imperium exerceant; regnum tamen pro lubitu diuidere, alienare, aut transferre nequeunt; ſed in eo ad

ſucceſſo-

ſucceſſores dimittendo legem fundamentalem, aut conſuetudinem in populo receptam ſequi tenentur; eoque a quibusdam certo reſpectu cum *vſufructuariis* (1) comparantur.

§. VII. (1) Incommode hunc terminum a GROTIO adhiberi *de I. B. & P. L. I. c. III.* §. 11. GROTIIque veſtigia legiſſe auctorem noſtrum monet TITIVS ad h. l. eam ob cauſſam, quod exinde colligi liceat, regni vſumfructum penes principem, proprietatem penes populum manere, populumque hac ratione rege eſſe ſuperiorem. PVFENDORFIVS quidem *diſſ. de interregnis* § *II. p.* 283. illam ipſam obſeruationem proponit, & addit, ita ſimile huius termini vltra tertium extendi, *Grotiumque non dicere, reges, qui conſtituuntur voluntate populi, habere dumtaxat vſumfructum ſummi imperii, aut imperium non eſſe ipſorum, ſed populi, ipſosque alienae poteſtatis gerere adminiſtrationem: ſed iſta locutione modum habendi imperium dumtaxat imminutum innuere, dum non, ſicut qui regna ſua in patrimonio habere dicuntur, regnum poſſunt alienare & pro lubitu in quemuis transferre.* Si tamen dicendum, quod res eſt; tota illa diuiſio regni in patrimoniale, vbi imperans dicitur habere facultatem alienandi imperium, manet ambigua & inadaequata, nec non ad ſpecialiſſima facta populorum pertinet: non vero ex pacto, quo imperium & obſequium conſtituitur, per ſe reſultat. Quod enim principes ius habeant alienandi, id de nullo regno probari poterit, niſi vbi expreſſa conuentio ea de re fuerit adiecta, cuius praeter Aegyptiorum cum Pharaone pactum vix vllum occurret exemplum, adeoque nec in dubio praeſumitur.

sumitur. Sed quot exempla alienationum, quae omni tempore facta esse clamat historia? Illa omnia citra iuris intuitum per vsurpationem imperantium patrata fuisse quiuis intelligit, qui cum celeb. COCCEIO *diss. de testamentis principum, c. 2. §. 17.* perpendit, alienationis talismodi vel effectum non habuisse, vel consensu populi tacito vel expresso factas, aut postea tacite saltem approbatas fuisse, vel etiam vim in iis praeualuisse. Vid. omnino THOMAS. ad HVBER. *de ciuit. L. I. S. III. c. 2. p.* 69. & quae infra ad cap. XV. §. VI. dicentur.

CAPVT X
DE
MODIS ADQVIRENDI IMPERIVM, INPRIMIS MONARCHICVM.

1. Adquirendi modi duo *originarii*:
2. *Violentus*, per occupationem bellicam;
3. *Placidus*, per electionem.
4. Electionem, in regno iam constituto, antecedit interregnum.
5. *Derivativus* modus est successio.
6. Quae in regnis *patrimonialibus* constituitur vel dispositione;
7. Vel successione ab intestato.
8. In *Vsufructuariis* originarie voluntate populi.
9. Estque vel hereditaria simplex;
10. Vel linealis.
11. Haecque tam cognatica, quam agnatica.
12. Iudex in controuersiis harum successionum quis?

§. I.

Digitized by Google

§. I.

QVamquam ad quoduis imperium legitimum conſtituendum *conſenſus* ſubiectorum requiratur: is tamen non vbique pari modo a) elicitur. Interdum enim *per violentiam bellicam* aliqui adiguntur in victoris imperium conſentire; interdum *vltro* ad aliquem principem conſtituendum ciues accedunt.

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. c. VII.

§. II. *Modus* adquirendi imperii *violentus* ſolet vocari *occupatio*: (1) quando ſcilicet aliquis, iuſta bellandi cauſſa ſubnixus, fauente vi armorum ac fortuna, populum aliquem eo redigit, vt ipſius deinceps imperio ſeſe ſubiicere cogatur. Cuius imperii legitimus titulus non inde ſolum deducitur, quod victor, ſi rigore belli voluiſſet vti, vitam plane victis adimere potuiſſet, atque

§. II. (1) Haec ab occupatione, cuius L. I. c. 12. §. 6. facta fuit mentio, bene diſtinguenda: a) illa adquirit res nullius; haec res & perſonas ſub dominio & imperio exiſtentes. b) Illa nititur iure vtendi creaturis: haec iure belli hoſtem debilitandi. c) Illa pacifica eſt; haec violenta. d) Illa ex neceſſitate viuendi; haec ex neceſſitate defendendi enata.

ſic, dum minore iſtos incommodo defungi patitur, clementiae inſuper laudem nanciſcatur; ſed &, quod cum altero in bellum deſcendens, quem ipſe antea laeſerat, & cui aequam ſatisfactionem praebere renuit, omnes ſuas fortunas aleae Martis exponat, ſic vt iam in anteceſſum tacite conſenſerit in quamcumque conditionem, quam euentus belli ipſi eſt adſignaturus. (2)

§. III. *Vltroneo* autem *conſenſu* populi paratur regnum interueniente *electione*, qua populus conſtituendus aut iam conſtitutus (1) vltro certum hominem, ſuo iudicio imperii

(2) Non tamen ſolum ius belli inuoluit ius inferendi imperii: quod enim quis habeat ius ſe defendendi contra iniurias intentatas, eo ipſo non habet poteſtatem moralem alterum ſibi ſubiiciendi: ſatisfactio etiam, quam a laedente vrget, eo vsque non porrigitur, vt laedentem ad obſequium obligare poſſit: praeſtari quippe poteſt ſatisfactio ſine nexu ciuitatis conſtituendo. Res ergo recidit ad pacta mutua, quibus victi conſentiunt in imperium victoris: & ius belli occaſionem tantum praebet inferendo imperio, non ius ſuppeditat.

§. III. (1) Si populus conſtituendus ſit; opus eſt, vt ſinguli de conſenſu ſuo interrogentur: quisque enim ſui dominus eſt, & in ſtatu naturali conſiderandus: ſi vero populus iam conſtitutus ſit; potiora

perii capacem, designat, cui, quando decretum populi fuerit significatum, idque ille acceptauerit, promisso populi obsequio imperium confertur.

§. IV. Electionem in ciuitate iam constituta, si quidem illa susceipiatur rege priore defuncto, antecedere solet *interregnum*. (1) In quo licet ad imperfectam formam (2) reci-

potiora vota concludent. Quod ad electionis modum attinet, ille vel nondum determinatus est, vel pactis siue consuetudinibus gentis illius definitus: prius si accidat; electio pro lubitu & ex decisione plurium erit instituenda: si determinatus; moribus antiquis peragenda. Ceterum praeter generalia eiusmodi monita ius naturae neque de electionis subiecto, neque modo, neque electoribus nil determinat, sed illa arbitrio & prudentiae populorum relinquit.

§. IV. (1) Interregna sunt vel extraordinaria, vel ordinaria: haec sunt in regnis electiuis stricte sic dictis: causas enarrat PVFEND. *diss. de interregnis p.* 285. illa oriuntur in regnis successiuis exstincta domo regnatrice, aut vbi controuersa vel dubia est successio. HARTKNOCH *L. I. de Polonia c.* 2. easdem ideas exprimit distinguendo interregna in politica & historica, sed vocibus inadaequatis Vid. HERTII *elem. prud. ciu. P. I. sect.* 12. §. 13.

(2) Rege defuncto ciuitas non plane exspirat, neque ad anarchiam aliquam recidit; sed nexus aliquis manet inter ciues, non quidem, quod primum pactum remaneat, cuius obligatione teneantur coniuncti; quum ciuitas ita non semper orta sit: sed

quod

dat ciuitas, dum ciues primo tantum pacto inter se connectuntur: multum tamen firmitatis ei adhuc addit nomen & adfectus communis patriae, ciuiumque plerorumque fortunae isti loco fere affixae; quae bonos ciues subigunt, vt vltro tantisper pacem inter se colant, & quantocyus ad plenum imperium instaurandum incumbant. Etsi magnopere ad incommoda, ex interregnis oriri apta, euitanda faciat, (3) si in anteceſſum constituantur, penes quos solio vacante interim reipublicae administratio esse debeat.

§. V. Ceterum alicubi quidem singulis monarchis defunctis noua instituitur electio; alicubi autem regnum ea lege in alterum confertur, vt citra nouam interuenientem

quod habeant voluntatem continuandi perfectam ciuitatem, in quam hactenus semel coierant. Seruant ergo statum istum ciuilem, in quo degunt, vsque dum conuenerint in nouo imperante, quem sibi dnuo praeficiendi habent animum.

(3) Vt constituantur vicarii imperii, senatus aliquis regni vel interrex, per interregnum ad gubernacula sedens. Vid. HERTIVS *elem. prud. ciu. P. 2. sect.* 22. §. 2. *p.* 210. ARNISAEVS *de republica L. 2. c. 2. sect.* 4. *p.* 360. *sqq.*

Digitized by Google

rem electionem in alios per ſucceſſionem transeat. Hoc ius ſucceſſionis conſtituitur vel *arbitrio ipſius regis*, vel *arbitrio populi.*

§. VI. *Reges*, qui regnum ſuum habent in patrimonio, pro lubitu *ſuper ſucceſſione* poſſunt *disponere*; quorum diſpoſitio aeque, ac priuatorum teſtamentum, obſeruabitur, (1) praeſer-

§. VI. (1) Teſtamenta imperantium aeque, ac priuatorum, iure naturae nulla ſunt, quod iisdem argumentis probabitur, quae ad L. I. c. XII. §. XIII. ſunt allata. Nec arbitrio regis ſic de impetio ſtatuere licet: deſit enim arbitrari eo tempore, quando arbitrium vim ſuam exercere debet, nec vlla obligatio in ſuperſtitem populum naturaliter exinde redundat: quum omne ius imperii exſpirauerit, & ex ſuperioribus conſtet, regna patrimonialia difficillime probari. Mortuo itaque rege, qui teſtamentum condidit & de ſucceſſore mentem ſuam expoſuit, populus naturaliter redit ad ſtatum naturalem & ius habet, ſecundum principia iuſti naturalia, eligendi ſibi nouum imperantem. Penes populum quidem eſt, vltimae voluntati demortui regis tamquam commendationi cuidam locum relinquere: at vero eadem non perfecte obligatur. Non deſunt, quae hic numeroſe opponi poſſunt, principum teſtamenta, quibus ſucceſſores in imperio ſibi conſtituerunt: ſed illa omnia ad res facti ſpectant, non vero euincunt, principes ex iuris naturae placitis id feciſſe, teſtamentaque imperantium naturaliter iuſta eſſe & obligare. Pertinet illa conſuetudo ad imperantium mores, a quibus teſtamentaria res ex legibus

ſertim vbi ab aliquo regnum fuerit conditum ac partum. Vbi licebit ipſis, ſi placuerit, regnum inter plures liberos diuidere, etiam filiabus non excluſis; immo & heredem inſtituere filium adoptiuum, naturalem, aut qui nulla plane cognatione ipſis eſt iunctus.

§. VII. Verum vbi eiusmodi rex ſuper ſua ſucceſſione nihil peculiariter diſpoſuit; *praeſumitur* primo, eum nequaquam regnum ſuum ſecum exſpirare velle, ſed vt omnino in *liberos* ſuos propter communem mortalium adfectum id deuoluatur: (1) dein, vt poſt ipſum monarchica

gibus Romanis poſitiuis ob varias vtilitates variisque artibus fuit recepta & publica praxi confirmata: inprimis, quum populo ob metum potentiae contradicere non licuerit, vel e re ciuitatis & cleri maxime fuerit, ea approbare. Vid. auctores ſupra citatos. Interim poſita ſemel hypotheſi teſtamentaria, ius naturae diſpicere poteſt, quid iuſtum ſit circa eamdem; quid iniuſtum.

§. VII. (1) Omnes hae praeſumtiones de voluntate regis demortui naturaliter fictitiae ſunt, nec vllum habent fundamentum in iuris naturae praeceptis. Praeſumtus enim conſenſus non tantum valore ſuo deſtituitur in ſe; verum etiam praeſumta de mortuo voluntas ad obligationes inferendas plane nullius ponderis eſt: vt ſilentio praetermittam, ſecundum ius naturae, non poſſe

ea

chica forma conſeruetur, quippe quam ipſe ſuo exemplo comprobauit: tum vt regnum maneat indiuiſum; quippe quum diuiſio cum regni iuxta & familiae regiae conuulſione ſit coniuncta: praeterea vt inter pares gradu mas praeferatur feminae; primogenitus deinceps genitis: denique vt liberis deficientibus ad *proximum* quemque ſanguine regnum deuoluatur.

§. VIII. In illis autem regnis, quae ab initio vltronea populi voluntate ſunt conſtituta, *ordo ſucceſſionis originarie ab eiusdem populi voluntate* dependet. (1) Qui vbi in regem vna

ea praeſumi, de quibus ius naturae penitus tacere videmus, qualia ſunt, monarchiam eſſe conſeruandam; marem in ſucceſſione praeferendum feminae; primogenitum ceteris liberorum, & quae ſunt reliqua, de quibus ius naturae nil determinat. Supponunt ea omnia ſucceſſionis apud Europaeos receptae hypotheſin, quae ex moribus gentium profecta, non ex praeceptis iuris naturae.

§. VIII. (1) Arbitrio populi ſucceſſionem, quam HVBERVS *inſtitutiuam* appellat, in imperio poſſe conſtitui, nullum eſt dubium: fas enim eſt populo, non tantum vni homini, ſed etiam certae & integrae cuidam familiae ius imperii deferre, vel imperanti facultatem concedere determinandi ſucceſſorem: idque vel libere conferre poteſt, vel certis

na cum imperio ius quoque ſucceſſoris conſtituendi contulerit; ſuccedet, quem hic voluerit. Vbi hoc non fuit factum; id ius populus ſibi reſeruaſſe intelligitur: cui ſi placuit in electum regem hereditario iure regnum conferre; *ordinem ſuccedendi* vel *ſimplicibus hereditatibus conſimilem*, quantum ſalus regni admittit, effecit; vel *peculiari* ipſum *ratione* temperauit.

§. IX. Vbi *ſimpliciter populus regem iuſſerit hereditario iure regnum obtinere*, nec quid peculiariter addiderit; voluit quidem, vt regnum eo ordine deuoluatur, quo priuatae hereditates,

certis modorum limitibus circumſcribere: ſiquidem populo, cui ius eſt de ſubiecto ſummi imperii ſibi proſpicere, liberum iure naturae relinquitur ſuo iuri renuntiare, idque in alium transferre.

§. IX. (1) Caue, ne hereditatis & iuris hereditarii notionem ex iure priuato ad hanc diſciplinam transferas: illa enim multis cautelis circumſepta eſt, quae in naturae ius non cadunt: quemadmodū monent HVBERVS *de iur ciu. L. I. S. VII. c. VII. §.* 19. & THOMAS. ad HVBER. *p.* 28. Non quoque iungenda ſtatim ſunt ſucceſſio hereditaria & facultas alienandi: populus enim, qui imperium cum ſucceſſione hereditaria imperanti confert, non ſtatim conſentit in alienationem, vt imperans

tes;(1) ſed *non ſine aliquo temperamento*. Nam in hisce fere, vt a priuatis hereditatibus discedat ſucceſſio in regnis, ſalus ciuitatum requirit 1. vt regnum ſit indiuiduum: 2. vt ſucceſſio ſtet intra eos, qui a primo rege deſcendunt, (nec ad eius collaterales deuoluatur:) 3. ne ſuccedant, niſi qui nati ſunt ſecundum leges patriae, non nothi tantum, ſed & adoptiui: 4. vt in pari gradu mares praeferantur feminis etiam maioribus natu: 5. vt ſucceſſor regnum adgnoſcat tamquam beneficium populi; non tamquam beneficium anteceſſoris.

§. X. Verum quia facile inextricabiles controuerſiae oriri poterant, vter

rans pro lubitu libereque de ſe & regno collato disponere queat: duo enim plane diſtincta ſunt imperium & dominium: quod verbis THOMASII illuſtrari poteſt *ad Huberum p.* 70: *Dominium natura ſua & ex conceptu proprietatis infert poteſtatem alienandi, niſi per conuentionem adimatur; & imperium, tamquam ius dirigendi cum poteſtate cogendi actiones ſubiectorum, natura ſua non infert poteſtatem alienandi, niſi per conuentionem addatur.*

§. X. & XI. Controuerſias & deciſiones huc ſpectantes vid. apud GROTIVM *lib. II. c. VII.* §. 28. *ſqq.* BOECLERVM & TESMARVM ad eumdem. ARNISAE-

vter ex familia regnatrice nuper defunctum proxima cognatione contingeret, vbi ab auctore ſtirpis longius diſceſſum fuerat: inde multos apud populos *ſucceſſio linealis* introducta eſt: quae in hoc conſiſtit, vt, quo ordine quisque ab auctore ſtirpis regnatricis deſcendit, eo lineam velut perpendicularem conſtituat; & inde quilibet ad regnum vocetur, prout ipſius linea alias praecedit; nec de vna linea in alteram fiat transitus, quoad ex priore aliquis adhuc ſuperſit; licet forte exiſtat, qui propiore *gradu* proxime defunctum regem attingat.

§. XI. Succeſſionis linealis vſitatiſſimae ſunt ſpecies *cognatica* & *agnatica*. In illa feminae non excluduntur, ſed poſtponuntur maribus in eadem linea, ita, vt etiam ad ipſas fiat regreſſus, ſi mares potiori aut pari gradu defecerint. Haec autem feminas, & ex hisce natos etiam mares in perpetuum excludit. (1) §. XII.

NISAEVM *relect. polit. L. II. c. II. ſect. X. ſqq.*
HVBERVM *de iur. ciuit. L. I. ſect. VII. c. VII. p. 278. ſeqq.*

§. XI. (1) Nec deſunt exempla, vbi ſucceſſio cognatica

§. XII. Vbi ſuper *ſucceſſione in regno patrimoniali* controuerſia oriatur; optimum fuerit ad arbitros (1) ex

gnatica agnaticae ſubſtituitur, & certa ratione miſcetur. Lex regia Danorum id illuſtrat *art.* 28. *ſqq. In ſucceſſione rite deſignanda linearum ratio habetor, ita vt ob aetatem numquam transeatur de linea in lineam, ſed filius ſtatim ſubeat in locum patris, & quamdiu in prima maſculae ſtirpis linea maſculus ex maſculo ſuperſtes, ex ſecunda linea nemo ad ſceptrum vocetur, & ſic deinceps linea poſt lineam. Deficiente demum lineali ſucceſſione agnatica linealem cognaticam ſubſtituimus. Quumq; ita ad femineum ſexum rerum ſumma deuoluitur; primo femineae lineae, quarum a nobis per filios noſtros ſtemma deſcendit, & tandem his deficientibus ad vltimum, quae a nobis per filias noſtras ſtemma deducunt, ſuccedunto, linea poſt lineam, primogenitura aeternum obſeruato iure, ita quidem, vt mares ex maribus ſemper antecedant; vt maſculo ſexui ſua perpetuo praerogatiua conſtet; & deinde inter pares eodem lineae & ſexus iure maior natu ſemper minorem praecedat.*

§. XII. (1) Quoniam plerumque hoſtilis eſt de regno controuerſia; bello magis, quam arbitris ea decidi ſolet, inprimis, quum vix arbitros inuenire liceat in tanto negotio, qui non aliqua vtilitatis aura ducantur. Saepius ſingularium bello & particulari certamini res tota commiſſa fuit, vt apud LIVIVM *lib.* 28. *cap.* 21. Nonnumquam ſorti id negotium reliquerunt & a fortunae arbitrio deciſionem exſpectarunt, quod non omnimode improbandum eſſe cenſent BERNEGGER *quaeſt. ad Tacit. Agric. c.* 6. *n.* 3. *quaeſt.* 178. BOECLER *T. III. diſſ. p.* 437. *ſq.* Recentioris aeui controuerſias de

ex familia regia ire. Si *ſucceſſio* fuerit *voluntate populi conſtituta*; declaratio populi (2) dubium tollet.

de ſucceſſionibus committi ſaepe videas ICtorum calamis & deductionibus, quibus in vtramque partem ventilantur: ab iis tamen, cauſſae nonnullis eſſe videntur, cur firmae & negotium conficientes decidendi rationes non exſpectari queant, partim ob errores communes, qui fouentur de regno patrimoniali & valore teſtamentorum in ſucceſſionibus regiis; partim ob ceteras cauſſas, quas exponit THOMASIVS *ad Hubernum p.* 286. *ICti non difficulter poſſunt rationes inuenire pro quacumque reſponſione ad quaeſtiones propoſitas: quum rationes in vtramque partem fere non deſint, non quidem magni ponderis, ſed tamen nequaquam exemplis & auctoritatibus deſtituta. Modo enim alii quaeſtiones eiusmodi definire voluerunt ex iure Iuſtinianeo; modo ex moribus aut iure recepto illius populi in hereditatibus priuatis, de cuius ſucceſſione agitur; modo ex exemplis praecedentibus ſucceſſionis in eodem regno, effectu non carentibus; modo ex exemplis regnorum vicinorum; modo ex aequitate cerebrina aut cerea & facile flexili. Quae omnia non magni ſunt momenti, ſi princeps, cuius cauſſa agitur, careat potentia: at ſi hac polleat; pleni ſunt libri ICtorum eiusmodi locis communibus, vnde defenſor cuiuscumque cauſſae plurima argumenta colligere poterit per potentiam principis, cuius cauſſa agitur, multam roboris acceptura.* Ferro itaque res decidenda, vbi iuſtitia ex vtraque parte veroſimillima eſt: nec ad arbitros iure ſtricto obligantur principes litigantes; ſed tantum iure imperfecto & decori regulis, quod, vt tutiores viae prius tententur, optimo conſilio ſuadere ſolet.

(2) Non per rationem deciſionis, quae ſuperioritatem

tatem aliquam significet, qua populos non vacante penitus imperii sede gaudere nequit: non per declarationem, quae habeat vim interpretationis authenticae: haec enim maiestati competit: sed per declarationem conuentionalem, qua populo tamquam paciscenti ius est interpretandi pacti contenta secundum indolem & intentionem negotii, de quo fuit initum.

CAPVT XI
DE
OFFICIO SVMMORVM IMPERANTIVM IN GENERE.

1. Vnde officia summorum imperantium cognoscantur?
2. Iis cognoscendis imperantes incumbere debent.
3. Salus populi suprema lex esto.
4. Ciues probis doctrinis & moribus imbuendi.
5. Commodae leges ferendae.
6. Eaedem exsecutioni dandae.
7. Poenae recte temperandae.
8. Iniuriae ciuium mutuae prohibendae.
9. Idoneis & probis ministris vtendum.
10. Tributa recte exigenda, & in debitos vsus eroganda.
11. Facultates ciuium promouendae.
12. Factiones tollendae.
13. Aduersus inuasiones exterorum vires parandae.

§. I.

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. c. IX.

QUibus praeceptis officium (1) ſummorum imperantium a) conſtet, ex indole ac fine ciuitatum, nec non expenſis ſummi imperii partibus, perſpicue colligitur.

§. II. Vbi ante omnia requiritur, vt imperantes ipſi diligenter *diſcant, quae ad plenam eius officii cognitionem* pertinent; quum nemo laudabiliter exercere poſſit, quod non probe didicit. Vnde principi ſequeſtranda illa ſtudia, (1) quae ad huncce

§. I. (1) Facillime circa imperantium officia miſcentur inter ſe, quid ſit iuſtum, honeſtum, decorum & prudenter actum, quae ab ipſo auctore noſtro minus recte ſecernuntur.

§. II. (1) Totus hic §. ad politicam ſpectat, non ad ius naturae, quod non disquirit, quomodo princeps ſit inſtituendus, ſed quomodo erga ciues ſe iuſte gerere debeat. Si tamen de ſtudiis litterariis principum hic loci iudicandum ſit; princeps AGRICOLAM apud TACITVM *c. IV. n.* 6. imitaturus, ſtudio ſcientiae flagrantem animum coerceat, teneatque, quod eſt difficillimum, ex ſapientia modum. Eruditus ſit princeps; ea vero eruditione, quae principem decet. Riſum ſane mouet CAMPANELLA, qui in ciuitate ſolis regem ſuum metaphyſicam doceri vult; BARLAEVS in methodo ſtudiorum praeſcripta ducibus Megapolenſibus, qui praedicamenta & praedicabilia

huncce finem nihil faciunt. Circumcidendae quoque voluptates, oblectationes, vanaeque occupationes, quatenus iſtum finem intercipiunt.

bilia cum ſyllogiſmo & alia iis commendat: ſic alii plures hallucinati ſunt. Rectius monuit GROTIVS CAROLVM GVSTAVVM, tunc Rheni palatinum, poſtea regem Sueciae, ſciſcitantem de ſtudiis principi tractandis: *Eius faſtigii homines non diu litteris incumbere, ſed rebus gerendis ſe dare oportere*, de quo vid. PVFEND. *rerum a Carolo Guſt. geſtarum lib. VII. §. 3. fol.* 603. & MAZARINVS optime conſuluit LVDOVICO XIV. *a lire & a apprendre ſon grand metier de Roi. Memoir. de Mad. de* MOTTEVILLE *T. V. p.* 30. Ii, quibus principum rationes perſpectae eſſe poſſunt, in principe erudito requirunt, vt notitiam patriae reipublicae & domus ſibi adquiſiuerit, illarumque iura, ſtatum & neceſſitates probe cognouerit: vt hiſtoriam recentiſſimorum temporum habitumque finitimarum aularum non ignoret: vt belli pacisque iura & artes non ex ſchola, ſed orbis politici negotiationibus & hiſtoria intelligat & aeſtimare poſſit:

Tu regere imperio populos, Romane, memento:
Hae tibi erunt artes: pacique imponere morem,
Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Ad deſiderata doctrinae politicae pertinet vera ſolidaque principis inſtruendi methodus: ſcriptorum quidem ea in re magna ſeges eſt, ſed vel ad ſuae ambitionis ambitum principis doctrinam metiuntur & inepta conſilia ſuppeditant, quae vitium *pedantismi* incurrunt, vel generalia ſubgerunt monita, quibus viri honeſti idea magis exprimitur, quam ſpeciatim principis. Si qui conſulendi ſunt hac in materia, eos commendandos eſſe

piunt. Ideo & in familiaritatem admittendi viri cordati, rerumque humanarum periti: adulatores, nugatores, & qui praeter inania nihil didi-

esse sentio, qui vel ipsi ad gubernacula sederunt suisque filiis imperio destinatis institutionis modum praescripserunt; vel qui educationi principum praefecti viam quam ipsi institerunt, distinctius monstrare conati sunt, propiusque a nostrorum temporum ratione genioque absunt. Non tamen semper & isti rem acu tetigerunt: FERDINANDI III. *princeps in compendio*, quamuis a LAMBECIO mirifice laudetur, virtutes christianas multis modis commendat, sed principem non efformat. *Donum regium* IACOBI I. politicae prudentiae principis magis consulit & ad specialiora descendit: in nonnullis tamen adfectum singularem auctoris prodit e. c. circa tolerantiam ecclesiasticam puritanorum & fanaticorum. FR. HILDESHEIM in vita IOACHIMI II. MScpta IOACHIMVM I. electorem Brandenb. NANNONIS cuiusdam *praecepta astrologica* in Germanicam linguam ex latina transtulisse narrat filioque suo inscripsisse, praemisso praemio satis longo, quo filium ad doctrinam & virtutem cohortatur: sed ipse liber ostendit, qualem de studiis principi necessariis sibi formauerit ideam. Interim cum fructu legi possunt *le rosier des guerres de* LOVIS XI. *Instruction de l'Empereur* CHARLES V. *a* PHILIPPE II. *& de* PHILIPPE II. *au prince* PHILIPPE *son fils par* TEISSIER. *Io. Schröd.* SKYTTE informatoris GVSTAVI ADOLPHI *informatio brevis, quibus artibus virtutibusque oporteat instructum esse & exercitatum principem. Harduini de* PEREFIXE *institutio principis. Parisiis* 12. 1647. BOSSVETI *epist.*

didicerunt, procul arcendi. Enimuero vt generalia prudentiae rectricis praecepta rite adplicare norit; quam penitiſſime ipſi conditio ſui ſtatus, ſubiectique indoles populi eſt cognoſcenda. Illisque praeterea virtutibus cumprimis ſtudendum, quarum uſus in tantae molis adminiſtratione maxime conſpicitur, moresque ad tanti faſtigii dignitatem componendi.

§. III. Generalis lex ſummorum imperantium eſt haec: *Salus populi ſuprema lex eſto.* (1) Ea enim intentione in iſtos imperium eſt conlatum, vt per id procuraretur finis, ob quem ciuitates ſunt inſtitutae. Inde

piſt. ad INNOCENTIVM XIII. *de inſtitutione* LVDOVICI XIV. *le Telemaque par* FENELON *de Salignac.* Vid. VARILLAS *Prattique de l'Education des princes. Amſt.* 1691. 8. SAAVEDRAE *emblemata. Eſſais de* MONTAIGNE *L. I. c.* 39.

§. III. (1) Exinde duplex datur imperantium obligatio erga ciues, vt ſunt homines, vt ſunt ciues. Vtraque pendet ex iure naturae: poſterior quoque pendet ex fine, ob quem ciues coierunt in ciuitatem. Vtramque innuit PLINIVS *in panegyr. Traiani p. m.* 3. de quo hoc inter laudes recenſet: *Vnum ille ſe ex nobis, & hoc magis excellit atque eminet, quod vnum ex nobis putat, nec minus hominem ſe, quam hominibus praeeſſe meminit.*

credere iidem debent, nihil ſibi priuatim expedire, quod non idem expedit ciuitati.

§. IV. Ad internam ciuitatum tranquillitatem requiritur, vt voluntates ciuium ita temperentur & dirigantur, prout ſaluti ciuitatis expedit. Inde ſummorum imperantium eſt, non ſolum idoneas ei fini *leges* praeſcribere: ſed & *publicam diſciplinam* ita ſancire, vt non tam metu ſuppliciorum, quam adſuetudine ciues ad legum praeſcripta ſeſe componant. Ad quem finem quoque facit, curare, vt doctrina chriſtiana, (1) pura illa & ſincera, in ciuitate

§. IV. (1) Ius naturae de religione chriſtiana nil nouit, nec iudicat: quapropter cura eius ad officia imperantium iure naturae praecepta pertinere nequit. Quid? quod cura religionis naturalis, quae finem ciuitatis primario non attingit, non ex principiis iuſti, ſed honeſti deducenda & imperanti obſeruanda eſt: religio enim res eſt conſcientiae & a ciuibus libero imperantis arbitrio non commiſſa, ſed ſibimet ipſis reſeruata. Imperans ergo in externum religionis vſum ius quidem habet temperandi eumdem ad ciuitatis ſalutem & tranquillitatem: non tamen religionem ipſam, rem mere diuinam, pro lubitu imperare poterit. Quod ad religionem chriſtianam attinet, in eius ſocietate princeps conſideratur, vt imperans in ciuitate, vel vt membrum primarium eccleſiae

ciuitate vigeat; ac in ſcholis publicis (2) talia dogmata (3) tradan-

 tur,

cleſiae, neutro reſpectu abſolutum ius in religionem ei tribui poterit: ſed omnia recidunt ad directionem religionis externam. Hoc tamen ratio etiam, ſi adplicetur ad religionis chriſtianae placita, adgnoſcit, eam neque ciuitati, neque imperantibus, neq; iuri naturae vlla in parte aduerſari: quidquid BAELIVS *T. IV. reſponſ. c.* 26. 27. in contrarium adferat, putans, religionem chriſtianam respubll. euertere, quum vindictam, fraudes, ambitionem, auaritiam acerrime prohibeat: quod exemplo Romanorum ſub CONSTANTINO M. & Germanorum ſub CAROLO M. illuſtrat. Conf. SECKENDORFS *Chriſten-Stadt.* PVFEND. *diſſ. de concordia veraе politicae cum religione chriſtiana, & de habitu religionis ad ſtatum.* RECHENBERG *diſſ. de concordia imperii ciuilis & chriſtianiſmi P. I. diſſ. XVI.* Quid principem deceat circa ciuium religionem, egregie docuit GER. NOODT *diſſ. de religione ab imperio iur. gent. libera opp. adiecta. Vid. bibl. choiſ. de Mr.* CLERC. *T. XI. p.* 231. *ſqq.*

(2) Imperantium magni intereſt, curam ſcholarum & educationis ſuscipere, qua mediante non tantum animi ad vitam ciuilem recte inſtituendam praeparantur, ſed etiam principia ſtatui & imperanti conuenientia imprimi poſſunt. Pontificum Romanorum id loquuntur inſtituta circa ſcholas & academias, quae non leue momentum ad ſtabiliendam pontificis auctoritatem & introducenda eius iura & iuga contulerunt. Vid. PVFENDORF. *Geiſtl. Monarchie des Stuhls zu Rom* §. 34. Cura autem illa non ad decipiendas hominum mentes & occaecandas, ſed ad vitam ciuilem & tranquillam promouendam tendere debet:

quod

tur, quae cum fine ciuitatum conueniunt.

§. V.

quod principia honesti imperantibus iniungunt, & de quo vberius explicarunt MAYFAHRTVS *Erinnerung von hohen Schulen*. WINCKELMANN *Bedencken von Erziehung der Iugend &c.*

(3) Quid iuris principi sit circa dogmata, non potest distincte explicari, nisi videamus, qualis ei potestas sit in veritatem nostrumque adsensum, quem ei praebemus. Veritas ad praecepta iusti res est indifferens, eiusque vel propalatione vel suppressione alterius iuri detrahi potest: quod & ratione reip. dicendum, cuius status veritatis dissemination aeque seruari potest, quam turbari. Adsensus noster pendet ab euidentiae persuasione, quam vel vere vel apparenter in ideis nostris coniungendis vel disiungendis deprehendimus. Saepe in nostra potestate non est: velimus, nolimus, adsentiendum est veritatibus euidenter cognitis, & a nobis impetrare non possumus, vt eas falsas esse reputemus. Intellectus ea quoque in re multoties potentia necessaria est, & ne quidem a nostro, multo minus ab aliorum arbitrio dependet. Principi ergo nullum ius est neque in veritatem ipsam, neque in intellectum, neque in eius adsensum internum: cogi nescit & potentiae cuiusuis vim adspernatur. Falsa proinde est sententia, magistratum ciuilem intellectui imperare posse: ad quod sententiae monstrum in academia quadam non ita pridem in lucem protractum obstupuit PFAFFIVS, steteruntque comae & vox faucibus haesit, in *origin. eccles. p.* 196. Habet tamen princeps potestatem cohibendi veritatis vsum & adsensum externum: habet ius coercendi libertatem sentiendi non internam, sed externam & prohibendi, ne ea

Ne Vel hæc eundem finem exigere dic, perscripsra habere *leges perpetuas & plurimas* (1) circa negotia, quæ frequentissime inter cives versari folent. Non tamen plura legibus civilibus sancita fuit, quam ad bonum civitatis & civium conducunt. Nam quum de eo, quod fieri vel non fieri debeat, legitur per rationem naturalem, quam per publicæ legionis homines deberi, re foleant: vix plures leges fint, quam vt facile memoria comprehendi queant, & per eas prohibeatur ea, quæ ratio per se non prohibet.

L. I. §. 1. Hæc autem ita pertinere ad ius publicum, & ad ius priuatum, ex eo colligitur, quod ea, quæ ad vtilitatem publicam pertinent, dicantur ad ius publicum pertinere: ea vero, quæ ad priuatorum vtilitatem spectant, ad ius priuatum pertinere. Nam quædam sunt, quæ publice vtilia sunt, quædam priuatim. Ius autem publicum in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. Priuatum vero ius tripertitum est: nam collectum est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. COLLINI *dissertat. de ius diuinog. & humanog.* p. 3.

(1) Prudens legum conditor præcidendam esse quorumdam (1) mendacia, ait Cicero, (2) prædicat. (3) confundendi & quibus pudor pro pœna suffundatur. Imprimis vero, SOLONEM *inquit, qui in suis, ut L. L. v. p.*

hibet: neceſſe eſt, vt per ignorantiam ſine vlla praua intentione incidant in leges, tamquam in laqueos. Quo ipſo ciuibus per imperantes ſuperuacuum incommodum conciliatur; quod eſt contra finem ciuitatum.

§. VI. Quia autem fruſtra feruntur leges, ſi impune eas violari tolerent ſummi imperantes; igitur horum eſt, *exſecutionem* earumdem procurare, vtque quiuis ſuo iure potiatur citra lentas moras, eluſiones atque vexationes efficere: *poenas* quoque ſumere pro cuiusque facti conditione, transgreſſorisque intentione & malitia: nec ſine ſufficiente cauſſa veniam indulgere; quum iniquum ſit & ad irritandos ciuium animos efficaciſſimum, aequaliter meritos, ceteris paribus, non aequaliter tractare.

§. VII. Vti autem nihil poenis eſt ſanciendum, quod non ad vſum ciuitatis facit: ita *poenae* quoque ſunt temperandae, vt ad finem iſtum proportionem habeant, vtque adeo ciues non plus adflictionis, quam reſp.

Digitized by Google

resp. vtilitatis inde ferat. De cetero, ſi ſcopum ſuum debent obtinere poenae; adparet, eas eousque eſſe intendendas, vt acerbitas earumdem praeponderet lucro & delectationi, quae ex facto legibus vetito redundare poteſt.

§. VIII. Quia porro hoc fine in ciuitatem coiuerunt homines, vt ſecuritatem aduerſus iniurias aliorum obtinerent: ſummorum imperantium eſt, eo ſeuerius *ciuium inter ſe iniurias prohibere*, (1) quo facilioremperpetua cohabitatio occaſionem ad laedendum praebet. Nec discrimina ordinum ac dignitatum eo

§. VIII. (1) Ex hoc iure reſultat ius ciuile vniuerſale ſiue ius naturae, quod priuatorum inter ſe iniurias in ciuitate prohibet. Eius principium in eo conſiſtit: quidquid in republica pacem externam ciuium inter ſe turbat, id omittendum eſt: & quidem vel a principe, vel a ciuibus. Exinde non tantum legum ciuilium indoles & iuſtitia, ſed etiam iuſtitiae adminiſtrandae & obtinendae ratio tamquam ad lapidem lydium examinanda. Multa eius capita enuclearunt EISENHART *inſtit. I. N. c.* 15. BOHMERVS *iur. publ. vniu. parte ſpec. l.* 2. *c.* 3. 7, 8. HEDINGERVS *in appendice ſuis limentorum philoſophiae iuris*, qua occaſione inſtitutionum Iuſtinian. iuris naturae placita exponit. Compendium eius exhibuit GRUNERVS *principiorum iuriſprud. natur. l.* 4.

eo valere debent, vt potentiores tenuioribus pro libidine insultare possint. Sed & scopo summi imperii aduersatur, vt ciues, quas sibi factas arbitrantur, iniurias priuata violentia exsequantur. (2)

§. IX. Praeterea quamquam ad omnia ciuitatis amplioris negotia immediate obeunda vnus princeps non sufficiat, sic vt necessario *ministri* in partem curarum sint vocandi: tamen vt hi omnem a summo imperante potestatem mutuantur: ita & bene & male ab ipsis gestorum imputatio vltimo demum in istum redundat. Quam ob rationem, & quia, prout ministri sunt, ita recte aut praue negotia expediuntur; summi imperantes tenentur (1) ad munia

(2) Rationes sunt: 1) quia ciues ius decidendi lites suas & tuendi *sese* detulerunt imperanti: 2) quia status naturalis per ciuitatem sublatus est, in quo priuatae violentiae locus erat: 3) quia securitas publica, rerumpublicarum finis, obtineri non posset. Et licet princeps ciuibus priuatam concedere possit violentiam vel vindictam sano sensu acceptam: hoc tamen non nisi in corruptis rebuspublicis locum inueniet. Conf. STRVVIVM *de vindicta priuata.*

§. IX. (1) Tenentur principiis decori & prudentiae, vt

nia ciuitatis adhibere viros probos & idoneos, & in eorum acta ſubinde inquirere; eos denique, prout rem geſſiſſe deprehenduntur, praemiis vel poenis mactare; quo ceteri intelligant, non minore fide ac diligentia publicam, quam propriam rem tractandam. Sic & quum praui mortalium ad ſcelera perpetranda ſpe impunitatis adliciantur, quae ipſis praebetur facillima, vbi *iudices* corruptionibus patent; ſummorum imperantium eſt,(2) in eiusmodi

vt miniſtros ſibi eligant a genere, a probitate, a prudentia: repraeſentant enim ſaepiſſime perſonam ſummi imperantis, quae digne ſuſtinenda eſt; & ſunt inſtrumenta reipublicae, cuius finis eorum miniſterio obtinendus. Conf. LIPSII *polit. L. III. c. X. Le miniſtre d'état de Mr.* SILHON, Germanic., Lipſ. 1688. 12. ed. BESOLDVM *de conſilio.* REINHARTI *theat. prud. ad Lipſii l. c.*

(2) Seuere animaduertendum non tantum principi in iudices auaros & fautores ſcelerum, ſed ſtudioſe cauendum, ne ipſe princeps hisce abuſibus occaſionem praebeat: quod fieri ſolet, ſi munera cariori pretio veneant, adeoque iuſtitiae adminiſtratio, quae emta eſt, rurſus vendatur: ſi princeps ſalaria adeo exigua miniſtris conſtituat, vt inter exercitia iuſtitiae vel fame pereundum, vel vita admiſſis corruptionibus atque praemiis iniuſtitiae & nimii fauoris ſuſtentanda ſit: ſi iudiciis praeſides ineptos, rudes, auaros praeficiat: ſi

praes

modi iudices, tamquam fautores scelerum, queis securitas ciuium abrumpitur, seuere animaduertere. Praeterea licet ordinaria negotiorum expeditio ministris credenda sit: summi tamen imperantes querelis ac desideriis ciuium patienter aurem praebere numquam detrectabunt.

§. X. Quum ad *tributa* & alia onera ferenda ciues nullo alio nomine teneantur, quam quatenus ista necessaria sunt ad sumtus ciuitatis belli pacisque tempore tolerandos; igitur summorum heic imperantium officium erit, (1) non plus extorque-

praesentiam suam summis iudiciis subtrahat, neque iustitiae administrationem vlla attentione dignetur. Vid. *Leopolds des grossen Leben und Thaten. Lipss.* 1709. 8. *P. I, p.* 128. *sqq. Testament de* COLBERT *c.* 13. Ea in re pecatur in ius naturae: competit enim subditis ciuibus ius perfectum postulandi administrationem iustitiae, ad quam obtinendam iuri seipsos tuendi renuntiarunt, idque imperanti detulerunt.

§. X. (1) Officium summorum imperantium circa tributa & exactiones vtilitatem insignem in eos ipsos confert: 1) reditus sic seruantur, augentur & certiores redduntur: 2) reipublicae vires semper florent, viresque imperantium & auctoritatem sustentant: 3) frequentia populi attrahitur reip.

torquere, quam neceſſitates, aut inſignes reipubl. vtilitates requirant: & quantum fieri poteſt, ita onera temperare, vt quam minime ciues iisdem adfligantur. Deinde vt iuſta in proportione deſcribantur; nec aliquibus ciuibus immunitates concedantur in fraudem & oppreſſionem reliquorum. Tum quae conlecta fuerunt, in vſus reipublicae impendantur: non per luxuriam, largitiones, ſuperfluam oſtentationem aut inania diſſipentur. Denique prouidendum, vt erogationes reditibus reſpondeant, &, qua hi non pertingunt, a parſimonia & circumciſis ſumtibus non neceſſariis ſubſidium petendum.

§. XI. Quamquam autem ſummi imperantes ſubditos alere non teneantur, (niſi quod eorum, qui per immeritam aliquam calamitatem ſeipſos ſuſtentare non poſſunt, peculiarem curam agere caritas iudi-

reip. eaque redditur copioſa: quod illuſtrat vberius VAVBAN *proiect. d' vne dixme royale P. II.* c. II. in quo libro proportio quoque illa, quae in tributis obſeruanda & multis vrgetur difficultatibus, accuratius exponitur. Tondere pecus quidem decet, ſed & iuſtitia imperat non deglubere.

iubeat:) tamen quia non ſolum ex bonis ciuium conligendi ſunt ſumtus ciuitati conſeruandae neceſſarii, ſed etiam robur ciuitatis in virtute & opibus ciuium conſiſtit; igitur illis, quantum in ſe, prouidendum erit, vt *res familiaris ciuium* gliſcat. (1) Ad hunc finem facit ciues disponere, vt, quantum fieri poteſt, vberem prouentum ex terra & aquis capiant; vt, quae apud ipſos proueniunt, materiis induſtriam adhibeant, aut quem ipſi commode laborem obire poſſunt, ab aliis non redimant: quod fit, ſi quidem *artes mechanicae* foueantur. Maximi quoque eſt momenti, *mercaturam* &, in regionibus maritimis *nauigationem* excolere. Nec ignauia ſolum proſcribenda, (2) ſed & ad *parſimoniam* reuo-

§. XI. (1) Pertinent haec ad politicam doctrinam quorſum facit L. B. de SCHROEDERN *Fürſtl. Schatz-und Rent-Kammer* &, qui eius compendium dedit, auctor *der Fürſtl. Macht-Kunſt*. LEIBS *Proben von Verbeſſerung Land und Leute*.

(2) Hunc in finem imperantes variis ſaepe vtuntur adminiculis, caute diiudicandis, ne otio torpeant ciues: (1) bello externo eos implicant; parum tamen iuſte. Vid. IVSTIN. *L. II. c.* 17. PLVTARCHVM *in Camillo c. VI.* THOLOSANVM *de rep. L.* 23. *c.* 7: 2) Otioſos vel nulli artium vel ſcien-

reuocandi ciues per *leges ſumtuarias*, (3) queis ſuperflui ſumtus prohibeantur, inprimis illi, per quos opes ciuium ad exteros transferun-

ſcientiarum generi addictos ad militiam cogunt: 3) vel opificiis adhibent in noſocomiis &c. vel poena adficiunr: quemadmodum Amaſis R. Aegyptiorum peſtem otioſorum hominum ab Aegypto longiſſime repulit; quum lege lata ſanctiſſime cauiſſet, vt otioſi homines, qui nihil haberent, quod ſuum dicere poſſent, capitali ſupplicio, quaſi praedones, adficerentur. BODINVS *de rep. lib. V. c. II.* in fine: 4) vel exactionibus ciues premunt, vt ad labore quaerendam pecuniam fiant attentiores: 5) vel ingentia aedificia exſtrui curant, ne plebs ſit otioſa, quod a Pharaone cum Iſraëlitis, a regibus Aegypti in exſtructione pyramidum &c. obſeruatum eſſe legimus: de Herode idem vid. in IOSEPHO *lib.* 15. *cap.* 13. Conf. SEPTALIVM *de rat. ſtatus lib. V. c.* 13.

(3) Legum eiusmodi apud veteres exempla exhibent MACROBIVS *Saturnal. lib. III. c.* 17. GELLIVS *noct. Attic. lib. II. c. XXIV.* Recentiora deprehendes in ordinationibus politicis rerumpublicarum. Caue, ne eas confundas cum iudicio ſeu cenſura morum, qualis apud Romanos recepta fuiſſe legitur; in quem errorem BESOLDVS *colleg. polit. claſſ.* 2. *diſſ.* 3. *cap. IV. p.* 17. BODINVS *lib. VI. de rep. c. I.* CHOCKIER *theſaur. pol. lib. V. c. XIX.* lapſi ſunt. Cenſura enim morum inutilis & ratione ciuium notandorum, cenſorum, modi, finis &c. tot difficultatibus vrgetur, vt cum commodo reipublicae vix ſtabiliri poſſit: leges autem ſumtuariae ſuis gaudent fructibus: & imperantis eſt, quaeuis vitia poenis publicis ſubiicere, ſi rei-

feruntur. Etſi maiorem heic, quam quaeuis leges, efficaciam obtinent ſummorum imperantium exempla. (4)

§. XII. Quia etiam ſanitas ac firmitas interna ciuitatum ex *vnione ciuium* prouenit, quae quo accuratior fuerit, eo maiore cum efficacia vis imperii per vniuerſum ſeſe ciuitatis corpus dispenſat: igitur ſummis imperantibus incumbit prouidere, ne in ciuitate factiones oriantur;

publicae nocere videantur eiusque ſtatum offendere. De quibus omnibus conſulendus THOMASIVS in *diſſ. de iudicio ſiue cenſura morum* 1702. *Halae.*

(4) Memorabilis hac de re locus in CICERONE *lib. III. de legibus c.* 14: *Vt in corporibus; ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui a capite aut membris principalibus diffunditur: quumque pauci atque admodum pauci honore & gloria amplificati vel corrumpere mores ciuitatis vel corrigere poſſint, maximumque compendium bene inſtituendi & reformandi rempublicam ſit rite inſtructa aula: omnes ergo principes & optimates periculum ſcandali euitent bonisque moribus ſtudeant. Plus enim exemplo, quam peccato nocent, nec tam malum eſt peccare principes, quantum illud, quod permulti imitatores principum exiſtunt.* Conf. BESOLD. *l. c.* LIPSIVM *inſtit. polit. L. II. c. IX.* & magnum auctorum numerum, quos adduxit REINHARTVS *theat. prud. hum. ad iſtum locum Lipſ. p.* 587.

tur; (1) neue quidam ciues inter ſe peculiaribus pactis connectantur; neue omnes aut aliqui ab vllo alio, ſiue intra, ſiue extra ciuitatem conſtituto, ſub quocumque obtentu, ſacro (2) aut profano, magis dependeant,

§. XII. (1) Saepius ex discordia ciuium ſalutem ciuitatis dependere hiſtoriae docent: ſed ciuitatis corruptae hoc eſt indicium, morbumque arguit imperii. Inprimis id obſeruare licet 1) in monarchia herili & imperio tyrannico, cuius intereſt, ne ciues vniantur: 2) ſi quidam opibus factionibusque emineant in republica, qui diuidendi. Vid. *teſtament. polit. de* COLBERT *c.* 2. 3) quando nationis indoles ita eſt comparata, vt ſemper turbis immixta eſſe velit, quae ab ipſo imperante & ſalute reipublicae per remedia extraordinaria erunt auertendae. Vid. FORSTNER *ad Tacit. L. II. annal. p.* 347. *ſq.* BOECLERVM *not. ad Vell. Paterc. L. I. c.* 11. *n.* 6. *p.* 48. CONRING. *ad Machiauell. princ. c.* 20. §. 4. *&* 5. IMHOFS *Staats-Reguln reg.* 4.

(2) Sub ſacro religionis obtentu in ciuitatibus, vbi pontificiorum vigent placita, imperantium iura multis modis circumſcribuntur, nemnuntur, eluduntur: non vna, ſed duplex adeſſe videtur poteſtas ſumma, & ciues in rebus ſacris non tantum, ſed multis aliis, quae per fraudem ad ſacra detrahuntur, ab alio, quam ſummo imperante, dependent. Pro arbitrio itaque cleri turbae excitari poterunt, & tranquillitas reipublicae non abſolute eſt in imperantium poteſtate. Superiora ſecula multis exemplis id confirmarunt, & principum interfuit, artes politicas excogitare, quas gliſcenti pontificis Romani potentiae opponerent & ad muniendam maieſtatem ſuam adhiberent.

dent, quam a legitimo superiore principe & in nemine plus ibi practicii quam in eodem, repositum arbitrentur.

§. XIII. Denique quum Romanus Pontifex tantum inter se & pari fœdus initus, Imperatorem imperatorum eft constituere, ut virtus eminens pertinaque armorum laudatio, & dominique ac ad vitæ

§. XII. (1) Bilinguedum notes his text mentions Mainz', instead of Speyer, as the place where the practicus, qui largus proinnumerorum dictum: (2) rationes inter illum, qui non promittit, & eum, qui nonnunquam promittit, sed fidem fallit, quum ille non promittat, hic promittendo fallat, ille non fallendo, hic fallendo, ille nihil dando, hic dando, ille nihil dando, hic dando, ille nihil dando, hic dando

De ſtatu ſummarum imperant. 229

repellendam requirimur, mature parcitur, quatus loca, arma, milites, & rerum gerendarum necessa ſcientia. Vitro autem, etiam potens tuta belli cauſa, tamen laceſſendo, nihil ſuſtinere debemus ocatio, & conditionibus controverſis ſtare. Eumdem quoque ab finem conſilia & motiones victoriarum ſecretas explorandi & deſcendi hoſtis nec non amicitiæ & federa pro-nenter contrahendi.

*Quæ ſtatus ſummarum imperantium ſint, & quæ ſint eorum officia, per regendum & gubernandum bene reſpectu, ex ſcitate tamen & ſecundum ſtatum, quem in quo quiſque eſt, ſummatim hactenus diſſerimus ac ſi de rectore unis nauis aut exercitus ductore ageremus. Nunc ad ſingulas illas partes pergamus, quas ſummi imperantes ſibi ſuo emolumento & ad retinendum & augendum imperium ſuum ſumere ſolent, & quæ ſingulis illis ſubeſſe debent, ut ſibi ſuiſque ſuo ſuo ſuo

3. Legi naturali vis LL. ciuilium tribuenda.
4. Hanc sanctione poenali confequuntur.
5. Quatenus naturaliter debitis per actiones ciuiles subueniatur?
6. Praestationes naturales indefinitae lege ciuili determinantur.
7. Et certam formam accipiunt.
8. Obsequii legibus ciuilibus debiti fontes.
9. Obediendum quoque peculiaribus principum iussis.

§. I.

Disciendum quoque iam restat de partibus summi imperii in specie, & quae circa eas peculiariter obseruanda occurrunt. Vbi primum locum occupant *leges ciuiles;* a) quae sunt decreta summi imperantis ciuilis, per quae ciuibus iniungitur, quid in vita ciuili facere, quidue omittere debeant. (1)

a) Puf. de I. N. & G. lib. VIII. cap. I.

§. II. Dicuntur autem *leges ciuiles* duplici potissimum respectu; vel *respectu auctoritatis*, vel *originis*. Priori sensu leges ciuiles vocari possunt omnes leges, iuxta quas in foro ciuili ius redditur, undecumque demum illae originem suam trahant. Posterio-

§. I. (1) Leges ciuiles sunt remedium malitiae humanae, cuius occasione sunt enatae, adeoque bonum sunt extraordinarium, homini corrupto conueniens.

Digitized by Google

Poſteriori ſenſu leges ciuiles dicuntur, quae primo a voluntate ſummi imperii ciuilis profectae ſunt, atque circa ea verſantur, quae iure naturali ac diuino definita non ſunt, ſed ad peculiarem vtilitatem ſingularum ciuitatum faciunt.

§. III. Ceterum vti legibus ciuilibus nihil eſt ſanciendum, quod non *ad commodum reipubl.* referatur: ita quum vitae ciuilis decori & tranquillitati maxime expediat, legem naturalem a ciuibus probe obſeruari; hinc ſummis imperantibus incumbit, iſti *vim atque efficaciam legis ciuilis* impertiri. (1) Nam apud

§. III. (1) Nec repugnat hoc iuri naturae, quod duplicem obligationem ſuſtinere poteſt: nimirum naturalem & ciuilem: & praecepto legis praeceptum obſeruationis in ciuitate addi poteſt. Nam 1) ciuitati per omnia conuenit: 2) leges ciuiles maximam partem exinde oriuntur: 3) voluntas principis voluntati naturae atque DEI innixa ſic eo firmior ſubſiſtet: 4) honeſtatis ratio in republica maior habebitur. Non tamen ſolius iuris naturae praecepta ſufficerent: 1) ob infinitos caſus, de quorum deciſione ex I. N. non conſtat: 2) ob infinitas neceſſitates reipublicae, quibus peculiaribus legibus ſubueniendum: 3) ob aequitatis cerebrinae cum iure naturae facilem confuſionem, quae controuerſias nonnumquam

plurimos mortalium tanta deprehenditur malitia, vt neque manifesta legis naturalis vtilitas, neque metus diuini numinis ei reprimendae sufficiat. Quo igitur vtcumque vitae ciuilis honestas (2) seruari queat; summum imperium efficere potest, legibus naturalibus vim legum ciuilium tribuendo.

§. IV. Consistit autem *vis legum ciuilium* in hoc, vt praeceptis de faciendo vel omittendo addatur *sanctio poenalis*; (1) siue vt definiatur, quae

difficiles effet motura. Vid. *Ludewigi orat. de emendanda Germaniae iurisprud. Halae 1713. 8vo. p. 7.*

(2) Principia iusti non tantum, sed etiam principia honesti & decori, quae norma sunt virtutis, lege positiua possunt firmari & in leges ciuiles auctoritate publica communtari. Hac tamen ratione virtus non producitur, sed vis legis ciuilis, quae ais superadditur, officium tantum externum operatur, vitiis occasionem resciudit, & ad exercendam virtutem viam munire solet.

§. IV. (1) Sanctio poenalis, licet expresse non sit addita legi ciuili, ad minimum tamen subintelligi debet in omni lege superiorum, cuius arbitrio poena transgressionis suae voluntatis relinquitur. Additur tamen plerumque: 1) quia metu fit terrenum animi ex persuasione potestatis non tantum, verum etiam voluntatis malum inferendi peccantibus: 2) auctoritas legi conciliatur: 3) lex deinde

Digitized by Google

quae poena in foro ciuitatis ſit manſura eum, qui facienda omiſerit, aut fecerit omittenda. Qua ſanctione poenali quae diſtituuntur leges naturales, in foro humano impune violantur; (2) ſalua tamen vindicta tribunalis diuini.

§. V. Praeterea quia vitae ciuilis indoles non fert, vt, quod quisque ſibi deberi arbitratur, propriam per violentiam exigat; inde & in eo *legi naturali ſubueniunt leges ciuiles*, quod ad ea, quae ex illa debentur, hae *actionem* adcommodant, (1) cuius

deinde magis punire videtur, quam imperans, qui hac ratione amoris odiique ſuſpicionem a ſe amolitur. Nonnumquam poena expreſſa adiicitur, quae malum proprium & poſitiuum infligit: interdum poena additur ſub metu nullitatis, qua actus tantum inritus redditur & pronunciatur. Id inprimis obſeruare licet, quando lex ciuilis actionibus humanis certum modum, certa ſollemnia praeſcribit & conſtituit.

(2) Eae leges ciuiles, quae tantum notant, delinquentem turpiter vel inhoneſte egiſſe, dicuntur imperfectae. Vid. BRVMMER *ad leg. Cinciam c. III. n. 2. ſqq.* & ſupra ad cap. VII. §. III. dicta ſunt.

§. V. (1) Actio quando accommodatur nonnullis actionibus in ciuitate; non putandum eſt, vt vulgus plerumque arbitratur, eas ceteris eſſe turpiores, & reliquas, quibus actio conſtituta non eſt, tanta

ius vi ista in foro ciuili per subsidium magistratus exigi possunt. Quam vim quae per leges ciuiles non acceperunt, ab inuitis extorqueri non possunt, sed solo debentium pudore & conscientia stant. Solent autem leges ciuiles illis potissimum obligationibus actionem adcommodare, quae per *expressa pacta* inter homines contractae sunt. Ceteris, quae ex indefinito aliquo officio legis naturalis debentur, fere actionem denegarunt: vt esset materia, (2) qua virtutem suam exercerent probio-

tanta turpitudine non laborare, e. c. Furtum, blasphemia, periurium vulgo creduntur maiora sceleſtioraque esse vitia atque delicta, quam ipsa impietas, atheismus, scortatio, ebrietas, auaritia &c. in quae ciuitas non semper animaduertere potest. Sed quam falsa eiusmodi sint praeiudicia, cuiuis patebit, qui vitiorum naturam expendit, & secum reputat, ciuitatem, quando actionem nonnullis concedit, non tam vitiorum internam turpitudinem respicere, quam effectum, quem habent in statum publicum eiusque tranquillitatem. Lex ergo ciuilis actiones ciuis magis, quam hominis respicit; externas magis, quam internam turpitudinem.

(2) An leges ciuiles hoc vmquam intendant, quando actionem denegarunt officiis quibusdam, vt eo liberius virtus exerceatur; hoc magis ad praesumtiones pias pertinet, quam vt veram causſam designet:

probiores mortalium; inſignemque pararent laudem, ſi citra coactionem recte feciſſe viderentur. Saepe etiam tanti non fuit viſum negotium, vt ideo praetor fatigaretur.

§. VI. Quum etiam multa lege naturali indefinite praecipiantur, adplicatione in cuiusuis arbitrio relicta; inde lex ciuilis ad decus & tranquillitatem ciuitatis eiusmodi *actionibus tempus, modum, locum & perſonas* adſignare, aliasque circumſtantias determinare, quandoque & praemiis homines ad eas ſuscipiendas adlicere ſolet. Si quid etiam in lege naturali obſcuri ſit; (1) legis ciui-

ſignet: haec enim in eo potiſſimum quaerenda, quod talia officia parum tangant reipublicae ſtatum, adeoque ciuilem inquiſitionem non requirant.

§. VI. (1) Nulla ineſt obſcuritas legi naturae per noſtram rationem ſufficienter a DEO promulgatae, vti ſupra ad *lib. I. c. XVII.* §. *I.* oſtenſum: obſcuritas ergo illa intelligenda partim ratione ciuium, qui non attendunt ad naturae placita, adeoque legis rationem non habent perſpicue cognitam, & vel ad legis officia referunt, quod iis non comprehenditur, vel a lege eximunt, quod ad eius moralitatem referendum: partim ratione adplicationis legum naturae ad res ciuitatis: quae quomodo inſtituenda, ſaepius non liquet, ob intricatas reipublicae neceſſitates: partim ratione circum-

ciuilis eſt explicare. Quam explicationem in agendo ſequi ciues tenentur; vtut fortaſſe priuata ipſorum opinio in diuerſum abeat.

§. VII. Quum etiam plurimae actiones per legem naturalem cuiusque iudicio & arbitrio ſint relictae; quas tamen in ciuitate vniformi modo temperari tranquillitatis & decoris publici intereſt: inde leges ciuiles eiusmodi actionibus & negotiis *certam formam* ſolent adſignare; (1) vti

circumſtantiarum, quae in lege vniuerſali non ita determinatae ſunt: a lege ciuili ergo determinantur. Quod autem lex naturae tenebris & difficultatibus circumdata fuerit, & nunc quoque nonnullis tenebricoſa eſſe videatur, exinde prouenit, quod ſuperſtitio, conſcientia erronea, praeiudicia auctoritatis, ſubtilis & occultus probabiliſmus, paſſionum dominantium imperium apud multos normas regulasque agendi deſignent & praeceptis iuris naturae admiſceant; quod iura diuina, ciuilia & canonicum legi naturali confundantur, & per neglectum ſtudii moralis doctrinae non accurate ſecernantur.

§. VII. (1) Forma quando neglecta eſt; poena inriti ſolet infligi negligentibus: qui quidem, niſi temerarius ſubſit legis contemtus, nulli iniuriam inferunt, ſed ſeipſos tantum laedunt. Excuſandi itaque ſunt ſaepius, quod per ignorantiam difficulter vincibilem, negotii indolem & adfectum ſollemnia illa neglexiſſe dicendi ſint: idcirco alter quidem, ſi principiis iuſti rigoroſe inſiſtere velit,

vti contingit in vltimis voluntatibus, in contractibus & multis aliis. Ob eamdem cauſſam etiam leges ciuiles exercitium eorum iurium, quae

velit, nullitatem negotii contra eos recte vrgere poterit: aequitatis tamen nonnumquam erit & normae virtutis conueniens, obligationem ſeruare & nullitati negotii renuntiare. Quam in rem celeb. BOEHMERVS: *Alia*, inquit, *quaeſtio eſt, an ille, qui defectum ſollemnium adlegat & a negotio reſilire vult, quandoque contra regulas decori & honeſtatis agere poſſit; dum quidem alteri haud facit iniuriam, qui ſibi imputet, quod non debito modo egerit: ſed propterea non ſemper in conſcientia rutus eſt: id quod ex eius intentione aeſtimandum. Volunt enim communiter, eum, qui non obſeruatis debitis ſolemnitatibus aliquid promiſit, eſſe naturaliter obligatum, ſeu inſpecto ſolo iure naturali, ex quo ICti Romani varias deduxere concluſiones. Iur. publ. uniu. P. ſpec. L. II. c. III. §. 49. not. p.* 8. Peccare poſſunt ſaepius legislatores nimia ſollemnitatum pompa in regulas iuſti, qua actiones alioquin facile expediendas reddunt difficillimas, & ciues tot inutilibus agendi formis inlaqueant, vt cautiſſimo ſaepe impingendum ſit. Iuſtiſſima hinc cauſſa excidere poteſt ciuis, quod in obſeruanda agendi forma intricata indiligentior fuerit: qua ſollemnitatum copia ciuium inter ſe rixae augentur magis, quam ſopiuntur, & adminiſtratio iuſtitiae redditur anceps & difficilis. Exemplo eſſe poteſt materia teſtamentaria & ſubſtitutionum in iure Romano, in cuius cauſſis expediundis BALDVS reſpondendo plus quindecim millia aureorum lucratus fuiſſe legitur. Vide PANCIROLLVM *de claris legum interpretibus L. 2. c. 70. p.* 166.

quae naturaliter competunt, circumſcribere ſueuerunt.

§. VIII. Debent autem ciues legibus ciuilibus, quatenus aperte iuri diuino non repugnant, *obtemperare*, non velut ex nudo poenae metu, ſed ex *intrinſeca obligatione*, (1) per ipſum ius naturale confirmata; quippe inter cuius praecepta quoque eſt, legitimis imperantibus eſſe parendum.

§. IX. Denique non minus *peculiaribus iuſſis* ſummorum imperantium, quam legibus communibus, ciues obtemperare debent. Vbi tamen obſeruandum eſt, vtrum ſummus imperans ciuem quid iubeat facere tamquam *actionem ciui propriam*; an uero mandet ſuſcipere nudam *exſecutionem actionis*, quae propria imperantis eſſe debeat. (1) Nam

§. VIII. (1) Hoc praeceptum ad ethicam ſpectat, non ad iuſtitiae regulas: nam an ex intrinſeca obligatione ciues obtemperent? legis ciuilis non eſt inquirere, nec id imperare: ſufficit ciuili imperio, quatenus tali, vt ciues obſequium praeſtent eius voluntati, ſiue id metu poenae fiat, ſiue amore legis & virtutis.

§. IX. (1) Auctoris diſtinctio non tantum obſcura eſt; ſed ſi etiam clare & diſtincte cognoſceretur;

rei

Nam posteriori casu, necessitate ab imperante adhibita, citra proprium peccatum potest aliquid agere ciuis rei explicandae parum est adcommodata, mentique nulla ratione sufficit. Nam quid sit actio ciui propria, quamuis ab imperante ei demanda-ta? quomodo exsequntio actionis iniustae ciui imputari non possit, licet nomine publico suscepta fuerit? non constat: quum ciuis non se habeat instar instrumenti vita sensuque destituti; sed instar causae instrumentalis, quae intellectu praelucente & decernente voluntate vtitur, adeoque de actionis moralitate iudicare potest & debet. Quando nonnulla praeceptа principium cum praeceptis iuris naturae conlidi videntur; comparatio obligationum erit instituenda, & quae hic locum inueniat, quae laxior vel artior, perpendendum: maior sic DEO, quam principi, debetur obligatio. Subdito quidem ciui difficillimum est, iudicare de principis mandato, an diuinae repugnet voluntati? quum eius causae & rationes faepissime non sint manifestae; nec ciuis sit, scrupulosas disquisitiones ea de re instituere, c. c. de belli iniustitia: in iis tamen, vbi certissime constat, iussa supremae potestatis pugnare cum iustitia naturali, boni ciuis erit, obsequium iisdem detrahere, & vel precibus id declinare, vel si id impetrare non liceat, minarum periculа experiri: alias in foro quidem ciuili istorum principum, non in foro conscientiae & diuino, neque aliorum hominum iudicio excusabitur. Conf. ABBADIE *defensе de la nation Britannique p.* 156. *seqq.* GROT. *L. II. c.* 26. §. 3. BARBEYRAC. *ad Puf. op. mai. L. VIII. c. I. §. VI. not.* 4. HOCHSTETTERI *colleg. Puf. p.* 105. RECHENBERG *diss. de ministerio, quod crimen eſt.*

Digitized by Google

uis, quo patrato ipse imperans peccat. Sed vt ciuis velut proprio nomine peccatum legi naturali & diuinae repugnans perpetret, fieri recte non potest. Inde est, quod, si in bello etiam iniusto ciuis iussu summi imperantis arma gerat, non peccet: sed si eiusdem iussu aliquis innocentem damnet, falsum testimonium dicat, calumniam alicui intentet; vtique peccat. (2) Nam ciuis militat nomine publico; sed proprio nomine iudicat, testatur, accusat.

(2) Horum exemplorum iustitia vel iniustitia pendet ab euidentia moralitatis rei, prout eadem ciuibus apparet, vel manifesta esse potest. Si enim ciui mandatum principis non clare & distincte ob oculos versetur; neque fas sit, in eius iustitiam inquirere & principis actionem ad suum tribunal euocare; quia vel captum suum transcendit, vel ad arcana status pertinet, nemini nisi imperanti cognita; boni ciuis est, dicto eius esse obedientem. Si vero res manifesto sceleris notam prae se ferat; neque vlla ratione dubitare licet de iniustitia facinoris perpetrandi, qualia sunt falsum testimonium dicere, innocentem damnare &c. sane nullum erit dubium, quin bonus ciuis omni iure obsequium suum principis mandato subtrahere non tantum possit, sed & debeat.

CAPVT

CAPVT XIII
DE
IVRE VITAE AC NECIS, NEC NON DE POENIS.

1. Duobus modis ſummo imperio ius in vitam ciuium competit;
2. *Indirecte*, ob defenſionem ciuitatis:
3. *Directe*, ob delicta, per modum poenae.
4. Poenae definitio, & discrimen a malis bellicis.
5. Ius puniendi eſt ab imperio ciuili.
6. Poena debet habere certos fines.
7. Hi poſſunt eſſe varii.
8. Primus.
9. Secundus.
10. Tertius.
11. Poenis humanis non ſubiacent actus mere interni:
12. Nec lapſus minutiores;
13. Nec quaedam alia;
14. Nec vitia animi mortalibus communia.
15. Aliquando datur delictis venia.
16. Grauitas delictorum vnde aeſtimetur?
17. Determinatio poenae eſt ſummi imperii.
18. Reſpiciendae puniendi qualitates.
19. Quomodo vniuerſitas puniatur?
20. Damnum ex alieno delicto redundans non eſt poena.

§. I.

SUmmo imperio ciuili in *vitam ciuium duplici modo ius* competit; *indirecte* vel *directe*; illud quidem ad *defenſionem ciuitatis*, hoc autem ad *compeſcenda delicta*.

§. II. Quum enim ſaepe vis exterorum per vim ſit repellenda, aut ius noſtrum violenter ab ipſis vindicandum; licet vtique ſummo imperio a) ciues ad hoc negotii compellere; (1) vbi de induſtria non id agitur, vt ciues vitam amittant, ſed dumtaxat periculo mortis eorum vita exponitur. Qualibus in periculis vt ſtrenue & dextre ſeſe ciues gerere poſſint, ſummum imperium exercere eos & praeparare debet. Nulli autem ciui eius periculi metu ad munia militaria ſeſe inuti-

a) Puf. de I. N. & G. lib. VIII. cap. II.

§. II. (1) Pertinet hoc ad dominium ſupereminens, quo data neceſſitate vita ciuium probabili periculo exponenda. Non tamen primarius finis imperantis eſt vitae ciuium amiſſio, ſed eorum opera ad finem ciuitatis adſequendum, in cuius praeſtatione euentus incertus eſt, adeoque non minus ad ſpem vitae conſeruandae, quam ad metum eius amittendae via patet. An autem ciuis innocens ad euitandum ciuitatis excidium hoſti ad necem tradi poſſit, dubitant nonnulli: adfirmandum tamen puto cum GROTIO *L. II. c. 25. n. 3.* 1) Si ipſe velit & conſentiat ciuis, quale exemplum vid. in FROSSARDI *hiſt. L. I.* & nonnulla alia in GRONOV. *ad loc. cit. Grotii.* 2) Si certo conſtet, hac ratione ciuitatis excidium euitari. 3) Inprimis, ſi periculum vitae ſit incertum. Conf. RECHENBERG. *diſſ. P. II. p.* 105. *ſqq.* BOECLER *diſſ. T. I. p.* 836. OSIANDER *ad Grot. loc. cit.* IAEGERI *obſerv. pag.* 516.

inutilem reddere licet. Et qui militiae eſt adſcriptus, hautquaquam adſignatam ſtationem ex formidine deſeret, ſed ad extremum potius ſpiritum pugnabit, niſi intelligat, imperantis voluntatem eſſe, vt potius vitam, quam locum conſeruet; aut locus iſte tanti non ſit ciuitati, quam vita iſtorum ciuium. (2)

(2) Egregie hoc inluſtrat inſigne exemplum praefecti militum PANVINI, qui cum duabus militum legionibus caſtello leuiter munito praeerat, quod aggeris obſeruandi & tuendi cauſſa fuerat exſtructum. Quum autem a. 1672. Gallicus exercitus, qui aquis omnibus gelu rigido induratis in Hollandiam inruperat, glacie inopinato exſoluta, reditum per illum ipſum aggerem adproperaret; PANVINVS de reſiſtentia tantis copiis hoſtilibus facienda deſperans caſtrum deſeruit, inque vicinam vrbem ſe recepit: quam ob fugam Galli, qui mora alioquin interiecta intercipi potuiſſent omnes, feliciter elapſi ſunt: *S' il y etoit reſté*, inquit BVRNET, *toute l' armée auroit neceſſairement eté priſe, comme dans vn filet, & la guerre etoit finie.* Et paullo poſt de decreto iudicii militaris: *On paſſa par deſſus ſa remontrance: Vous etiés preſent vous meme, lui dit-on, au conſeil de guerre, qui a fait batir le fort: vous ſçauiés, qu' on n'en auoit point pretendu faire vne place capable de tenir contre vne armée, mais ſeulement d' amuſer l' ennemi pour quelques iours dans vn beſoin extraordinaire. Vous ne deuiez donc pas abandonner voitre poſte, ſous pretexte du danger, que vous auiez a craindre. Le dégel commençoit & s' etoit*

§. III. Directe autem vitam ciuibus adimere potest summum imperium ob atrocia delicta, a) & per modum *poenae*; (1) quae tamen & in alia hominis bona cadit. Quo loco

c'etoit vne raison pour vous, de voir ce, que ce nouuel euenement pourroit produire. En vn mot, vous etiés la par ordre du prince & votre deuoir etoit, de n' en sortir, que par son commandement exprés. De toutes ces raisons l' on forma vn arrêt de mort. BVRNET *hist. des dernieres reuolut. d' Angleterre ad a.* 1672. *p.* 348.

§. III. (1) Quantis difficultatibus subiaceat doctrina de poenis; rationibus nonnullis edocuit THOMASIVS *ad Huberum p.* 500. Cumprimis origo iuris poenarum capitalium anxios tenuit ICtos, qui ex variis fundamentis parum sufficientibus id deducere adlaborarunt. Multi ad proportionem delictorum poenarumque; alii ad satisfactionem iustitiae; saniores ad ius cogendi consensu ciuium imperanti delatum prouocarunt: ex quibus momentis tamen non sequitur, in poenis imperantem ad vitam adimendam iuste progredi posse. Mea quidem sententia ius imperantis ciues delinquentes capite plectendi ita deriuandum esse videtur: Homines, antequam ciuitatem inirent, habebant ius bello persequendi quemuis iniustum inuasorem & propellendi iniurias cum caede laedentis. Hoc ius seipsos tuendi violenter detulerunt in summum imperantem, vt belli loco vindictam iustitiae interponeret, & iniurias ciuibus inlatas vel singulis vel coniunctim sumtis cum internecione laedentium vlciscereturr: ius ergo vitae & necis, maiestati adnexum per modum poenae, cessit in locum iuris in statu naturali secum caede

loco de natura poenae quaedam in vniuerſum erunt exponenda.

§. IV. Eſt igitur *poena* malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis; ſeu malum aliquod moleſtum, quod per modum coactionis & pro imperio, intuitu antegreſſi delicti, alicui imponitur. (1) Licet enim ſaepe alicui poenae loco im-

 peren-

caede defendendi; & quod quisque exercere antea poterat, princeps omnium conſenſu per poteſtatem iudiciariam ſolus in omnium ſecuritatem exercet. Prout aliquod delictum vel ſingulorum iuribus vel ſecuritati totius corporis detrahit; mortis poenae iuſte ſubiici poteſt, legibusque decernendum, qua in re violentur iura ciuium & reipublicae: illud enim in ciuitate quauis non eiusdem eſt indolis: multa impune committi poſſunt in hac republica, quae in alia tranquillitatem multis modis eſſent turbatura. Quare lex exponit reipublicae neceſſitates poenisque ſuperadditis iniurias verendas coërcet.

§. IV. (1) Poena ergo requirit: 1) delictum in legem commiſſum: 2) ſuperiorem ſiue imperantem, legis auctoritatem poena ex arbitrio ſuo vindicantem: 3) malum inuito inlatum, quod eum moleſtia adficere & emendare poſſit. In ſtatu ergo naturali non datur proprie poena: omnes enim pares ſunt; nulla lex ciuilis exiſtit; nulla crimina committuntur; omnia ad iniuriam ſpectant; omnia ad bellum referenda. Neque in ſocietate paterna poena dari poteſt, vbi proprie non imperium exiſtit, non lex, non ſubditus, non delictum; ſed omnia ad diſciplinam pertinent, qua

perentur quaedam actiones ; in iis tamen ſpectatur id, quod laborioſae & facienti moleſtae ſint , quodque agenti paſſio quaedam per eas inferatur. Inuitis autem poena eſt infligenda: quia alias illa non obtineret finem ſuum, qui eſt acerbitate ſua homines a peccatis deterrere. Quem effectum non habent, quae quis lubens admittit. Denique poenae rationem non habent mala, quae in bello pugnaue inter repugnandum inferuntur : quia non pro imperio; neque quae per iniuriam quis patitur: quia non intuitu antegreſſi delicti inferuntur.

§. V. Sicuti autem libertas naturalis hoc habet, vt, qui in ea conſtitutus praeter DEVM neminem habet ſuperiorem , diuinis tantum poenis ſit obnoxius : (1) ita cum intro-

qua infantes ad ſuammet vtilitatem dirigendi. Neque dantur poenae conuentionales: res enim inter pares transacta eſt; nulli inuito hic poena infertur; neque ex lege, ſed ex pacto moleſtias ſubeunt, de quibus conuentum eſt. Quomodo poena differat a vindicatione iniuriae, ſiue defenſione ſui violenta, oſtendit BEYER *delin. I. N. c. XXXI. §. 7. ſqq.* THOMASIVS *inſt. I. D. L. III. c. VII.*

§. V. (1) Noui equidem GROTIVM *lib. II. c. 20.* &

introducto inter homines imperio, hoc quoque imperantibus ſalus ſocietatum attribuit, vt ipſi malo re-

& qui eum ſequuntur, HENNIGIVM, KVLPISIVM, a FELDE, LOCKIVM *du Gouuernement ciuil. tr. II. c. II. §. 7.* & BARBEYRACVM *ad Puf. op. mai. lib. 8. c. 3. §. 4. n. 3. p. 372.* defendere in ſtatu naturali inter pares poenae quoque locum eſſe; ſed tota illa controuerſia ad logomachias pertinet, & eius cardo tandem in eo verſatur, an is, qui naturae legem quacumque ratione transgreditur, bello a quouis homine iure peti poſſit eam ob cauſſam, & an illud bellum poſſit dici poena? *Quand quelqu' un viole,* inquit BARBEYRAC *p. 373. les loix de la nature, il temoigne par la, qu' il foule aux pieds les maximes de la raiſon & de l' equité, qui ſont les regles, que Dieu a preſcrites, aux actions humaines, pour la ſureté commune des hommes, & ainſi il deuient dangereux au genre humain. Comme donc chacun eſt en droit de pourvoir a ce, qui regarde la conſeruation de la ſocieté humaine, il peut en ſuiuant les lumieres d' une raiſon tranquille, inſtiger a vn tel homme des peines capables de produire en lui du repentir & de l' empecher de retomber dans la meme faute ou meme d' intimider les autres par ſon exemple. Lors qu' un homme en tue vn autre de propos deliberé, il merite d' etre detruit comme les lions, les tigres & les autres bêtes feroces, auec leſquelles il ne ſcauroit y auoir de ſocieté, ni de ſureté. Quiconque me rencontrera, me tuera: c' eſt la voix de la nature, que les remords de la conſcience arrachoient a Cain, aprés qu' il eut tué Abel. Geneſ. c. IV. v. 14. Par la meme raiſon on peut hors de toute ſocieté ciuile punir la moindre infraction*

des

praeſentato malitiam ſubiectorum coërcere queant, quo plures homines ſecure inuicem poſſint viuere.

§. VI.

des loix naturelles autant que dans un Etat, ſi cela eſt neceſſaire pour le but, que l'on doit ſe propoſer en infligeant des peines. Sed regerendum hic eſſe puto: 1) quauis laeſione legis naturae non laeditur generis humani ſalus & conſeruatio: illius itaque non vbiuis intereſt: nec 2) ſi vel maxime illius intereſſet, exinde cuiuis homini ius enaſcitur bello petendi alterum. *Vniuerſalis enim*, vt recte monet ZENTGRAVIVS *de iure gentium p.* 158. *haec humani generis, quae ſit ſub diuino imperio, conſociatio inter coetus, in quos humanum genus diuiditur, non ad inuitem introducit ius rectorium, ſed aequatorium, quod pro iniuſte oppreſſis quidem intercedere, eosdem in tutelam & clientelam contra vim iniquam ſuſcipere, auxiliumque efflagitantibus ſubmittere concedit; non vero acceptas iniurias illorum nomine vlciſcendi ius ſibi adrogare: aut poenas ab illorum hoſtibus in ius naturae & gentium iniquis poſcere imperat aut permittit.* Si enim rectoria eſſet ſocietas; vel ſoli DEO, tamquam generis humani directori ſupremo, ius puniendi competeret, vel quem aut ipſe, aut genus humanum delegaſſet: 3) deinde cuiuis homini iure ſtricto id potiſſimum incumbit, vt pacem externam & ſecuritatem ſuam ſeruet, ex quo generis humani tranquillitas neceſſario promanat: paci vero externae turbandae aptisſimum hoc eſt principium: ergo minus iuſtum. Vid. quae IOSEPH. a COSTA *de procuranda Indorum ſalute lib. II. c. V. p.* 163. *ſqq.* hanc in rem commentatur: *Quod ſi magiſtratus aut respublica barbarorum ſuo muneri non facit ſatis: habet iudicem Deum, non rempubl. aut principem*

§. VI. Etsi autem in eo nihil videatur iniqui, vt malum patiatur, qui male egit: in poenis tamen humanis non simpliciter respiciendum est, quodnam malum sit perpetratum; sed & quae *vtilitas ex poena* possit prouenire. (1) Sicuti & nequaquam eo fine poenae exer-

cipem externum. Alioquin, quum grauissime peccent interdum principes aut magistratus nostri; licebit vel Gallo, vel Italo, vel Anglo Hispaniensi reipublicae peccata castigare & ius dicere, vt vicissim inter se principes hac auctoritate fungantur: quo neque ineptius, neque rebus humanis exitialius quidquam dici potest. Posito itaque hoc principio, genus humanum infinitis rixis, turbis, bellis expositum foret; neque vlla speranda securitas, quies, pax; quum quotidie noua & iusta belli caussa oriretur: quotidie enim in legem naturae peccatur. 4) Quod ad **CAINI** exemplum attinet, illius vox erat vox adfectus animi dominantis, non vox naturae: nec ille dixit, qui me inueniet, ius habet me occidendi, vel iuste me occidet: multo minus dixit, quemuis habere ius se puniendi: ideoque parum facit ad roborandam contrariam sententiam: contra quam plura disputat **IOAN. SCHMIDIVS** *profess. Lipsiensis meritiss. diss. de bello punitiuo Lipsiae* 1714. *hab.*

§. VI. (1) Si poena nullum alium habet finem, quam seipsam, siue malum illud passionis, quod infligitur; inhonesta quidem erit; non tamen semper iniusta: inhonesta; quod animus punientis non tantum solum finem inferendi mali sibi proposuit: sed etiam voluptatem ex dolore alterius capere videtur.

cendae, vt laesus animum pascat, & voluptatem capiat ex dolore & supplicio laedentis; quippe quum haec voluptas plane sit inhumana, & socialitati repugnans.

§. VII. *Genuinus poenarum humanarum finis* est praecautio laesionum & iniuriarum; quae prouenit, si vel in melius emendetur, qui peccauit, aut alii eius exemplo, ne deinceps velint peccare; vel si ita coërceatur, qui peccauit, vt non possit

detur. Vid. SENECAM *de ira lib. II. c.* 12. *& c.* 32. Iusta tamen esse potest, quia legibus satisfacit, & delicta meritis poenis prosequitur; adeoque officium legis externum implet, & pacem externam conseruat. Iustitia actionis, non personae hic deprehenditur, eaque finem poenarum per accidens saepissime obtinet. Sic poena cruentissima, qua CAMBYSES iniustum iudicem adficiebat, ad voluptatem tantum explendam exercebatur: iusta tamen erat in se & ratione delicti spectata, atque deterrebat malos iudices ab iniustitia, licet CAMBYSIS intentio alia plane fuerit.

§. VII. sqq. ad X. Tres hic fines poenarum proponuntur, quos appellant νουθεσίαν siue emendationem peccantis, τιμωρίαν siue compensationem vel satisfactionem, & παράδειγμα siue exemplum. Vid. GELLIVM *noct. attic. L. V. c.* 14. GROT. *L. II. c.* 20. §. 6. *sqq.* HVBERVM *de iur. ciuit. L. III. sect. II. c. V. p.* 641. Quibus nonnulli addunt expiationem atque cautionem, sed

poſſit deinceps nocere. Id quod etiam ita poteſt exprimi, quod in poenis reſpiciatur vel vtilitas eius, qui peccauit; vel eius, cuius intererat non fuiſſe peccatum, quique adeo per peccatum laeſus fuit; vel indiſtinctim quorumlibet.

§. VIII. Primum igitur in ſumenda poena reſpicitur *vtilitas eius, qui peccauit*; dum dolore poenae ipſius animus emendatur, & peccandi libido per eumdem exſtinguitur. Quale genus poenae etiam in plerisque ciuitatibus in ſuos domeſticos exercere patribusfamilias relictum. Eo ſolo tamen fine ad mortem procedi poſſe non videtur; quum qui mortuus eſt, emendari nequeat.

§. IX.

ſed illa iam vtilitate omnium includuntur. Vid. ZIEGL. ad GROT. *p.* 432. Si tamen dicendum, quod res eſt; omnia ad vnicum finem recidunt. Quando enim delicta puniuntur, quae pacem externam in republica turbarunt vel turbare poſſunt; non tantum laeſis ab imperante omnis damni compenſatio impetratur: quod non ad poenam, ſed ad defenſionem ciuium pertinet, cuius ius cuiuis in ſtatu naturali competens in imperantem fuit delatum: ſed etiam praeterea laedenti poena infligitur eum in finem, vt ciues reliqui abſterreantur ab eiusmodi delictis, & pacis reipublicae turba-

§. IX. Deinde in poena verſatur *vtilitas eius, qui laeſus fuit*, ne tale quid inpoſterum ab eodem aut aliis patiatur. Quorum prius obtinetur, ſi vel tollatur, qui peccauit; vel vires nocendi, ſalua vita, ipſi adimantur; vel ſi malo ſuo dedoceatur delinquere. Poſterius autem obtinetur poena aperta & conſpicua, cuiusque adparatus ad terrorem aliis incutiendum aptus ſit.

§. X. Denique in poena *vtilitas* quoque *omnium* quaeritur; dum nempe id agitur, vt ne, qui vni nocuit, aliis deinceps noceat; vel vt exemplo territi ceteri a ſimilibus patrandis abſtineant. Quod pari modo, atque prius, obtinetur.

§. XI.

turbatio inpoſterum impediatur. Omnis itaque finis poenarum in eo conſiſtit, vt impediatur, quo minus inpoſterum reipublicae tranquillitas ſimili delicto impetatur: quod fieri ſolet vel impediendo delinquentem, aut morte, aut carcere, aut aliis adflictionibus, vel deterrendo reliquos ciues. De ceteris, qui hic vrgeri ſolent, finibus; vt animi hominum emendentur, ira DEI auertatur, virtuti exercendae via ſternatur; principia iuſti non diſpiciunt, ſed ea omnia ad principia honeſti & decori ſpectant. Vid. THOMASII *inſt. I. D. lib. III. c. VII. §. 32. ſqq. & not. ad* HVBERVM *de I. C. L. II. ſect. VI. c. I.* BEYER *delin. I. N. c. 31. §. 17.*

§. XI. Quod ſi porro tum fines poenarum, tum conditionem generis humani conſideremus; adparet, *non omnia peccata eſſe eiusmodi indolis, vt in foro humano ea puniri* omnino conueniat. Inde poenis humanis eximuntur *actus mere interni*, i. e. cogitatio delectabilis de peccato aliquo, cupiditas, deſiderium, deſtinatio citra effectum; etſi poſtea per ſubſequentem confeſſionem ad notitiam aliorum perueniant. Nam quum eiusmodi motu interno nemini noxa inferatur; nullius quoque hominis intereſt, vt ob eumdem quispiam puniatur.

§. XII. Durum quoque nimis foret, poenis humanis ſubiicere *minutiſſimos lapſus*, quos in iſthac naturae

§. XI. & XII. Quod in foro humano nonnulla peccata vel puniantur vel non puniantur, non ex ipſius peccati indole morali, ſed politica, ſiue ex nexu illius cum ciuitatis detrimento, & ex periculis, quae in rempublicam exinde redundare poſſent, dependet. Sic deſtinatio rebellionis vel criminis laeſae maieſtatis citra effectum, vota iniqua mente concepta, merum ſilentium & minutiſſimi lapſus poena digni cenſentur, quando reipublicae ob varias neceſſitates intereſt, vt ab effectu ipſo, vel grauiore lapſu ceteri ſic deterreantur. Sic Carthaginenſes capite plectebant cum

rae conditione non datur effugere, quantamcumque attentionem quis adhibere inſtituat.

§. XIII. Praeterea multos actus diſſimulant leges humanae *ob tranquillitatem ciuitatis, aut alias ob rationes*; puta, ſi ſplendidior futurus ſit actus, vbi ex intuitu poenae non videatur ſuſceptus; aut vbi operae pretium non ſit iudices inquietari; aut ſi obſcuriſſimae res ſit diſceptationis; aut ſi inolitum plane malum citra conuulſionem ciuitatis tolli nequeat. (1)

§. XIV.

eum, qui Graecis litteris operam daret; Thurii illum, qui gladiatus in ſenatum veniret: ſic imperatores bellici rebus minutiſſimis grauiſſimam iniungunt poenam. Vid. GRONOVIVS *ad Grot. L. II. c.* 1. §. 14. TESMARVS *ad Grot., lib. II. c.* 20. §. 18. vbi exemplum IO. CASTEL & GVINARDI, item Volſciorum adducitur. BECMANNVS *polit. parall. c.* 15. §. 4.

§. XIII. (1) Grauiores enim 1) exinde turbae oriuntur ſaepius, quam ſi vitia adulta non puniantur; 2) imperans oſtendet ſe imparem eſſe vitio & malo ſupprimendo: hinc metui deſinet: 3) malo illi accedet auctoritas, quod potentius remedio eſſe videtur. Breuiter, contemnitur auctoritas imperantis, obſequio non reportato maloque non ſublato. Vid. exempla in FORSTNERI *not. ad Tacit. L. III. annal. p.* 496. *ſqq.* BOXHORN. *inſtit. pol. L. I. c.* 9. *not. p.* 132. RECHENBERGI *diſſ. de vitiis, quibus ciuitas impar. P. II. diſſ. hiſt. polit, p.* 47. *ſqq.*

Digitized by Google

§. XIV. Denique & a poena humana eximi neceſſe eſt illa *vitia animi ex corruptione mortalium communi reſultantia*, (1) quae ita frequentia reperiuntur, vt defuturi eſſent, quibus imperaretur, ſi ſeueris iſta poenis plectere velis; quousque in enormes actus non eruperunt; vti eſt ambitio, auaritia, inhumanitas, ingratus animus, hypocriſis, inuidia, ſuperbia, iracundia, ſimultas & ſimilia.

§. XV. Neque tamen, ſi quae peccata ſint patrata poenis humanis idonea, ſemper neceſſum eſt poenam exigi. Quin aliquando contingit, vt delinquentibus recte peccati *venia* fieri poſſit. (1) Id quod

§. XIV. (1) Quia quidem delicta ſunt moralia, ſed non ſtatim delicta ciuilia. Degenerare tamen poſſunt quaeuis vitia in detrimentum reipublicae; & principis intereſt, ea poenis ciuilibus exinde ſubiicere. Apud Athenienſes Draco otioſos morte: Solon infamia mulctauit: aliae gentes idem fecerunt. Vid. MENAGE *not. ad Diog. Laert L.* 1. §. 55. *p.* 31. Apud eosdem aduerſus ingratos actio conſtituta eſt. VALERIVS *M. L. V. c.* 3. §. 3. Perſae idem vitium aliaque multa legibus publicis damnarunt. BRISSONIVS *de regno Perſarum lib.* 2.

§. XV. (1) Ius veniae dandae ſiue adgratiandi extra

quod tamen citra graues cauſſas fieri

tra omne dubium ſoli imperanti competet: arbitrium enim vel voluntatem mali infligendi delicto nemo mutare poteſt vel e medio tollere, niſi qui eius auctor ſit, & cui poteſtas ea fuerit conceſſa. Imperans igitur in foro iuris naturae, ſiue naturaliter in omnibus promiſcue delictis ius veniae dandae exercere poterit: 1) nullum enim crimen iure naturae capitale eſt; vtpote quod poenam nullam decernit, nec vlli crimini determinat; ſed imperantium prudentiae & conſcientiae relinquit. Cadit ergo diſtinctio conſueta in delicta natura ſua capitalia & capitalia ex lege: nullum enim natura ſua capitale eſt, ſed ex imperantium arbitrio redditur. Nimis dictatorie BECMAMN *polit. parall. c. XV. §. 6. p.* 589. *Sic atheiſmus*, inquit, *delictum natura ſua capitale eſt: atheus enim turbat vniuerſae ſocietatis creaturarum vinculum, & conſequenter vita indignus eſt. Pactum explicitum cum Satana itidem delictum natura capitale eſt; tranſiit enim delinquens in caſtra hoſtis DEI, eoque quidquid cultus diuini eſt, turbat; vnde inter homines tolerandus non eſt. Inter delicta homines propius attinentia crimen laeſae maieſtatis capitale eſt; delinquens enim vniuerſam rempublicam turbauit. Sodomia eodem loco habenda: homo talis enim ſua ſponte ſe infra humanum ſtatum abiecerat: cur alii ergo eum inter homines paterentur? Inceſtus eodem referendus, obſeruantque ſcriptores rerum moralium, delinquenti eiusmodi, etiamſi millies in hisce terris reuiuiſceret; nihilominus moriendum eſſe ob indignitatem ipſi perpetuo adhaerentem. Homicidiorum quoque prorſus eadem ratio: licentia eorum enim totum ſtatum humanum in periculum abducit.* Sed multa ex his ad oratorios floſculos pertinent: cuilibet enim notum eſt, ius naturae

fieri non debet. (2) Inter quas ſunt, ſi fines poenarum in certo caſu non videantur neceſſarii; aut ſi venia maiorem, quam poena, producere vtilitatem ſit idonea; aut ſi fines poenarum alia via commodius obtineri

turae ignorare pactum cum ſatana expreſſum, quod ad figmenta imaginationis pertinet: atheiſmum ad forum ethicum ſpectare: inceſtum non eſſe contra ius naturae: licet illa omnia nefanda vitia ſint, & propter varia circumſtantia momenta in crimina iniuſtiſſima conuerti poſſint. Vnde ergo natura erunt capitalia? Manifeſtum quoque eſt, pacem externam non abſolute requirere, vt quiuis iuris naturae transgreſſor ſceleratiſſimus, e. c. ſicarius, praedo, homicida, morte adficiatur: ſtare enim ea poteſt cum vita eorum, qui in leges deliquerunt, & conſeruari poteſt, ſi vel maxime vni vel alteri ob grauiſſimas cauſſas venia concedatur. 2) Finis poenarum non amittitur, ſi imperans cuiusuis delicti veniam interdum prudenter largiatur: vnius actus enim condonatio non ſtatim omnem excutit metum poenae, nec pari ſceleri in futurum veniam pollicetur. 3) Imperans naturaliter non abſolute obligatus eſt, vt puniat promiſcue; ſed vt poenis vtatur in ſalutem & tranquillitatem ciuitatis: quae ſi veniam dandam requirat: requirit autem multoties; imperans ius adgratiandi exſequi poterit. Conf. THOMASII *diſſ. de iure adgratiandi principis euangelici in cauſſis homicidii, & eius not. ad Huber. l. c. p.* 643. BEYER *delin. I. N. c.* 8. *not. ad §.* 91. *p.* 60. *& cap. XXXI. p.* 193. BOEHMER *iur. publ. vniu. P. ſpec. L. II. c. VIII. §.* 12. *p.* 534.

(2) Conf. quae ſupra dicta ſunt ad L. I. c. II. §. IX.

tineri poſſint. Item ſi, qui deliquit, adleget ſua aut ſibi coniunctorum eximia in rempubl. merita, peculiari praemio digna; aut ſi ab alia quapiam inſigni re commendetur, puta, a raro aliquo artificio; aut ſi ſpes ſit fore, vt peccatum illud egregiis factis eluatur, praeſertim, vbi aliqua ignorantia, licet non plane inculpabilis, interuenerit; aut ſi particularis ratio legis in aliquo facto ceſſauerit. Saepe quoque ob multitudinem peccantium venia eſt danda, ne ſuppliciis ciuitas exhauriatur. (3)

§. XVI. *Grauitas* (1) autem *delicto-*

(3) Veniae dandae generales rationes deſumi ſolent 1) ab obiecto vel delicti qualitate: 2) a ſubiecti peccantis adfectionibus: 3) a neceſſitatibus reipublicae, quae vel poenam vel indulgentiam requirunt: 4) a viribus imperantis, an ſint ipſo delicto inferiores: 5) a multitudinis & ciuium diſpoſitione, quibus ſaepe in poena aliqua neque exemplum ſtatuitur, neque ſcandalum tollitur, ſed augetur: quando e. c. peccatum in vulgus hactenus non fuit notum, & ſatius eſt ignorare iſtud virtutis negotium, quam diuulgare peccatum per poenam manifeſtandum

§. XVI. (1) Quantitas delicti duplex eſt, moralis & ciuilis: moralis ex principiorum actionis humanae cum ea connexione pendet, an intellectu praelu-

cente

lictorum aeſtimatur ex obiecto, in quod peccatum fuit, prout illud nobile & pretioſum habetur: item ex effectu, prout multum aut parum damni in rempublicam inde redundat; & denique ex prauitate intentionis, quae ex variis indiciis conligitur; puta, ſi facile potuit reſiſtere cauſſis, quibus quis ad peccandum fuit impulſus; aut ſi praeter communem rationem peculiaris quaedam acceſſit, quae a peccando debebat abſterrere; aut vbi circumſtantiae ſingulares factum adgrauant; aut ſi animum quis habuerit idoneum ad reſiſtendum peccatorum inlecebris. Sed & conſiderari ſolet: primus quis, an aliorum ex-

cente & decernente voluntate vel magis vel minus peccatum fuerit, ex declaratione voluntatis imperantis, prout delinquenti vel clarius innotuit, vel ſeuerius iniuncta eſt, ex ſubiecti charactere, capacitate, munere, adiunctis, ex circumſtantiis loci & temporis aeſtimanda. Quantitas vero ciuilis, quae moralitatem criminis praerequirit, ſuperaddit aliud momentum: pendet nempe ab effectu in tranquillitatem reipublicae exinde redundante. Hinc accidit, vt delictum, quod morali aeſtimatione leue dicendum, ciuili quantitate ingens crimen eſſe iudicetur, prout ſtatus & quies reipublicae ab eo laeſa eſſe intelligitur.

emplo ſeductus; ſemel, an ſaepius, & poſt conſumtas fruſtra admonitiones quis peccauerit?

§. XVII. Quod tamen *poenae genus* & *quantum* praeciſe ſingulis peccatis ſit infligendum, penes ſummum imperium ciuile eſt definire: quod heic vnice vtilitatem reipublicae prae oculis habere debet. Vnde fieri poteſt & ſolet, vt eadem poena imponatur duobus delictis inaequalibus. Nam quae aequalitas iudicibus circa reos obſeruanda praecipitur, illa intelligenda eſt de reis, qui idem ſpecie delictum commiſerunt, hactenus, vt, quod in vno vindicatur delictum, alteri citra grauiſſimam cauſſam condonari non debeat. Etſi autem, quantum fieri poteſt, homo in hominem lenior eſſe debeat: interdum tamen poenas exaſperari ſalus ciuitatis & ſecuritas ciuium iubet: puta, ſi contra gliſcentia vitia aſperiore medicina opus ſit, aut vbi delictum aliquod reipublicae ſit pernicioſiſſimum. Id autem omnino obſeruandum circa magnitudinem poenarum,

rum, vt illae tantae ſint, quantae ſufficiant ad reprimendam libidinem mortalium, qua feruntur in peccatum, in quod poenae conſtituuntur: tum etiam, ne exigantur grauiores poenae, quam legibus definitae ſunt; niſi atrociores circumſtantiae factum adgrauent.

§. XVIII. Quia tamen eadem poena non omnes aeque adficit, adeoque apud omnes non parem effectum producit circa reprimendam peccandi libidinem; inde tam in generali poenarum deſignatione, quam earumdem ad ſingulos applicatione, reſpicienda eſt perſona ipſius delinquentis, & in eadem illae qualitates, quae ſenſum poenae augere vel minuere poſſunt; puta aetas, ſexus, ſtatus, opes, vires & ſimilia.

§. XVII. & XVIII. Quantitas poenae infligendae determinanda eſt 1) ratione quantitatis delicti & moralis & ciuilis: malum paſſionis enim malo actionis aequiparandum eſt: 2) ratione paſſionis, pertinaciae vel mollitiei ceterorumque adiunctorum delinquentis: grauior enim interdum poena lenis eſſe poteſt ratione ſubiecti patientis, & vice verſa: id enim, quod graue eſt voluptuoſo, ne moleſtum quidem eſt ambitioſo &c. 3) ratione ſpectaculi

§. XIX. Porro vti ob *alienum delictum* in foro humano poena proprie dicta nemo potest adfici: ita si *ab vniuersitate aliqua delictum sit admissum*; (1) eo non tenebitur, qui in

taculi & exempli, prout illud viuidius & cum maiori horrore & auersatione secundum dispositionem status reipublicae & ciuium imprimendum est. Communiter vero in poenae quantitate error committi videtur, vbi mors grauissima poena esse statuitur, fortiusque reliquos emendare creditur: quum tamen vita misera & per longas molestias tracta multo grauius sit malum passionis, inferis etiam destinatum, & diutius in sensus ceterorum incurrat. Pessima hinc delicta vulgo puniuntur morte, quae memoriam alicuius notat: minora adficiuntur damnationis poena ad labores grauissimos, vel turpissima eiectione e republica, quae homines ad bene agendum ineptos, delicta vero atrociora reddit, eademque magis amouet, quam punit.

§. XIX. (1) Peccat vniuersitas, si conuocatio & forma quaedam vniuersitatis vel communione consilii, vel incitamenti in ipso delicto fuerit obseruata: si enim pars aliqua sine consilii communicatione & praecedente conuocatione in leges delinquat; vniuersitas non potest dici obligari ex delicto; sed membra eiusdem particulari ausu motuque suo peccasse censenda sunt. Vid. BESOLDVM *op. polit. lib. I. c. 12. n. 68.* Idem dicendum, si maior pars deliquerit, ceteris vel contradicentibus vel ignorantibus: poena enim manet auctores suos. Si capita vniuersitatis deliquerint, inuitis reliquis vniuersitatis membris; poena ad illa ipsa pertinebit: si vero primores deliquerint facto secundum pacta conuenta vniuersitatis instituto; tota societas

in id non consenserit. (2) Atque inde isti dissentienti nihil poterit eripi, quod nomine & beneficio universitatis non obtinebat. Etsi ex

tas culpam sustinet. Pro administratorum delictis poenam subire vniuersitas non debet; nisi eorum facta approbauerit vel ratihabuerit. Si vero vniuersitas delictum committat, veramque omnes sustineant culpam; poena rigorose omnibus infligi potest secundum regulas iusti: quod tamen a praeceptis decori & prudentiae temperatur. Conf. GVNDLINGII *diss. de vniuersitate delinquente eiusque poenis. Halae* 1724.

(2) Tenetur tamen saepe innocentissimus quoque, propter difficultatem modi puniendi multitudinem, vbi vel aleae tesserarumque iactui committitur vita multitudinis, vel decimatione militari ad poenam rapiuntur innocentes: qui modi ita caute instituendi, ne iustitiam & prudentiam laedere queant. Hinc BOECLERVS monet *not. ad Tacit. annal. lib. I. c. IX. p.* 171. *Si de innocentia alicuius plane constet; si compertus est repugnasse ceterorum sceleri, & illud, quantum in se erat, prohibuisse; non solet vtique plecti, sed absolui; at vero si distinctio criminis, non dicam subtilis ac difficilis, sed plane impossibilis est; tum videt iudex culpam, quae puniri; videt iustitiam, quae vindicari postulat; videt etiam in applicatione poenae & vindictae ad personas non omnia ad liquidum perduci posse; videt denique ex his, satius esse poenam aliquid ex iniquo trahere, quam iustitiam iniqua indulgentia prorsus negligi, praesertim si vtilitas publica magnis exemplis iuuari potest aut desiderat. Tum valet Cassianum istud: Mixtura iniquitatis in minimis, quae vitari non potuit, rependitur vtilitate publica.* Conf. BODINVM *de rep. L. III. c. VII. n.* 338. ARNISAEVM *de republ. lib. III. sect. 4. n. 2.*

occaſione punitae vniuerſitatis & innocentes incommodum ſentire ſoleant. Exſpirant quoque delicta vniuerſitatum, quando nemo amplius ſupereſt eorum, queis conſentientibus & cooperantibus illud delictum fuit patratum. (3)

§. XX. Id tamen frequenter contingit, vt *alienum delictum occaſionem praebeat*, ex qua in alios incommodum proueniat, (1) aut bonum antea ſperatum intercipiatur. Sicuti bonis parentum ob delictum confiſcatis ad paupertatem redigun-tur etiam innocentes liberi. Et reo aufugiente fideiuſſor exſoluere mulctam cogitur, non ex delicto, ſed quia in talem euentum vltro ſeſe obligauit. CA-

(3) In delictis enim non datur ſucceſſio; ſed culpa & poena ſequitur ſuos auctores, qui bene ſecernendi ſunt a reliqua turba innocente. Mortuis delicti auctoribus, ceſſat ſubiectum reatus; nemini vlterius aliquid imputari poteſt: iniuſtum igitur foret aliquem poena adficere.

§. XX. (1) Non vero poena: alienum enim delictum in nos redundare nequit, niſi aliquo modo in noſtra fuerit poteſtate, & a nobis dependerit. Incommoda ergo illa oriuntur occaſione delicti, non vero cauſſa delicti, naturamque poenae hac ratione non induunt. Meretur hic legi GROTIVS *lib. II. c.* 21. cum ſuis commentatoribus & BECMANN. *medit. polit. c. XV. n. XI. ſqq.*

CAPVT XIV
DE
EXISTIMATIONE, ET DE IVRE SVMMORVM CIRCA EAM IMPERANTIVM.

1. Exiſtimationis definitio.
2. Diuiſio in *ſimplicem & extenſiuam.*
3. *Simplex naturalis*
4. Eſt vel integra
5. Vel diminuta,
6. Vel prorſus conſumta.
7. *Simplex ciuilis*
8. Deficit vel ex ſtatu,
9. Vel ex delicto.
10. Exiſtimatio *ſimplex naturalis* ab imperantibus non poteſt eripi.
11. Exiſtimatio *intenſiua*, ſeu honor.
12. Eius fundamenta
13. *Remota*,
14. Ius imperfectum producentia; & *proxima*: inde ius perfectum.
15. Principum & rerumpublic. praecedentia.
16. In ciuitate princeps honores determinat.

§. I.

Exiſtimatio a) in genere eſt valor perſonarum in vita communi, ſecundum quem aptae ſunt aliis perſonis exaequari aut comparari, eisque vel antehaberi, vel poſtponi. (1)

a) Puf. de I. N. & G. lib. VIII. cap. IV.

§. I. (1) In omni exiſtimatione diſtinguendus valor hominis in ſeipſo ſpectati tamquam fundamentum exiſtimationis & ipſa exiſtimatio ſiue adgnitio

§. II. Diuiditur illa in *ſimplicem & intenſiuam.* Vtraque conſideratur vel inter eos, qui *in naturali libertate*, vel qui *in ſtatu ciuili* inuicem degunt.

§. III. *Exiſtimatio ſimplex inter eos, qui in naturali libertate viuunt,*

in

gnitio illius valoris: qui adgnoſci ſolet vel ab homine ipſo, qui ſe aeſtimat; vel a paucis, & dicitur exiſtimatio ſtricte ſic dicta; vel a pluribus, & dicitur fama. Hanc exiſtimationem ſequi ſolet externus honor, ſiue ſignificatio adgnitionis. Sic multis ineſt certa praeſtantia; ſed vel ipſi eam non adgnoſcunt ob nimiam diffidentiam: quale exemplum vid. in CHARMIDE ex *Socratis memorabilibus* a XENOPHONTE *deſcriptis lib. VI. c. VII.* vel ab aliis quoque temnitur. Quibusdam nullus ineſt valor, quos tamen bona fama gaudere videmus. Exiſtimatio itaque cum pretio rerum ita conuenit, vt itidem ſit idea relatiua, quae in mente hominum producitur ex comparatione alicuius praeſtantiae & perfectionum. Ad quam materiam conferantur PVFENDORF. *diſſ. de exiſtimatione.* THOMASII *diſſ. de exiſtimatione, fama & infamia extra rempublicam* 1709. *Halae hab.*

§. II. III. IV. Exiſtimatio ſecundum principia iuſti in ſtatu naturali id tantum aeſtimat & reſpicit in homine, quod ab eodem ad pacem externam confertur. Simplex ergo exiſtimatio in ſtatu naturali in eo conſiſtit, vt aliquis habeatur pro tali, qui nondum per malitioſum facinus ſciens volensque dolo malo pacem noſtram externam violauit. Perinde eſt, an habeat animum laedendi, nec ne? modo eumdem peruerſitate actionum non manifeſtauerit, ſed quouis modo intra cancellos interni

in hoc potiſſimum conſiſtit, vt quis talem ſe ferat, & pro tali habeatur, quicum agi queat tamquam cum viro bono, & qui cum aliis ad praeſcriptum legis naturalis viuere ſit paratus.

§. IV. Atque iſthaec integra tamdiu habetur, quoad quis nondum per malitioſum aut enorme facinus ſciens volensque dolo malo legem naturae aduerſus alios violauit. Inde & naturaliter quilibet pro bono viro habetur, donec contrarium probetur.

§. V. Eadem exiſtimatio *diminuitur* per facinora enormia contra legem naturalem malitioſe patrata; quae efficiunt, vt maiore circumſpectione opus ſit, ſi quis cum tali agere

ni deſiderii continuerit. In ſtatu ergo naturali exiſtimatio ſimplex eſt, haberi non quidem pro bono, ſed pro non-malo, qui pacem externam nondum turbauit: qui enim ita ſe gerit, ius exinde ſibi adquiſiuit ſe aliis hominibus aequiparandi & iisdem gaudendi iuribus, quae cuiuis homini bonae & ſimplicis exiſtimationis competunt, de quo nihil mali nouimus.

§. V. & VI. Exiſtimatio ſimplex amittitur non quouis vitio, ſed quauis iniuria, quae aliorum pacem externam turbat eosque laedit. Is ergo, qui impie,

agere velit. Ea tamen macula elui potest, praestita vltro damni dati reparatione, & edito seriae poenitentiae documento.

§. VI. *Consumit* eamdem penitus vitae genus & institutum directe spectans ad aliis promiscue nocendum & rem ex manifestis aliorum iniuriis faciendam. Cuius farinae homines, quamdiu resipiscere nolunt, tamquam communes hostes possunt tractari ab omnibus, quos ipsorum malitia vllo modo potest tangere. Reparare tamen hi existimationem possunt, vbi praestita refusione damni, aut obtenta condonatione, honestum vitae genus vitioso eiurato subierint.

§. VII. *Existimatio simplex intra ciuitates degentium* (1) est, qua quis

pie, intemperanter, immodeste viuit citra aliorum laesionem; vituperandus omnino est: at vero existimationem simplicem in statu naturali non amittit: hinc leno apud TERENTIVM *adelph. act. 2. sc. 1*: *Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, periurus, pestis: tamen tibi a me nulla orta iniuria.* Ceterum de gradibus infamiae simplicis conf. THOMASIVM l. c.

§. VII. (1) Existimatio simplex in ciuitate secundum principia iusti in eo consistit, vt aliquis sit non malus

quis iuxta leges & mores ciuitatis pro vitioso eiusdem membro non fuit declaratus, & aliquo numero esse intelligitur.

§. VIII. Isthaec in ciuitate *deficit* vel *ex mero statu*, vel *ex delicto*. Prius contingit *duplici modo*: vel vt status ille in se naturaliter nihil turpe habeat; vel vt cum vitio, aut saltem eius opinione, sit coniunctus. *Illud* contingit in quibusdam ciuitatibus, vbi serui nullo numero sunt. Hoc circa lenones, meretrices

malus ciuis; nec leges moresque ciuiles destinato consilio & enormi facto violauerit. Quum autem leges moresque ciuiles infinite varient; exinde clarum est, existimationem illam ciuilem multis modis variare, ita vt, qui non malus ciuis in hac republica dicendus est, in altera saepe contemtissime habeatur ob diuersitatem status & legum ciuilium.

§. VIII. (1) Infamia simplex in ciuitate pendet a morum legumque ciuitatis violatione: quorum quum ingens sit diuersitas; infamia, vt iamiam monui, diuersimode in rebuspublicis determinatur. Carnificis officium apud veteres Germanos a sacerdotibus, apud Romanos a consulibus, apud Russos ab imperatoribus exercebatur: & nunc quoque pro diuersitate morum hinc & inde infamia vel minore, vel maiore, vel nulla notari solet. De foeneratoribus & vsuris, liberis, spuriis &c. idem obseruare licet: nec non de poenis cum infamia coniunctis, quae pro ciuitatum moribus mirum in modum differunt.

ces, & ſimiles obtinet; qui quamdiu publice tolerantur in ciuitate, communi quidem defenſione fruuntur; honeſtorum tamen hominum conſortio excludendi. Quod idem contingit quibusdam circa foeda aut vilia, licet naturaliter non vitioſa, occupatis. (2)

§. IX. Ex *delicto* autem eadem plane deficit, quando quis iuxta leges ciuiles ob certum delictum *infamia*

(2) Viles in republica homines, in quorum ſtatu nihil vitioſi occurrit, non carent exiſtimatione ſimplici: tantum enim abeſt, vt ſint vitioſa ciuitatis membra, vt potius neceſſarii ſint, ſisque ſuperſedere nequeat respublica. Manent ciues non mali, licet viliſſima tractent; & ius habent poſtulandi ea omnia, quae ciui non malo in republica competunt & promiſſa ſunt. Foedum quoque quid ſit, in ciuitate a determinatione ciuili pendet, non ab opinione vulgi: & in rebuspublicis hic multa reperitur diuerſitas. ROMVLVS artes omnes ſellularias interdixit Romanis, eos bellicoſos redditurus. DIONYSIVS *Halicarn.* L. 2. & 9. De Ceylanenſibus vid. BEHRS *itin. p.* 86. *Wiewol ein Bauer viel höher bey ihnen, als ein Silber- vnd Gold-Arbeiter, geachtet wird. Sonſten findet ſich auch auf oftbelobter Inſul Ceilon ein überaus verächtliches Volck, mit welchem auch zu reden faſt jedweder Scheu träget; ſeynd die, ſo zu naſchen pflegen. Hingegen ſind Scharf-Richter bey ihnen in ſo hohen Aeſtim, daß ſie ſich zu den fürnehmſten, ja ſelbſt zum König nähern und mit ihm reden dürfen.*

famia notatur; idque vt vel morte ſimul plectatur, & ſic memoria eius damnetur; vel vt ciuitate expellatur; vel vt in ciuitate retineatur tamquam infame & putridum membrum.

§. X. Id autem manifeſtum eſt, exiſtimationem ſimplicem, ſeu *naturalem honeſtatem non poſſe alicui eripi ex mero arbitrio* ſummorum imperantium: quum id nullo modo ad vtilitatem ciuitatis facere, adeoque in ipſos nullo modo conlatum intelligi poſſit. Sicuti nec vera infamia videtur contrahi poſſe, dum quis iuſſa ciuitatis (*iniuſta*) per modum nudi miniſtri exſequitur. (1)

§. XI. *Exiſtimatio intenſiua* (1) eſt, ſecundum quam perſonae, alias quoad

§. X. (1) Quum homines non ſint inſtrumenta malitiae mortua ſenſuque deſtituta, ſed ratione polleant ad ponderanda negotia ſibi exſequenda; omnino in miniſtros malitiae nota infamiae redundabit, ſi ea ad oculum pateat, & ſcienter ac volenter ſuſcipiatur. Conf. quae ad cap. 12. §. 9. dicta ſunt.

§. XI. (1) Intenſiua dicitur, quia intendit valorem ſimplicem, quo mediante aliquis ceteris aequalis eſſe iisdemque iuribus frui intelligitur: per hanc autem reliquis hominibus redditur quodammodo inaequalis, dum ius habet ſe iis praeferendi,

ad exiſtimationem ſimplicem aequales, ſibi inuicem praeferuntur, prout vni prae altero inſunt; queis aliorum animi ad exhibendum honorem permoueri ſolent. Eſt autem *honor* proprie *ſignificatio iudicii noſtri de alterius praeſtantia.*

§. XII. Haec exiſtimatio intenſiua conſiderari poteſt vel *inter eos, qui in naturali viuunt libertate,* vel *inter ciues eiusdem reipublicae.* Deinde expendenda ſunt eiusdem *fundamenta*, & quidem prout producunt vel aptitudinem dumtaxat ad honorem ab aliis exſpectandum, vel *ius ſtricte dictum,* quo idem ab aliis tamquam debitus poſtulari queat.

§. XIII. *Fundamenta intenſiuae exiſtimationis in genere* cenſentur omnia illa, quae inſignem perfectionem & praeſtantiam habent, aut eamdem iudicantur arguere, & quidem talem, cuius effectus cum fine legis naturalis aut ciuitatum congruit. Vti ſunt perſpicacia mentis, & capacitas varias ſcientias & artes addiſcendi, acre iudicium in rebus gerendis, animus firmus & per exter-

na

Digitized by Google

na inconcussus, inlecebrisque ac terroribus superior, eloquentia, forma & dexteritas corporis, bona fortunae, (1) & inprimis res egregie gestae.

§. XIV. Haec tamen omnia non producunt *nisi ius imperfectum*, seu aptitudinem ad habendum ab aliis honorem & venerationem. Vnde si quis eumdem aliis etiam bene meritis denegauerit; non iniuriam facit, sed dumtaxat ob inhumanitatem &

§. XIII. (1) Hic bene distinguendum inter veram solidamque existimationem intensiuam, & inter falsam & adparentem. Bona animi & corporis, quorum hic fit mentio, tantum abest, vt per se intendant existimationem, vt potius infamiae fundamenta fieri possint, si in malum finem adplicentur: sunt enim in se indifferentia, & eorum rectus vsus iustaque adplicatio, i. e. virtus demum existimationem adauget. In statu naturali itaque intenditur fama, quando virtutibus, quas iure imperfecto debemus, bonitatem animi declaramus, &, quum hactenus pro non malis habiti fuerimus; nunc pro reuera & ipso actu bonis habemur. Quando itaque aliorum commoda vel indirecte, vel directe promouemus, humanitatis officia generalia praestamus, cum nostro etiam incommodo alteri inseruimus, immo in eius gratiam grauissimas molestias, vitae quoque pericula non detrectamus; videre licet, quomodo variis gradibus existimationi augmenta addi possint.

& velut inciuilitatem male audit. (1) Sed *ius perfectum* ad habendum ab altero honorem, aut eius insignia, prouenit vel ex *imperio*, quod quis in istum obtinet, vel ex *pacto* cum eodem ea super re inito, vel ex *lege* per communem dominum lata aut adprobata.

§. XV. *Inter principes* autem & integros populos pro eminentia & *praecedentia* solet adlegari potissimum antiquitas regni & familiae, amplitudo & opulentia ditionum, & potentia, qualitas potestatis, qua quis imperium in suo regno obtinet, & splendor tituli. Quae tamen omnia per se non pariunt ius perfectum ad praecedentiam aduersus alios reges populosue, nisi pacto aut conces-sio-

§. XIV. (1) Idcirco nemo cogi potest, nemo bello peti, vt officia humanitatis praestet, honoremque virtuti debitum significet: nam 1) honor alterius ex amore virtutis & perfectionis profluit, ad quem nemo cogi potest: 2) virtus ipsa id non poscere videtur: honoris enim non est cupida, sed modesta: 3) virtutibus iis, quae nonnullis insunt, aequalitas naturalis hominum iure perfecto non tollitur: 4) multi quoque dantur, qui in ipsis illis virtutibus aequalitatem vrgere possunt. Vid. TIT. *ad h. l.* THOMAS *diss. cit.* §. 62.

Digitized by Google

cessione (1) horum istud quaesitum fuerit.

§. XVI. *Inter ciues autem gradus dignitatis designari summi imperantis* est, (1) qui tamen heic recte cuius-

§. XV. (1) Siue concessio ea fuerit tacita, siue expressa. Vid. ZENTGRAV, *de orig. iur. gent. art.* 3. §. 10. *p.* 159. *sqq.* CAESARINVS FVRSTENERIVS siue LEIBNITZIVS ὁ πάνυ *de iure suprematus*, principum dignitatem, suprematum & iura ex sola amplitudine territorii & potentiae, quando exercitus educi & non nisi bello coërceri possunt, aestimat; sed id magis ex communi vsu & praxi rerumpublicarum, quam ex iuris doctrina deduxisse videtur. Id quoque hic notandum, non esse in regum & potentissimorum principum potestate, vt tamen vulgo credi solet, aliquo pacto pro lubitu concedere principi cuidam honores atque praerogatiuas, & alteri pari iure vtenti negare: licet enim princeps aliquis non ius habeat perfectum honores petendi: nullo tamen quoque iure tenetur inaequalitatem publicam pati: id quod pluribus FVRSTENERIVS *l. c. c.* 34. *p.* 155. euincit. Momenta, quae ad praerogatiuam principum adduci solent, expendit vberius STIEVEN *Europäisches Hof-Ceremoniel Lipſ.* 1715. 8. *ed. P. V.* Conf. IAYSII *diss. sub praesidio celeb.* COCCEII *hab. &* 1700. recusam de praecedentia. Exempla fuse exhibet ZWANTZIG *theat. praeced.* 1709. *Lipſ. 2da vic. ed. in fol.*

§. XVI. (1) Existimatio intensiua in ciuitate plerumque a voluntate & passionibus imperantium dependet, & saepe exinde promanat, quando ea peregimus, quae imperantibus grata fuerunt & accepta. Multum quoque hic confert consuetu-

que praeſtantiam & ad conferenda in rempublicam merita aptitudinem reſpicit. Quem autem iſte ciui dignitatis gradum adſignauerit, eum recte hic contra conciues ſuos tuetur: nec minus eodem ipſe adquieſcere debet. (2)

do in ciuitate recepta: quae quum itidem falſis communiter principiis innitatur, & rationi parum conueniat; conligere licet, exiſtimationis intenſiuae fundamentum in republica non omnino quidem, ſed maximam partem eſſe opinionem hominum. Verum tamen eius fundamentum in eo poſitum eſt, quando quis de republica bene meretur: dignus ergo, qui ceteris praeferatur.

(2) Rariſſime tamen adquieſcunt, partim quia nemo dignitati ſuae & exiſtimationi de ſeipſo aliquid derogari patitur; partim quia nemo iure ſuo, quod alias obtinuit, cedere vult; partim quia plurium ſaepe intereſt, quibus praeiudicare nolumus; partim quia variis adfectibus & priuatis vel amicitiis, vel inimicitiis in illa determinatione praecedentiae locus relinquitur, & imperantium genius vel inclinatio ſingularis, vel ſuperſtitio hic vtramque facit paginam, ita vt modo quaeſtoribus, modo militibus, modo ſacerdotibus, modo eruditis praerogatiua ſoleat concedi. Illud itaque negotium pertinet ad vitia ciuium, quibus ciuitas impar. Vid. RECHENBERG *P. I. diſſ. VI. p.* 145. *& P. II. diſſ. III. p.* 59. Principes ergo huic malo medelam adlaturi vſi ſunt partim *alternationis* medio, partim ſortis remedio, partim honorum diuiſione, partim iniunctione abſentiae: ſed malum grauius eſſe ſolet omni remedio.

CAPVT

CAPVT XV
DE
POTESTATE SVMMI IMPERII IN BONA CIVITATE CONTENTA.

1. Ius ſummi imperii *in bona* ciuitatis *priuata* triplex.
2. *Primum* conſiſtit in legibus circa bona ciuium ferendis.
3. *Secundum* in exigendis tributis & vectigalibus.
4. *Tertium* in exercitio dominii eminentis.
5. Ius ſummi imperii in *bona publica*.
6. Summus imperans an poſſit regnum alienare?

§. I.

QUemadmodum, vbi bona ab ſummis imperantibus in ciues profecta ſunt, a) in iſtorum arbitrio eſt, quid hi in ea iuris obtineant: ita in ea bona, quae ciues propria ſibi induſtria, aut alio modo plene quaeſiuerunt, *triplex* potiſſimum *ius* ex indole ciuitatum reſultans & ad harum finem neceſſarium ſummis imperantibus competit. (1)

§. I. (1) Principi ius competit in bona: 1) quia perſonae & vita ciuium eius voluntati ſunt ſubiectae: multo

§. II. *Primum ius* (1) in eo consistit, vt ciuibus isti possint *leges praescribere* circa vsum eorumdem ad vtilitatem ciuitatis adtemperandum; aut circa modum, qualitatemque possessionum, vti & rationem transferendorum in alios bonorum, & quae sunt eius generis alia.

§. III. *Alterum ius* in hoc consistit, vt possint particulam aliquam de ipsorum bonis *tributi* aut *vectigalis* nomine decerpere. Quum enim ciuium vita & fortunae per ciuitatem sint defendendae; oportet, vt hi conferant, vnde sumtus ad eum finem necessitatibus reipublicae alias succurri, & salus ciuium obtineri non posset: 3) quia ciues commoda & bona illa sibi maxime compararunt per ipsam ciuitatem, & quatenus in ciuitate viuunt: quare aequum est, vt rursus bona illa subsint voluntati imperantis ad vtilitatem reipublicae. Non enim ius prorsus absolutum & inlimitatũ est; sed ordinarie princeps tantum habet iuris in bona ciuium, quantum ex iis sufficit ad securitatem publicam cum internam, tum externam tuendam. Neque enim imperium ciuile statim inuoluit ius proprietatis in ciuium bona: neque pacto reipublicae ciues dominio priuato renuntiarunt. Opus est expressa conuentione, qualis in despoticis imperiis subesse debet, vt intelliganius, ciues bona sua omnia in imperantem transtulisse.

multo magis bona personarum: 2)

§. II. (1) Ius illud specialius per sex membra deduxit TITIVS *ad h. l.*

Digitized by Google

neceſſarii tolerentur : ſic, vt valde impudens ſit, qui defenſione quidem & commoditate ciuitatis frui vult; & tamen nihil operae aut rei ad eamdem ſeruandam conferre. Etſi heic merito prudentes ſeſe rectores ad querulum vulgi ingenium (1) adtemperent, &, vt quam minimo cum ſenſu iſta conrogari queant, laborent; inprimis aequalitatem obſeruando, & modica potius ac varia,

§. III. (1) Menſura tributorum ſunt neceſſitates reipublicae; non auaritia, non luxuria imperantium. Circa tributa itaque videndum, 1) an cauſſa non tantum tributi exigendi iuſta ſit? quae ſolet eſſe neceſſitas quaedam reipublicae, ſed etiam, an iuſta ſit proportio inter neceſſitatis & tributi quantitatem, & longe maior ſumma extorqueatur, quam ad rempublicam ſubleuandam requiritur? 2) an non tantum determinatio tributi & eius quantitas iuſta ſit? verum etiam, an exactio ſit iuſta ſiue modus conligendi, qui ſaepe iniquiſſimus eſt? 3) an tributum non tantum iuſte imponatur & exigatur? ſed an quoque vtiliter & prudenter id fieri poſſit? Interim ſi ciuis anſam dubitandi habeat de iuſtitia & neceſsitate tributi; non tamen ius accipit reſiſtendi & denegandi tributum. Neceſsitas publica non ſemper ad oculum patet, neque ciui manifeſtanda eſt: ſuccurritur eidem aptius, ſi nonnumquam diſſimuletur & alio coloretur praetextu. Vid. IAEGERI *obſ. ad Grot. p.* 527. FORSTNER *not. ad Tacit. L. IV. annal. p.* 639. vbi egregie de hac materia diſſerit: BARCLAII *Argenidem L. IV. c.* 10.

quam grandia ac vniformia exigendo.

§. IV. *Tertium ius* est *dominium eminens:* 1) quod in eo consistit, vt vrgente reipubl. necessitate bona subditi cuiuspiam, quibus praesens tempus maxime opus habet, ad vsus publicos adripi & adplicari queant; licet ista longe superent ratam partem, quam is ad sumtus reipublicae conferre tenebatur. Obquam tamen rationem isti ciui, quod excedit, de publico, aut ex conlatione ceterorum ciuium, quantum eius fieri potest, refundi debet. (2)

§. V.

§. IV. (1) Nata est superiori seculo de dominio eminente controuersia inter HORNIVM & LYSERVM Wittebergenses, quorum ille defendit, hic impugnauit dominium eminens: sed magis de nomine, quam de re disceptarunt. Eorum scripta vna cum aliis recensuit BVDDEVS *sel. I. N. & G. in historia I. N.* §. 53. *p.* 79. *sq.* Conferri meretur hic de dominio eminente diss. BOECLERI, quae est *in T. I. diss. eius n.* 28. *p.* 825.

(2) Puto hoc esse aequitatis officium, non iustitiae. Quando respublica in summis angustiis versatur; iure perfecto tenetur ciuis non tantum vita sua, sed & bonis subire pericula ad eam tuendam: quid? quod dominii eminentis vox id innuit: quo princeps bonis ciuium eo casu vti potest, ac suis, quae abiicere, perdere, alienare licet pro lubitu. Vid. supra *not. ad L. I. c. V.* §. 29.

§. V. Praeter haec tria iura in multis ciuitatibus dantur peculiaria *bona publica*, quae *patrimonium reipublicae aut regni* ſolent adpellari. Quod alicubi iterum diſtinguitur in *patrimonium principatus*, & *reipublicae*, (1) ſeu in fiſcum & aerarium. Quorum prius deſtinatum eſt ad ſuſtentationem regis eiusque familiae: poſterius ad publicas vtilitates regni. Circa prius rex habet vſumfructum, & de fructibus inde prouenientibus pro ſuo arbitrio disponere poteſt. Circa poſterius autem adminiſtratoris munus obit, idemque vſibus, quibus deſtinatum eſt, adplicare debet. Neutrum, niſi conſenſu populi, alienare poteſt.

§. V. (1) Haec duo differunt a bonis patrimonialibus principis, in quae ſine vllo reſpectu ad rempublicam ius habet ad exemplum priuati. Patrimonium vero principatus debetur principi ſecundum ius naturae: quum enim ciues eum elegerint imperantem; ciuium quoque erit, illi ſubminiſtrare ea, quae ad eius characterem, familiam & dignitatem honeſte & digne ſuſtinendam pertinent. Vid. ARNISAEVM *de iur. mai. L.* 3. *c.* 1. §. 2. Conf. de cetero BOECLER *comment. Plin. c. L.* §. 7. *fol.* 794. CONRING *de aerario conſtituendo.* SECKENDORF *Fürſten-Staat P. III. c.* 1. 2. 3.

§. VI. Multo minus autem, qui regnum non habet in patrimonio, totum regnum aut eius partem *alienare* potest, nisi accedat consensus populi, & posteriore casu, etiam peculiariter consensus partis alienandae. (1) Sicuti nec vice versa membrum aliquod a ciuitate inuita sese abrumpere potest, (2) nisi per vim

§. VI. (1) Hic consensus in omni imperio requiritur: patrimoniale enim natura non datur, sed demum patrimoniale fit, quando populus principi ea conditione imperium tradit, vt ipsi liceat illud, in quemcumque placuerit, transferre: quod vt expresse indicetur, necessum est: extra hunc casum patrimoniale imperium est non-ens. Non enim imperio tacite iam inest, quod subditi ciues imperanti tradant proprietatem bonorum, imperium cum potestate alienandi, corpora in seruitutem: quae tria in omni imperio potestati imperantis tacite excipiuntur. Consensus itaque ciuium expressus ad potestatem alienandi constituendam summe necessarius. HOBBESIVS quidem omne imperium patrimoniale statuit *de ciue c. IX.* §. 10. sed hoc exinde fieri intelligitur, quod potestatem imperantis deducat ex eo, quantum populus ipsi tribuere potuerit: sed deducendum fuisset ex eo, quantum voluerit. Vid. inprimis HVBERVM *de iur. ciuit. L. I. S. II. c. V. n.* 30. *sqq. & S. X. c. V. n.* 40. 41. *cum adnot.* THOMASII, & pereruditam diss. ERN. WILHELM BIELFELDT *de imperii alienat. Lugd. Bat.* 1710. *ed.*

(2) Praesertim 1) si ciuitatis interfit, vt maneat, & vel lucrum, vel certa securitatis ratio eidem subduca-

vim externorum hostium in eam sit redactum conditionem, vt aliter nullo modo saluum esse queat.

ducatur: si forte multa debeat in ciuitate: si penuria ciuium prematur respublica: si commerciis, opificiis derogetur: si onera reip. sustinenda sint. 2) Si periculum aliquod instet reipublicae, in quo eius diminutio periculosa: vt tempore belli, seditionis, pestis. 3) Si vnius ciuis exemplo ceteri quoque incitari possent ad abitum cum detrimento reip. meditandum. Vid. GROTIVM *lib. II. c. V. §.* 24. GRONOV. *ad h. l.* & diss. sub praesidio HILDEBRANDI *Altdorfi* 1716. *hab. de intempestiuo ciuium discessu cohibendo.*

CAPVT XVI
DE
BELLO ET PACE.

1. Belli status est homini extraordinarius.
2. Quae sint iustae belli caussae, & bellum quotuplex?
3. Amicis modis tentandũ, vt bellum euitetur.
4. Iniustae belli caussae.
5. Modus in bello agendi.
6. Quid in hostem liceat?
7. Alia belli diuisio in sollemne & minus sollemne.
8. Ius belli cui competat?
9. Quatenus iniuria ciuis praebeat caussam belli contra ciuitatem?
10. De aequitate represaliarum.
11. Pro quibus bellum recte suscipiatur?
12. De licentia bellica.
13. De adquisitione bellica rerum.
14. De adquisitione bellica imperii.
15. Quid sint induciae?
16. Quotuplices sint?
17. Finis belli est pax.

§. I.

Digitized by Google

§. I.

QUamquam id legi naturali maxime ſit conueniens, vt homines pacem inuicem agitent, vltro ea praeſtando, quae debebant; immo pax ipſa ſit ſtatus homini, quatenus a brutis diſtinguitur, peculiaris: aliquando tamen ipſi quoque homini bellum a) ſit licitum, (1) & quandoque neceſſarium: quando nempe per alterius malitiam noſtra ſeruare, aut iure noſtro potiri

a) Puf. de I. N. & G. lib. VIII. cap. VI. ſq.

§. I. (1) Quae ſupra de iure ſe defendendi contra iniuſtum inuaſorem & de inculpata tutela dicta ſunt, ea quoque fundamenta iuris belli eſſe debent. Nulla enim differentia iuris inducitur, ſiue bellum publicum ſit inter respublicas liberas; ſiue priuatum in ſtatu naturali inter duos homines liberos: non iura, non defenſionis libertas, ſed vocabula differunt. Quemadmodum ergo ius naturae non praecipit, ſed permittit, vt nos cum caede alterius defendamus, ſi nulla alia adminicula ſubſint: ita quoque in bello res ſeſe habet: quod a iure naturae non praecipitur, ſed permittitur; adeoque ius belli non notat legem aut praeceptum; ſed facultatem moralem belli gerendi: & ſic bellum licitum eſſe conſtat: alias iniuſtus inuaſor impune quemuis adgredi remque ſuam feliciter gerere poſſet; quum nemo haberet ius ei reſiſtendi eiusque violentiam violenter abigendi. Bellum itaque non eſt medium pacis ſeruandae; ſed eſt remedium iniuriae repellendae; & conſiſtit in defenſione ſui violenta con-

tra

potiri citra vim adhibitam nequimus. In quo ipſo tamen prudentia & humanitas ſuader, vt ne ad arma eamus, vbi ex iniuriarum noſtrarum perſecutione plus mali in nos noſtrosque, quam boni ſit redundaturum.

§. II. *Iuſtae cauſſae*, ob quas bellum ſuscipi poſſit, huc redeunt, (1) vt nos & noſtra ſeruemus actueamur contra

tra iniuriam intentatam. Plurima, quae hic disputantur, an bellum ſit licitum? ex principiis honeſti & foro conſcientiae deſumuntur, & magis euincunt, obligationem ad bellum a virtutis norma nullam eſſe, neque id praecipi iure naturae; quam vt demonſtrent, bellum in foro iuſtitiae non eſſe licitum.

§. II. (1) PAVLVS LAYMANNVS *theol. moral. lib. II. tr. 3. c. 12. n. 5.* decem enumerat iuſtas belli cauſſas: 1) contra ſubditos rebelles: 2) vt recuperetur prouincia iure debita: 3) ad vindicandam grauem contumeliam: 4) contra eos, qui hoſti iniuſto auxilium praebent: 5) qui poenam hominum rempublicam laedentium impediunt: 6) qui foedus violarunt: 7) qui ius gentium laedunt: 8) ad auxilium ferendum ſociis: 9) ad religionem conſeruandam: 10) ad DEI iuſſa immediate exſequenda. Sed omnes hae cauſſae praeter vltimam, quae rationi incognita eſt, tribus illis capitibus in auctore adlatis vel vnico momento defenſionis ſui contra iniurias poſſunt includi. Conf. ROEHRENSEE *diſſ. de cauſſa belli iuſtifica. Witteb.* 1700. VERNVLAEI *inſtit. pol.*

tra iniuſtam aliorum inuaſionem; aut vt, quae nobis debita ab aliis exhiberi renuuntur, adſeramus, aut iniuriae iam inlatae reparationem & cautionem inpoſterum obtineamus. Ob priorem cauſſam quod geritur *bellum, defenſiuum;* quod ob poſteriores, *offenſiuum* dicitur. (2)

§. III. Neque tamen confeſtim, vbi quis ſeſe laeſum arbitratur, ad arma eſt decurrendum, inprimis vbi adhuc dubii aliquid circa ius aut factum, occurrit; ſed tentandum, num *amica via* res poſſit componi: (1) puta, colloquio inter partes inſtituto,

pol. L. IV. tit. 4. c. 2. ſqq. NAVDAEVS *de ſtudio militari lib. II. p. 560. ſqq.*

(2) Dicitur ita per vſum vocabulorum tyrannum: reipſa bellum offenſiuum ſecundum iuris praecepta non datur: offendere enim neminem licet: nec iniuſtus inuaſor, cuius vim repello, offendi proprie dicendus eſt. De bello punitiuo, quod GROTIVS finxit & recentiores nonnulli recoquunt, conſtabit ex not. praeced. *cap. XIII. §. IV.*

§. III. (1) Is, qui manifeſto laeſus eſt, eo ipſo ius habet vindicandi iniuriam inlatam vi bellica: penes ipſum ergo eſt aut illud ius ſtatim proſequi, aut eidem ad tempus renuntiare. Stricto iure non obligatur ad tentandas vias amicas: honeſtiſſimum

ſtituto, prouocatione ad arbitros facta, aut re ſorti commiſſa. Praecipue autem haec via tentanda illi, qui petit; quidpe quum poſſeſſionem cum aliquo titulo fauor vtique comitetur.

§. IV. *Iniuſtae* porro bellorum *cauſſae* vel *apertae* tales ſunt, vel *colorem*

mum tamen eſſe nemo negabit, leniora adminicula prius adhibere, quam ad arma procedatur:

Nam pendere ſolet belli fortuna, diuque
Inter vtrumque volat dubiis victoria pennis.

Quoniam autem ad officia humanitatis iure perfecto gentes non obligantur; pactis ſpecialibus opus eſt, quibus ſe inuicem perfecte obligent ad amicas vias prius tentandas, quam bello iniurias vindicent. Inluſtrat hoc *pacis Oliuenſis art. XXXV. §. 2. 3. Si contingat vnam partem ab altera, vel plures a pluribus, graui aliqua iniuria, citra tamen vim armorum, vexari; non licebit ideo laeſo ad arma ſubito recurrere; ſed ante amicabilis componendarum huiusmodi controuerſiarum ratio ineunda erit, videlicet, vt laeſus, accepta iniuria, ſi immediate cum laedente conuenire nequeat; alios paciſcentes moneat, & commiſſio generalis omnium paciſcentium nomine inſtituatur ad laeſi confinia, intra ſpatium quatuor menſium, in quo inter deputatos vtrimque commiſſarios negotium discutiatur &, ſi poſſibile erit, intra quatuor ad ſummum alios menſes terminetur. Si vero laedentem refractarium ad aequa, quae proponentur, media deprehenderint; tunc laeſis licebit, facta tamen prius legitima belli denuntiatione, ius ſuum armis proſequi, & bellum, vt ſupra ſtatutum eſt, laedenti inferre.*

lorem aliquem, licet dilutum, admittunt. Illae ad duo potiſſimum capita referuntur, auaritiam & ambitionem, ſeu, habendi & dominandi libidinem. Hae variae ſunt, puta, metus ex opibus & potentia vicini, (1) vtilitas iure deſtituta, (2) amor ſedes

§. IV. (1) Metus ille non eſt iuſta belli cauſſa, ſi abſolute ſpectetur: nam in eiusmodi metu, ſi vel maxime probabile ſit, nobis periculum imminere; cautio de non offendendo prius exigi poterit: quae praeſtatur obſidum datione, oppidorum caſtellorumque in cautionem traditione &c. quibus ita ſolet caueri genti, vt extra periculi aleam ponatur: vel parari poſſunt adminicula ſe defendendi ſine actuali belli inlatione, per federa, per limitum munimenta, caſtella firmata, copiarum adparatum. Vid. hac de materia peculiarem diſſert. STAALKOPFII *Gryphisw.* 1711. *hab.* quam oppoſuit celeb. GVNDLINGIO, qui eamdem defendit diſſ. *de ſtatu naturali Hobbeſii &c. & T. III. otiorum c.* 5. ita tamen, vt ſupponat, metum illum moraliter certum eſſe.

(2) Quorſum pertinet ea ratio, qua adſeritur, aliter pacem internam reipubl. haud conſtare: vti ad FRANCISCVM I. dixit olim CAROLVS V: *Nos populis cholericis imperitamus: ſi nos non bella aliis inferamus; ipſi noſtri ſubditi inferent nobis.* BESOLDVS *diſſ. de bello belliſque iure p.* 9. *ex* PIERRE MATHIEV *L. I. fol.* 66. Vel ELISABETHAE Angliae reginae conſilium: *Son conſeil lui auoit inſpiré cette maxime, que pour viure chés elle en repos, il falloit troubler celui de ſes voiſins & entretenir leurs diuiſions. Memoires de* MELVIL *T. I. p.* 134.

ſedes meliores parandi, denegatio eorum, quae ex ſimplici aliqua virtute debebantur, ſtoliditas poſſeſſoris, cupido exſtinguendi ius alterius legitime quaeſitum, quod nobis paulo moleſtius videtur, & ſimilia.

§. V. Etſi autem *modus agendi in* bello maxime proprius ſit vis & terror: non minus tamen aduerſus hoſtem fraude ac dolo vti licet; (1) modo fides data non laedatur. Inde hoſtem licet decipere ſermone aſſertiuo, ſeu per fictas narrationes; nequaquam autem per promiſſa aut pacta.

§. VI. Circa vim, quae in bello adhibetur aduerſus hoſtem eiusque res, diſtinguendum eſt inter id, *quod hoſtis ſine iniuria pati poteſt, & quod*

§. V. (1) Stratagematibus doloſis & aſtu omnino vti licet: quia hoſtis in ſe mihi indulget facultatem in infinitum: 2) dolus malus tum ſolum fit; quum fides hoſti data fallitur: 3) cum compendio, cumque ſalute totius exercitus pax externa commode reſtitui poteſt. Vid. GASSENDVM *de philoſ. Epicuri T. II. fol.* 126. *col.* 2. XENONOPHONTIS *Cyropaedia L. I.* DE LA MOTHE LE VAYER, *T. II. lett.* 37. *p.* 538. LIPSII *polit. lib. V. c.* 17. MACHIAVELL. *lib. III. diſp.* 40.

quod ipſi ſalua humanitate nos inferre poſſumus. (1) Qui enim hoſtem ſeſe mihi declarauit; quum in hoc ipſo ſit profeſſio extrema mala mihi intentandi; eo ipſo quoque, quantum in ſe, mihi indulget facultatem aduerſus ſe in infinitum. Humanitas tamen iubet, vt, quantum armorum impetus patitur, non plus mali hoſti inferamus, quam defenſio aut iuris noſtri vindicatio, & inpoſterum ſecuritas requirit.

§. VII. Solet bellum diuidi in *ſollemne & minus ſollemne.* (1) Ad illud requiritur, tum vt geratur auctore vtrimque eo, qui ſummum habet imperium; tum vt praeceſſerit indictio. Minus ſollemne eſt, quod

§. VI. (1) Ita non diſtinguit ius naturae: hoc monitum principia honeſti admiſcet principiis iuſti, ideoque abundat in hoc capite: quilibet enim intelligit, multas dari virtutes circa hoſtem, multa vitia: quae tamen hic loci tractanda non ſunt; ſed ad decorum ſpectant.

§. VII. (1) Haec diuiſio magis ex conſuetudinibus gentium, quam iure naturae deducenda, quod indictionem ad bellum non requirit, & in bello in hoſte tantum eam qualitatem reſpicit, quod ſit hoſtis; ſiue ſit priuatus, ſiue ſummus imperans: cui nulla fit iniuria, ſi eius vis ſine praeuia denuntiatione vi repellatur. Vid. THOMAS. *ad Huber. de I. C. L. III. S. IV. c. IV. n. 27.*

quod denunciatum non eſt, aut quod in priuatos geritur. Quo etiam pertinent bella ciuilia.

§. VIII. *Ius bellum mouendi* in ciuitate vti eſt penes eum, qui ſummum habet imperium: ita iſtud vſurpare citra delegatam ab illo facultatem, ſupra menſuram magiſtratus eſt, etiam vbi hic coniicit, ſummae poteſtati, ſi conſuleretur, placiturum heic & nunc bellum geri. Etſi omnibus, qui alicui prouinciae aut loco munito cum copiis militaribus praeficiuntur, ex fine muneris ſui id quoque iniunctum intelligatur, ingruentem hoſtem quouis modo a locis ſibi commiſſis repellere: vt tamen non temere bellum in ditionem hoſtilem transferant.

§. IX. Ceterum vti, qui in naturali libertate viuit, ob iniurias tantum ab ſe patratas bello poteſt peti: ita in ciuitate ſaepe bello *inuaditur rector ciuitatis* aut *tota ciuitas*;

§. VIII. Conf. quae dicta ſunt ad cap. antec. VII. §. V. Reſtringitur & circumſcribitur illud ius vel per pacta *fundamentalia*, vel per federa.

(1) etsi iste auctor iniuriae non fuerit. Sed vt recte hoc fiat, necessum est, vt iniuria ista aliquo modo in illum transierit. (2) Ac rectores quidem ciuitatum ex iniuriis per antiquos ciues, aut qui recens ad eos confugiunt, patratis participant, si *passi* fuerint, eas patrari, aut si *receptum* praestent. Vt *patientia* sit *culpabilis*, requiritur, vt quis & *sciat* delinqui, & *possit* prohibere. *Sciri* autem a rectore ciuitatis praesumuntur, quae a ciuibus aperte & frequenter fiunt. *Facultas prohibendi* semper praesumitur, nisi eius defectus manifeste probetur. Vt tamen, qui noxium ad se confugientem *poenae dumtaxat declinandae caussa recipit* & protegit, bello peti possit, id magis ex peculiari pacto inter vicinos & socios, quam communi aliqua obligatione prouenit: nisi iste profugus apud nos hostilia in

§. IX. (1) Ciuitatem enim ex rectoris actionibus teneri manifestum est: quia omnes voluntates ciuium in eum delatae sunt; adeoque summa potestas ipsa ciuitas.

(2) Id est: vt rector ciuitatis aut tota ciuitas iniuriae fuerit caussa moralis, ita, vt eidem recte iniuria ista imputari possit: cuius caussae adfectiones ex lib. I. constant.

Digitized by Google

in eam ciuitatem, quam deſeruit, machinetur.

§. X. Sed & illud inter gentes receptum, vt pro debito ciuitatis proprio, aut quod, iuſtitiam requiſitam non adminiſtrando, in ſe deriuauit, ſingulorum ciuium bona teneantur, hactenus, vt extranei, quibus debetur, iſtis apud ſe deprehenſis manus iniicere queant, ita tamen, vt ciuibus, quibus hoc modo ſua eripiuntur, refuſio ſit procuranda ab illis, qui debitum contraxerunt. Quales exſecutiones ſolent vocari *repreſſaliae*, (1) quae frequenter ſunt bellorum praeludia.

§. X. (1) Repreſſaliae ſunt exſecutiones violentae priuatorum, auctoritate imperantium ſuſceptae contra ciues quoscumque alterius reipublicae, quae illis in cauſſa liquida iuſtitiam denegauit: ſiue vt PESCHWITZ *de repreſſaliis cap. I. p.* 12. eas deſcribit: *Sunt detentio rei vel hominis innocentis illius prouinciae, in qua iuſtitia adprehendenti denegata eſt, pro iuris & debiti ſui liquidi & probati, ad quod aliter peruenire nequit, conſeruatione, a magiſtratu ſuo permiſſa & vſu populorum adprobata.* Ius ergo repreſſaliarum ſpectat ad ſolam maieſtatem, & nititur fundamento iuris belli, ex cuius regulis omnis earum violentia diiudicari debet. Vid. ZIEGL. *de iuribus maieſt. L. I. c.* 34. SIMON *ad Grot. L. III. c. II. §.* 4. ZENTGRAV. *de orig. I. G. p.* 275. *ſqq.* PESCHWITZ *l. c.* EINSIEDEL *de regalibus c.* 2. *n.* 48.

§. XI. Bellum gerere potest non solum *quilibet pro se*, sed & vnus *pro altero*. Quod tamen vt recte fiat, requiritur in eo, pro quo bellum geritur, iusta causa; in auxiliatore autem probabilis ratio, cuius intuitu pro isto in alium hostilia exercere queat. Inter eos autem, pro quibus non solum possumus, sed & debemus arma sumere, primo loco sunt *subditi* nostri, non vniuersi solum, sed & singuli: modo ex hocce ciuitas non euidenter maioribus malis sit inuoluenda. Sequuntur *socii*, in quorum fedele id comprehensum est. Qui tamen non modo ciuibus nostris cedunt, vbi ipsi eodem tempore auxilio opus habent; sed & apud eosdem iusta belli causa & aliqua prudentia in bello suscipiendo praesupponitur. Hos excipiunt *amici;* etsi peculiariter id ipsis non sit promissum. (1) Denique vbi nulla

§. XI. (1) Amico, cui nihil promissum est peculiariter, nemo aliter obligatur, quam iure imperfecto: licitum itaque quidem est & honestissimum amico succurrere: iure tamen stricte sic dicto & perfecto non tenemur: nec iniuriam facimus amico, cui auxilium non praestamus. Amicitiae forum in decoro quaerendum. Ad peruidenda

nulla alia ratio eſt; vel ſola communis cognatio ſufficere poteſt, vt *iniuſte oppreſſum*, noſtra auxilia implorantem, quantum commode facere poſſumus, defenſum eamus.

§. XII. *Licentia in bello* eousque ſe extendit, vt, quamuis quis caedes patrando, aut res vaſtando atque eripiendo, vltra, quam humanitas admiſerit, ſit graſſatus; gentium tamen opinione pro infami, & quem honeſti viri auerſari debeant, non habeatur: (1) niſi quod cultiores gentes modos quosdam nocendi

denda haec iuris naturae placita obſeruandum eſt, in quibus hominibus noſtro iuri perfecto aliquid detrahatur, ſiue inferatur iniuria: in quocumque enim non laedimur; pro eo quoque non habemus ius violentae defenſionis ſiue belli. Non autem iniuriam patimur, ſi laedatur quiuis innocens, quiuis amicus, quiuis vicinus, ſine vllo alio vinculo perfecto nobis coniunctus: qui eos laedit, noſtro iuri nondum quid derogat, nec in ſecuritatem noſtram impingit: non enim exinde ſequitur, certo nobis quoque iniuriam imminere.

§. XII. (1) Hoſti enim non infert iniuriam, neque praecepta iuris vlla ratione laedit; ſed ius ſuum rigoroſe proſequitur: inprimis vaſtatione earum rerum, quibus hoſtes ad reſiſtendum pertinaciores redderentur: infamis ergo non eſt ratione exiſtimationis ſimplicis in ſtatu naturali; licet infamis fieri poſſit per exiſtimationis intenſiuae laeſionem propter enormem crudelitatem &c.

hoſtibus viles habent; puta, veneno vti, (2) aut alterius ciues militesque in dominorum caedem corrumpere.

§. XIII. *Res* mobiles in bello tunc demum

(2) Iure naturae omnino licitum eſt: 1) aequale medium eſt venenum omnibus aliis adminiculis occidendi hoſtem ratione effectus. 2) Ius naturae non determinat arma, quibus vtendum ſit. 3) Non venenum, ſed peruerſa adplicatio malum eſt morale. 4) Hoſtis e medio licite tollitur: perinde eſt, qua ratione id fiat: iure nullo teneor, vt ipſi concedam licentiam reſiſtendi. Contrarium defendit ALBERICVS GENTILIS *lib. II. de iure belli c. 7.* HENRICVS COCCEIVS *diſſ. de armis illicitis Francof.* 1711. *hab.* quorum argumenta tamen refutat SCHWARTZIVS *controuerſ. iuris nat. & gent. ſpecim. II.* 1711. *Altdorfi exhib.* Verba GROTII id quoque dilucide exponunt *lib. III. c. IV. §. XV. Generoſius quidem eſt ita occidere, vt, qui occiditur, ſui defendendi habeat copiam: ſed non debetur hoc cuiquam, qui mori meruit. At ius gentium, ſi non omnium, certe meliorum, iam olim eſt, ne hoſtem veneno interficere liceat: qui conſenſus ortus eſt reſpectu communis vtilitatis: ne pericula in bellis, quae crebra eſſe coeperant, nimium intenderentur. Et credibile eſt a regibus id profectum, quorum vita ab armis ante alios defenditur: a veneno minus, quam aliorum, tuta eſt; niſi defendatur iuris aliqua religione & metu infamiae.* Ad praecepta decori ſpectat COLBERTI iudicium: *Le priſon & l' aſſaſſinat ſont deux choſes ſi baſſes & eloignées des ſentimens, que doit auoir vn prince, qu' il n' y doit iamais recourir a moins, que de vouloir ſe deshonorer. Teſtament polit. de* COLBERT *c. III. fol.* 177.

Digitized by Google

demum *captae* intelliguntur, quando perſecutionem hoſtilem effugerunt: immobiles autem, quando ita a nobis detinentur, vt hoſtem inde arcendi ſit facultas. Etſi, vt prioris domini ius ad eas res recuperandas plane exſtinguatur, neceſſum ſit, vt per ſubſequens pactum omni praetenſioni renunciauerit. Alias enim vi partum vi licebit iterum eripere. Ceterum vti milites auctoritate ciuitatis belligerant: ita, quae ipſi hoſtibus eripiunt, proprie ciuitati, non ſibi adquirunt. Etſi paſſim receptum, vt mobilia, praeſertim quae non ſunt magni pretii, militibus, qui ceperunt, relinquantur per conniuentiam, aut praemii vel quandoque ſtipendii loco; aut vt alliciantur, qui citra neceſſitatem ſanguinem ſuum locare velint. Quando autem res captae iterum hoſti eripiuntur; immobiles

§. XIII. & XIV. De adquirendo dominio & imperio per vim bellicam nonnulli ſtatuunt, ipſa natura belli & victoriae id obtineri: quam ſententiam quoque fouet vir eruditiſſimus HENR. COCCEIVS: ita enim in diſſertatione *de iure victoriae diuerſo a iure belli* §. 23. ea exponitur: *Certum eſt,*

quidem ad antiquos dominos redeunt; nec minus mobiles debebant: etsi apud plerosque populos & hae militibus in praedam concedantur.

§. XIV. Solet denique *bello adquiri* etiam *imperium* tam in singulos, quam in integros populos victos. Quod tamen vt fiat legitimum,

est, iure victoriae adquiri plenissimum imperium in victos: etsi enim de eo imperio subactione principatu nulla forte lis aut controuersia initio belli inter partes fuerit; & victor aliundeiam damni, quod passus dicitur, restitutionem consecutus fuerit; adeoque hoc imperium non videatur ad reparationem iuris ipsius pertinere, aut in eius partem venire: tamen pertinet ad iuris recuperati aut qualiscumque extortae satisfactionis tuitionem ac securitatem: 1) *non enim possessione sua securus foret victor; ni victus sub eius potestate ac imperio esset; sed semper adhuc iure belli resistere, & bello quaesitum iterum eripere posset:* 2) *quin frustra victor occupasset territorium, si eius iure ac imperio statim ipsi iterum cedendum esset:* 3) *& quum vincere hic sit in potestatem redigere; sequitur omnino, si iure vicit, quod iusta sit eius in victos potestas. Natura itaque victoriae & finis belli concedunt victori omne in victos imperium.* Quibus argumentis regerendum esse puto: 1) concedendum omnino est, victorem ante consensum victorum declaratum nondum securum plane esse de sua possessione: quū ius deuicti nondum penitus exstinctum sit; cui omnino licitum est, se in pristinam libertatem restituere, & vi partum vi eripere: 2) victori non statim cedendum est, nec is frustra obtinuisse territorium dici potest: nactus

mum, & conſcientias ſubiectorum ſtringat; neceſſum eſt, vt victi victoribus fidem dederint, & hi hoſtilem ſtatum animumque aduerſus illos exuerint. §. XV.

ctus enim eſt commodisſimam occaſionem imperii territoriique adquirendi; ſi nempe victos ad conſenſum praeſtandum adigat & disponat: occaſio vero opportuna conſtituendi nouum aliquod ius non cum iure ipſo miſcenda. 3) Iuſte vincere quidem eſt iuſte in poteſtatem redigere: ſed omne, quod iuſte fit, non ſtatim dominium aut imperium inuoluit; & iuſta vi, iuſto terrore aliquem in poteſtatem redigere, viqne & terrore continere, nondum imperium infert; ſed ambo in ſtatu belli manent, & violentia adhuc viget. 4) Vincere eſt ſola violentia bellica eſſe ſuperiorem: nec vllus iuris vel iuſtitiae effectus, a iure belli diſtinctus, victoriae adtribui poteſt. Victoria ipſa in fortuna praelii conſiſtit: ſupponit ius, non conſtituit, niſi per accidens: & iuri belli iam victoriae actus includitur. Sola violentia, ſi iuſta ſit, ius quidem inuoluit ad reparanda damna & vindicandam iniuriam ſibi inlatam: ſed finis ille obtineri poteſt ſine conſtitutione imperii: nec ius ſe violenter defendendi neceſſario coniunctum eſt cum iure inferendi imperii. Victi itaque conſentire debent in ius victoris dirigendi ſuas actiones; ſiue id fiat expreſſis pactis, quibus ſe ad obedientiam obligant; ſiue tacite, ita vt patiantur ſe in ordinem reipublicae redigi. Ex rebus hoſtium tantum naturaliter, etiam hoſte inuito, vindicatur victori; quantum ſufficit ad ſatisfactionem pro iniuria inlata: quae non in infinitum extendi debet: alias victor iuſtitia cauſſae ſuae excidit, ſi vltra, quam par eſt, ſatisfactionis modum vrgeat. Si vero dominium bello adquiſitum firmiori

§. XV. Suſpenduntur actus bellici per *inducias*, quae ſunt conuentio, per quam ad tempus, *manente* belli *ſtatu* ac lite, ex qua bellum fuit ortum, *bellicis actibus* offenſiuis eſt abſtinendum; quibus elapſis, ni interea pax coiuerit, citra nouam indictionem ad hoſtilitatem reditur.

§. XVI.

miori talo inniti debeat; opus eſt, vt deuictorum nitatur & roboretur conſenſu: quod pacis compoſitione plerumque fieri ſolet. Adgnouit id rex Galliae LVDOVICVS XIV. qui quum Angliae rex CAROLVS II. *Dunquercam* ei venditurus iniquum nimis pretium poſceret; inter alias rationes, iuſtiori pretio obtinendo velificantes, expoſuit: *que quand i' achete Dunquerque, i' achete vne place; dont le vendeur ne peut point fournir d' autre titre de poſſeſſion, que la force des armes, de ſe peuuant pas dire, que l'Eſpagne, a qui elle appartenoit notoirement, l' ait iamais cedée par aucun traité, comme elle m' a cedé les conquêtes, que i' ai faites ſur elle par la paix de Pyrenées: ainſi ie n' acqui, qu' un droit bien litigieux, qui me peut etre tous les iours conteſté, & qu' il le ſera infailliblement, ſi iamais la monarchie d' Eſpagne ſe voit en etat de pouuoir eſperer, d' y rentrer: & quoique l' Angleterre doiue me garantir, comme il eſt iuſte, la poſſeſſion de la place, ou en tout cas l' argent, que ie lui en donnerai, on ne laiſſe pas en ces ſortes de marchez, douteux d' auoir egard a n' en payer pas le meme prix, que ſi on faiſoit vne acquiſition, qui ne manquat d' aucun titre. Memoires du Comte* D'ESTRADES *T.* I. *p.* 313.

§. XV. ſqq. Armiſtitia, induciae & pax ita differunt: illa ſuſpendunt belli actum, ſed non adpara-

§. XVI. Poſſunt autem *induciae diuidi* in eas, quae ineuntur ſubſiſtentibus in expeditione exercitibus, retentoque vtrimque bellico adparatu; quae ad modicum fere tempus ſumuntur: & in eas, quibus adparatus bellicus vtrimque diſſoluitur. Hae in ſatis longum tempus iniri poſſunt & ſolent, & plenae pacis faciem gerunt, ac aliquando etiam pacis vocabulo inſigniuntur cum adiectione certi temporis. Nam alias regulariter omnis pax aeterna eſt, ſeu in perpetuum exſtinguit controuerſias, ob quas bellum conflatum erat. Quae autem ſolent vocari *induciae tacitae*, nullam continent obligationem, ſed partes ibi pro lubitu vtrimque quieſcunt, & ad actus bellicos, quandocumque placitum fuerit, procurrere iterum poſſunt.

§. XVII. Penitus autem tollitur bellum, ſancita per ſummos vtrimque imperantes *pace*; cuius leges & conditiones definire vti eſt penes paciſcen-

paratum, vt §. XV. docetur: induciae tollunt belli actum & adparatum; ſed non cauſſam, quam in medio relinquunt: pax autem etiam cauſſas belli tollit, totamque litem componit.

ciſcentes : ita illae fideliter & conuento tempore exſecutioni dandae & ſeruandae ſunt. (1) In cuius rei firmitatem non modo iusiurandum ſolet interponi, (2) & obſides dari; ſed & ſaepe alii, inprimis qui paci conciliandae interueniunt, eius obſeruationem praeſtandam recipiunt, (3) auxilio promiſſo ei, qui contra leges pacis ab altero laeſus fuerit.

§. XVII. (1) Neque hic praetendere licet, pacem violenter eſſe extortam, metuque aliquem ad illam ineundam fuiſſe compulſum: metus enim hic non iniuſte infertur: quum victor ſuo iure vtatur: neque tam grauis, vt mentis vſum tollat: ideoque coacta hic voluntas etiam voluntas eſt.

(2) Ex conſuetudine & moribus gentium interponi ſolet iusiurandum: iure naturae id plane non requiritur: quum neque nouam obligationem inferat, neque maiorem firmitatem addat; ſed fortius tantum adſerat, & declaret conſenſum paciſcentium.

(3) Ad *guarandiam* vel fideiuſſionem pro pace nulla gens cogi poteſt: neque mediatores ad id officium tenentur, quatenus ſunt mediatores. Illi quoque, qui cautionem praeſtant, non ſtatim obligantur ad pacis violationem armis vindicandam; ſed ad dandam operam, vt pax ſarta tectaque ſeruetur, omniaque amica via componantur. Conf. COCCEII *diſſ. de guarantia pacis*: OBRECHT *diſſ. de ratione belli & ſponſoribus pacis.*

CAPVT

CAPVT XVII
DE
FEDERIBVS.

1. Federum diuiſio in humanitatis,
2. *Communia*
3. Et *ſingularia* neceſſitatis, quae ſunt vel *aequalia*,
4. Vel *inaequalia*.
5. Horum quaedam faciunt confederatum inferiorem.
6. Cauſſae pangendorum federum.
7. Alia diuiſio federum in *realia & perſonalia*.
8. Quid ſponſiones?

§. I.

BElli iuxta ac pacis temporibus inſeruiunt *federa* a) ſeu pacta (1) inter ſummos vtrimque

a) Puf. de I. N. & G. lib. VIII. cap. IX.

§. I. (1) Pacta & federa non differunt eſſentialiter, ſed tantum ſubiectis, ita, vt priuatorum conuentiones pacta; conuentiones vero imperantium & ciuitatum ſoleant adpellare federa. Nec eſt, vt HERTIVS *elem. prud. ciu. P. I. ſect.* 8. §. 4. nobis dubium moueat, fedus definiens per *ſtatum duarum vel plurium ciuitatum ſub pacto de amicitia colenda, vel auxiliis praeſtandis, vel commerciis exercendis ſociatarum ſine imminutione imperii:* addita ratione: quod ſi conuentio loco generis ponatur, federis ſcilicet vox non ſtantis, ſed efficientis ſenſu accipiatur. Sic enim nodus in ſcirpo quaeritur; & omnis ſcrupulus exinde oriri videtur, quod ſtatus ex federe, ſiue ſocietas federata, vulgari loquendi conſuetudine fedus dicatur: proprie vero federis natura in pacto conſiſtit, & abſoluitur mutua federatorum obligatione mutuaque conditionum requiſitarum praeſtatione.

que imperantes inita. (2) Ifthaec *iutuitu materiae possunt diuidi* in ea, *quae constituunt de aliquo officio* inuicem praestando, *quod iam antea lege naturali praecipiebatur*: & *quae officiis legis naturalis aliquid superadduntur*, aut saltem eadem, vbi indefinita videntur, ad certi quid determinant.

§. II. Ad *priorem classem* referuntur federa, quibus de simplici dumtaxat humanitate exercenda, aut noxa non inferenda, conuenitur. (1)

Quo

(2) Subditis quoque licet federa cum aliis gentibus pangere: 1) quando reipublicae maiestatem vel ius imperantis non violant, e. c. commerciorum causa: 2) quando deferuntur a summo imperante, eiusque auxilio destituuntur: 3) quando confensum imperantis requisiuerunt.

§. II. (1) Federa haec non producunt nouam plane obligationem, quae non iam antea vi praeceptti naturalis adfuiffet: id tamen efficiunt, vt officium, quod iure imperfecto hactenus exigi tantum poterat, nunc iure perfecto & bello poſſit vindicari. Quale fedus initum esse deprehenditur anno 1452. inter regem Galliae Carolum VII. & Heluetios: *Es sollen beyderseits Inwohner, Verwehsenen, Burken, Pfleger, Edel oder Vnedel, zu und durch unser Land wandelnde, sie mit ihren Lyb und Guth sicheren Wandel haben hindurch und hinwider aller Beschwerung halb, Worten und Werken von männiglich hindangesetzet.* Vid. WALDKIRCH *ad h. l. Pufend.* MVLLER *annal. Saxon. p. 8. ad* 11 *Ian. p.* 18. *ad* 10 *Oct. p.* 21. *ad* 1. *Febr.* vbi plura exempla.

Quo pertinent & ea, quibus simplex dumtaxat amicitia citra peculiarem praestationem fancitur: aut quibus ius hospitii aut commerciorum, quatenus id naturali lege debetur, stabilitur.

§. III. *Posteriorisclassis* foedera sunt vel *aequalia*, vel *inaequalia*. *Illa* sunt, quae vtrimque eodem se modo habent; seu, quando non solum aequalia vtrimque promittuntur, simpliciter aut obseruata proportione virium; sed & aequali modo, ita vt neutra pars prae altera sit deterioris conditionis, aut alteri obnoxia. (1)

§. IV. *Inaequalia sunt*, quando vel inaequales praestationes inuicem exhibentur; vel altera pars est deterioris conditionis. Promittuntur autem inaequalia vel *a foederato digniore*,

§. III. (1) Eiusmodi foedera aequalia vel fiunt belli componendi, vel societatis ineundae caussa, quae infinitos fines habere potest: vel enim percutiuntur foedera aequalibus conditionibus ad cautionem contra quoscumque hostes, vel ad fines firmandos, vel ad commercia promouenda, vel ad impediendos hostes.

gniore, vel a *minus digno*. *Prius* fit, ſi potentior auxilia promittat alteri, nec reſtipuletur; aut ſi maiori proportione, quam alter, promittat. *Poſterius* contingit, ſi federatus inferior plura teneatur praeſtare, quam ab altero recipit.

§. V. Eorum, quae a federato inferiore praeſtantur, quaedam ſunt *coniuncta cum imminutione ſummi imperii*; puta, ſi conuentum ſit, ne inferior ſocius partem aliquam ſummi imperii exerceat, niſi cum conſenſu ſuperioris: quaedam autem *ſummum imperium non diminuunt*, licet adiunctum habeant aliquod *onus transitorium*, ſeu, quo ſimul & ſemel licet defungi; puta, ſi ex federe pacis alter teneatur ſtipendium ſoluere alterius militibus, belli ſumtus reſtituere, certam ſummam pecuniae ſoluere, moenia diruere, obſides dare, naues, arma tradere &c. Immo nec quaeuis *perpetua onera* ſummum imperium diminuunt: qualia ſunt: eosdem cum altero amicos & hoſtes habere: (1) ſed non reci-

§. V. (1) Vana illa federa forent & per ſe iniuſta, ſi of-

Digitized by Google

reciproce: ne liceat certis locis munitiones exſtruere; ne ad certa loca nauigare &c. Item, ſi vnus ſociorum alterius ſocii maieſtatem comiter teneatur colere, ſeu reuerentiam quamdam ipſi exhibere, & ſeſe ad eiusdem placitum modeſte adtemperare.

§. VI. Ceterum federa tam aequalia, quam inaequalia varias ob cauſſas ſolent contrahi: inter quas arctiſſimam federum ſpeciem producunt, quae ad coniunctionem aliquam perpetuam plurium ciuitatum ſpectant. (1) Frequentiſſima

ſi offendendi cauſſa inſtituerentur: nemo enim ſui iuris ad quaeuis bella promiſcue obligari poteſt, vt cuiuis vim inferat, a quo laeſus non fuerit: neque par eſt, paratum eſſe ad quemuis laedendum, quem alteri inuadere placuerit; ſiue iuſte id fiat, ſiue iniuſte: ſed quum mutuae ſecuritatis & amicitiae cauſſa federa ineuntur; nemini fit iniuria. Si enim quis aliquem federatorum adgrediatur; de iniuria a reliquis ſociis federis ſibi facta conqueri nequit: nouit enim, eos omnes vnius federis vel ſocietatis vinculis eſſe vnitos, in quorum vno omnes laeduntur. Tale fedus occurrit pontificis Romani & ducis Ferrarienſis cum HENRICO II. Galliae rege apud THVANVM *lib. XVI. hiſtor. Ipſe amicos regis pro amicis, hoſtes pro hoſtibus ſine exceptione habere teneatur.*

§. VI. (1) Federa ſtricte ſic dicta differunt a ſyſtematibus

autem ſunt, quae ad auxilia in bello defenſiuo aut offenſiuo praeſtanda, aut ad commercia regenda pertinent.

§. VII. Celebris quoque eſt diuiſio federum in *realia* & *perſonalia*. Quorum haec ſunt, quae cum *rege* intuitu perſonae ipſius ineuntur, eoque defuncto ſimul exſpirant. Illa vero ſunt, quae non tam ipſius regis, populiue rectorum, vt talium, (1) quam reipublicae & regni intuitu

matibus ciuitatum ſiue federibus ſyſtematicis, quae hic innuuntur: 1) quia illa tendunt in certum aliquod commodum definitum: haec in indeterminatum: 2) quia per federa respublicae non coaleſcunt in vnum corpus politicum vel ciuitatis, vti in his fieri ſolet: 3) quia federa non pro fine habent vnionem perpetuam, vti ſyſtemata ciuitatum.

§. VII. (1) Rectores ciuitatum repraeſentant totam ciuitatem: niſi ergo verba & negotii natura aperte oſtendant, ad regis *perſonam* rem omnem pertinere; quoduis fedus a rege & imperante percuſſum reale erit: nam nomen paciscentis pacto inſeritur, non vt pactum reddatur perſonale; ſed vt innuatur tantum, quocum pactum fuerit compoſitum. Videndum quoque, an imperantis poteſtas federis condendi expreſſis limitibus ſit circumſcripta, an vero illimitata fuerit? nam ex pactis *fundamentalibus* iudicare licet, quousque rectori ciuitatis liceat federa publica inire, & quae requirantur, vt fedus reddatur reale.

Digitized by Google

intuitu contrahuntur, ac perdurant, iſtis licet mortuis, qui eorumdem auctores fuerant.

§. VIII. Coniunctae federibus ſunt *ſponſiones*, quae proprie vocantur iſta pacta, quae a miniſtro ſummae poteſtatis circa negotia ad eamdem ſpectantia ſine ipſius mandato ineuntur. Quibus vti ſummus imperans non tenetur, (1) niſi poſtquam eadem rata habuerit: ita ſi miniſter easdem abſolute contraxerit, & ratihabitio ſecuta non fuerit; ipſe viderit, quomodo ſatisfaciat illis, qui

§. VIII. (1) Rempublicam non obſtringi ſponſionibus, ex eo patet: 1) ſponſor nullum habuit ius promittendi vel paciſcendi: quia ſine mandato egit: 2) ex praeſumto quidem populi conſenſu promiſit, nec praeter rationem; ſed illius nulla eſt obligatio intuitu reipublicae, nullus iuris effectus: 3) quaeuis gens ſuarum rerum minus foret ſecura: nam in ciuibus ſuis ad quoduis intolerabile data occaſione eiusmodi ſponſionibus obligari poſſet: 4) ſi ſponſor ratihabitionem reipublicae promiſerit; ſpem fecit eorum, quae non ſunt in ſua poteſtate: ergo pactum eſt de re impoſſibili. Ratas habuit ſponſiones gens vna vel altera, partim quod e re ſua fuerint; partim quod ſponſores auctoritate valuerint inſigni; partim quod ob merita egregia eos noluerit turpiter dare: ſed ita gens egit humaniter, non ex obligatione perfecta.

eius fidem ſecuti inanibus pactis decepti ſunt. (2)

(2) Nonnullis iuſtum eſſe videtur, vt res in priſtinum ſtatum reſtituatur, ſi respublica ſponſoris factum non adprobet. Id vero praeceptis iuſti non requiritur: bona enim fide verſatur circa illud negotium; & nihil quidquam eſt, quod ei poſſit imputari. Commodum, quod ex euentu ſponſionis in eam redundauit, nullo decipiendi conſilio, nullo dolo adquiſitum, non factum vel cauſſam adprobat, quo illud fuit procreatum: nihil tamen etiam contulit ad factum perpetrandum. Gens, cui ſponſio facta eſt, non ignorauit, miniſtrum reipublicae nullum habere mandatum, nullum ius promittendi: cur pactum inualidum iniuit? habeat ſibi, quod promiſſum inualidum acceptauerit, & gratis eius conditiones impleuerit. Sponſoris deditio tamen iuſta eſt; ſi ſponſor fingens, ſe certum eſſe de adprobatione reipublicae, eamdem abſolute promiſerit: fallere enim voluiſſe praeſumendus eſt: ſi vero nil niſi operam ſuam in adquirendo reipublicae adſenſu promiſerit; eius deditio foret iniuſta; quando omnem mouit lapidem, vt eumdem obtineret: mali quoque doli reus eſt ſponſor, ſi reipublicae ſuae auctor ſit repudiandae ſponſionis. Poſito itaque dolo malo dedendus eſſe videtur: homo enim noſter ſi laeſerit alterum; vel damnum a nobis ſarciendum, vel homo tradendus erit. Exempla ſponſionum habemus in *Caudina*, de qua LIVIVS L. 9. c. 8. in *Numantina*, de qua FLORVS L. 2. c. 18. in *Luctatiana* apud POLYBIVM L. 3. c. 5. in TREMOLLII cum Heluetis apud GVICCIARDINVM L. 12. in MENDOSAE cum Belgis apud GROTIVM *hiſt. Belg. L. II. ad a.* 1602. De cetero confer THOMASIVM *diſſertationibus duabus Lipſienſibus, altera de ſponſione Romanorum Caudina: de Numantina altera.*

CA-

CAPVT XVIII
DE
OFFICIIS CIVIVM.

1. Officia ciuium ſunt duplicia:
2. *Generalia*
3. Erga rectores ciuitatis & ſtatum:
4. Erga totam ciuitatem:
5. Erga conciues.
6. *Specialia*
7. Quatenus ſe exſerunt in conſiliis ferendis:
8. In ſacris obeundis:
9. In doctrinis:
10. In iure dicendo:
11. In adparatu bellico curando.
12. Officia militum in ſpecie.
13. Officia legatorum.
14. Officia eorum, qui aerarii curam gerunt.
15. Quousque durent officia?

§. I.

Officium ciuium (1) eſt vel *generale*, vel *ſpeciale*. a) Illud oritur ex communi obligatione, qua iſti imperio ciuili ſunt ſubiecti: hoc vero ex peculiari munere & functione, quae per ſummum

a) Puf. de I. N. & G. lib. VII. cap. VIII. §. 10. not. 2.

§. I. (1) Officia ciuium ex principiis iuſti multis modis auctor hic confundit officiis decori; & nonnumquam modum agendi ex prudentiae doctrina admiſcet: quae tamen probe a ſe inuicem ſunt ſecernenda. Materia quoque dicendi adeo ampla eſt & copioſa, vt intra artos huius capitis cancellos idea adaequata officiorum ciuium omnium ad praecepta iuſti delineari nequeat: vix eadem delibare licet.

mum imperium singulis est iniuncta.

§. II. Officium generale ciuium respicit vel *rectores ciuitatis*, vel *totam ciuitatem*, vel *conciues*.

§. III. *Rectoribus ciuitatis ciuis debet* reuerentiam, fidelitatem & obsequium. Cui coniunctum est, vt idem praesenti statu adquiescat; (1) neque ad res nouandas animum adiiciat; neque alteri ciuium adhaereat magis, eumdemue admiretur & veneretur; vtque bene & honorifice de iisdem & eorum actionibus sentiat atque loquatur.

§. IV. *Erga totam ciuitatem officium boni ciuis* est, vt eius salute & incolumitate nihil habeat carius; vt vitam, opes fortunasque suas ad eamdem seruandam libenter offerat; vt ad eamdem illustrandam eius-

§. III. (1) Obligatur ciuis perfecte ad obsequium & patientiam; non quidem, quia homagium praestitit, quod ad vniendam ciuitatem non est necessarium, quum nullam nouam obligationem inferat; sed tantum in signum & declarationem subiectionis adhibeatur: obligatur vero per vinculum consensus sui in imperium rectoris ciuitatis; adeoque perfecte tenetur ad ea praestanda, quorum hic auctor mentionem inicit.

ciusque commoda promouenda omnes ingenii & industriae neruos intendat. (1)

§. V. *Erga conciues ciuis officium* est: amice & pacifice cum illis viuere; commodum sese ac facilem praebere; nec morositate aut peruicacia sua turbas dare; ceterorum commodis non inuidere, aut eadem interuertere. (1)

§. VI. *Specialia officia* vel per vniuersam sese rempublicam velut diffundunt; vel circa certam dumtaxat partem occupantur. Circa quae omnia hoc generale praeceptum habetur: *ne quis vllum officium*

§. IV. (1) Quae hic recensentur ab auctore, maximam partem ad principia decori referenda sunt. Bonus ciuis omnino in casu necessitatis vitam, corpus, opes conseruationi ciuitatis subtrahere nequit: sed stricto iure non tenetur quisque, vt vrgente quadam reipublicae necessitate, ipse sese statim offerat: exspectat, non quaerit pericula pro republica subeunda; & sic ciuitati non facit iniuriam. Patria ordinatie praefertur nostrae securitati, principiis honesti & fecundum normam virtutis, non iuditiae: dulce & decorum est pro patria mori.

§. V. (1) Ex principiis iusti officium ciuis est, pacem externam non turbare, & fidem datam seruare: commodum & facilem se praebere, ex principiis decori desumtum,

Digitized by Google

um in republica adfectet aut ſuſcipiat, ad quod ſeſe ineptum deprehendit. (1)

§. VII. Qui *conſilio* ſuo rectoribus ciuitatum adſiſtunt, in omnes reipublicae

§. VI. (1) Iuſtitiae perfectae regula non eſt, ne quis munus ſuſcipere debeat, ad quod ineptum ſe eſſe deprehendit: ſicuti enim nemo iure perfecto petere poteſt munus, ad quod adminiſtrandum vires ſibi competere deprehendit: ita quoque nemo iure perfecto tenetur munus recuſare, cui exercendo par non eſt: 1) ceteris enim, qui aptiores ſunt, non facit iniuriam: quia non habent ius perfectum ad illud munus: 2) pax externa etiam non turbatur neceſſario, neque in ciuitate, quum aliorum conſiliis in munere peragendo feliciter vti poſſit: vti quotidie in ſummis muneribus id fieri videmus: neque ratione ſui, cuius ſecuritas ea ratione non tollitur: 3) aptitudo ad munera res eſt difficillimae diſceptationis & infinitis confidentiae, diffidentiae, paſſionum, praeiudiciorum erroribus obnoxia. Aptiſſimi ſaepe ſuis viribus diffidunt, & ineptiſſimi quique nimium confidunt; res illa ad internam conſcientiae inquiſitionem ſpectans forum iuris externum non ingreditur: 4) munera multa reipublicae ita ſunt comparata, vt ii, qui quum praeficerentur, minus idonei erant ad ea obeunda, procedente tempore & accedente exercitio feliciſſime iis praefuerint: de multis itaque res erit incertae determinationis. Nullum ergo praeceptum iuris naturae hic fingi debet: nec tamen ignorantiae, nec ineptis munerum candidatis ſic apologia ſcribitur, quorum omnino intereſt ex regulis honeſti, decori & prudentiae vires ſuas cum muneribus obeundis comparare, conſcientiae ſuae rationem habere, & cauere, ne in altum tollantur, vt lapſu grauiore atque turpiore ruant.

Digitized by Google

publicae partes aciem mentis conuertant ; quae ex vſu reipublicae videbuntur eſſe, dextre & fideliter, citra adfectus ac prauos reſpectus, exponant ; ſalutem reipublicae in omnibus conſiliis pro ſcopo habeant, non proprias opes, aut potentiam; prauis adfectibus principum adulando non velificentur; factionibus & coitionibus inlicitis abstineant; nihil, quod dici oportet, diſſimulent; nihil, quod taceri oportet, eliminent; exterorum corruptionibus impenetrabiles ſeſe praebeant; priuatis ſuis negotiis aut voluptatibus publica negotia non poſthabeant.

§. VIII. Qui publice conſtituti ſunt ad *ſacra obeunda*, in iisdem grauitatem & attentionem adhibeant; vera de cultu numinis dogmata proponant; eorum, quae ipſi docent, populo

§. VII. Iuſtum eſt circa conſilia, vt pacem externam non violent; nemini iniuriam inferant; fidemque datam non frangant neque actionibus; iniuſtis occaſionem praebeant. Cetera aliis diſciplinis explicanda relinquimus: de quibus commendari meretur BESOLDI egregius liber *de conſilio*.

§. VIII. Monita omnia, quae auctor hic tradit, ad bonos mores & forum ethicum pertinent. Sacerdotum

populo ſeſe conſpicuum exemplar exhibeant; nec prauitate morum muneri ſuo dignationem, doctrinae pondus detrahant.

§. IX. Queis publice iiunctum variarum *ſcientia* rerum animos ciuium imbuere, nihil falſi aut pernicioſi doceant: vera autem ita tradant, vt auditores iis adſentiantur, non tam adſuetudine audiendi, quam quia ſolidas eorumdem rationes perſpexerunt; omnia dogmata ad ſocietatem ciuilem turbandam directa fugiant; *omnem ſcientiam humanam inanem habeant, ex qua nulla in vitam humanam & ciuilem vtilitas redundat.*

§. X.

dotum officia ſecundum principia iuſti in ciuitate non determinanda ſunt ex relatione ad DEVM, vti in foro morali fieri ſolet; ſed ex relatione ad rempublicam, vbi ſacerdotibus maxime incumbit 1) iura maieſtatica imperantium nulla ratione violare, diminuere, ſibique adrogare: 2) bona ciuium atque reipublicae non deglutire, neruumque rerum gerendarum infringere: 3) ſe poteſtati imperantium legibusque ciuilibus non ſubtrahere, nec maieſtati imperare velle: 4) nullas in republica turbas emotionibus ſermonum excitare & in imperantes dirigere: quae quam bene obſeruata ſint a clero Romano, experientia teſtis eſt.

§. IX. Docentium eſt ſe ſuamque doctrinam legibus ciuilibus

§. X. Qui *iuri dicundo* praeficiuntur, quibusuis facilem acceſſum praebeant; plebem ab oppreſſionibus potentiorum protegant; ius aeque pauperi & humili, quam potenti & gratioſo dicant; lites vltra neceſſitatem non extrahant; a corruptelis abſtineant; in cognoſcendis cauſſis diligentiam adhibeant; omnesque adfectus, ſinceritatem iudicii corrumpentes, ſeponant; recte faciendo neminem timeant.

§. XI. Quibus armorum cura commiſſa, militem diligenter & tempeſtiue exerceant, & ad tolerandos militiae labores firment; diſciplinam militarem ſartam tectamque habeant; milites hoſti iugulandos temere non obiiciant; annonam & ſtipendium, quantum in ſe, prõmte procurent; nec de eo quidquam interuertant; milites ſemper, vt reipublicae faueant, curent; nec umquam

ciuilibus ita adcommodare, ne ea turbetur respublica: cetera ex logica & ethica perſpicienda ſunt.

§. X. Boni iudicis in ciuitate ſecundum principia iuſti eſt, ita iuſtitiam adminiſtrare, ne alicui fiat iniuria; ne morbi reipublicae creſcant; nec priuatae vindictae criminibusque aſyla permittantur.

quam eos sibi aduersus rempubl, concilient.

§. XII. *Milites* contra stipendiis suis contenti sint; ab expilandis & vexandis paganis abstineant; labores pro tuenda republica libenter & strenue obeant; pericula per temeritatem non arcessant, per ignauiam non defugiant; fortitudinem in hostem, non in commilitones ostentent; stationem adsignatam mascule defendant; honestam mortem turpi fugae & vitae praeferant.

§. XIII. *Quorum opera ciuitas apud exteros vtitur*, cauti sint & circumspecti, inania a solidis, vera a fabulosis discernere callidi; secretorum tenacissimi; pro vtilitate suae ciuitatis aduersus quaslibet corruptiones obstinati.

§. XIV. Qui *opibus ciuitatis conligendis* aut dispensandis praesunt, caueant

§. XI. & XII. Conf. NAVDAEVM *de studio militari.*

§. XIII. De legatorum munere & peccatis, quibus iniuriam inferant, videndi WICQVEFORT, LANCELLOT, DE MARSELAER, DE CALLIERES &c.

§. XIV. Crimina eorum, qui opibus ciuitatis conligendis

ueant ab omni non neceſſaria acerbitate; nec ob proprium quaeſtum, aut per petulantiam vel malignitatem animi, oneris quid adiiciant; publici nihil interuertant; quibus de publico quid ſoluendum, illis citra moras non neceſſarias ſatisfaciant.

§. XV. Durat autem ciuium *ſpeciale officium*, quamdiu in ea functione, ex qua illud profluit, ſunt conſtituti: qua vbi abeunt; & illud exſpirat. *Generale* itidem durat, quamdiu ciues ſunt. Ciues autem eſſe deſinunt, a) vel ſi conſenſu expreſſo aut tacito (1) ciuitatis discedant, &

a) Puf. de I. N. & G. lib. VIII. c. XI.

gendis adhibentur, vel aerario praefecti ſunt, nusquam curatius detecta leges, quam in *recueil de defenſes de Mr. Fouquet*, XIII Tomis in 12 edito. Conferri quoque merentur de eorum officiis *les memoires du Duc de Sulli* duobus tomis in fol. excuſi.

§. XV. (1) Tacitus ciuitatis conſenſus hic ſemper ſubeſſe videtur, quando vnus vel alter ciuium discedit: & exinde nullum reipublicae damnum contrahitur; neque pax externa turbatur. Ciuitas tamen data occaſione diſceſſum publica lege prohibere poteſt: vbi dein expreſſo conſenſu imperantium opus, ſi ciuis alio ſe conuertere velit, qui litteris dimiſſoriis facta iuris ciuici renuntiatione ſolet declarari, maxime eo tempore, quando tales cauſſae adſunt, quae recenſentur ad ſup. cap. XV. §. VI.

Digitized by Google

& alibi ſedem fortunarum figant: vel ſi ob delictum in exſilium eiiciantur, & iure ciuitatis priuentur: vel ſi hoſtica vi oppreſſi in victoris ditionem concedere adigantur. (2)

(2) Adde adlatis modis: 4) ſi ciuitatis forma mutetur, cui ciuis voluntatem ſuam adſtrinxit; niſi denuo conſenſerit in eius mutationem, ſiue id fecerit libere, ſiue coacte: 5) ſi ciuitas plane intereat. Vid. BOECLER. *inſtit. polit. L. I. c.* 6. BODIN. *de republic. L.* 1. *c.* 6.

SOLI DEO GLORIA.

INDEX

Digitized by Google

INDEX.

A.

ABdicatio principis an fieri possit a ciuibus? 508 sqq.

Absolutum imperium vulgo tale 505. seq. non datur 511

Accesio quid? 281. praeternaturalis ibid.

Achaicae respublicae 502

Acquisitio bellica ius quomodo adquirat? 297

Acquisitio dominii & eius ratio 277

Acquisitio imperii quomodo fiat? 517. sqq. an fiat bello? 617

Acquiescentia mentis duplex 5

Actio humana quid? 3. voluntaria & inuoluntaria? 28. sqq.

Actio aliena proprie non imputatur 32. nec in nobis punitur 584. de actione iusta tantum in I.N. tractandum 3

Actionis imputatiuitas 30. bonae & iustae discrimen 68. bona vel physice vel moraliter 66. an antecedenter bonae sint ad voluntatem Dei? 88

Actionem habent leges naturales a lege ciuili 551. cur non omnibus vitiis ea in rep. constituta sit? 553. seq.

Addictio in diem 336

Adfectus non necessitant 25. irascibiles fortius excusant 26. circa eos hominis officium 135

Adgratiandi ius non limitatur iure naturae 575. eius fundamenta 578

Aequalitas naturalis triplex 192. quae eam non tollant 193 seq.

INDEX.

Aequalitas in contractibus 327. 329
Aequilibrium mentis non est libertatis essentia 20
Aequitas quid? 374 exasperat etiam iustitiam ibid. differt a dispensatione 63
Aestimatio sui vnde oriatur? 191
Aetas habilis ad conjugium I. N. non determinatur 413
Aliena res inuenta cui cedat? 304
Alienatio imperii sine consensu populi fieri nequit 602
Ambiguitas in loquendo 253
Amici læsio non est iusta belli causa 614
Anatocismus iure naturae licitus 342
Anatomia licita 271
Angli VII. homicidium committunt ex necessitate 168
Animus humanus ex seipso discendus 4. eius cultura 128
Antichreseos pactum 351
Arbitri, ad eos eligendos iure perfecto non obstringimur 394
Armistitia 620. armorum peritia non minus reipublicae salutaris 548
Artium studia ad animi culturam spectant 138
Assecuratio 348
Atheismus, eius causae 101. genera 102. 104. eius fundamentum moralitatis 87. reipublicae pernitiosissimus 120
cur inter prudentiae politicae characteres referatur? 120
pacta non impedit 223
Atheus non est insociabilis 96
Auctio 337
Autochiria quomodo defensa & refutanda? 141. sq.

B.

Belli iustitia demonstrata 604. restrictum quomodo? 611
iustae causae 605 bellum offensiuum non datur 606
eius indictio I. N. non necessaria 610. licentia in bello 615
Bellum ius non adquirit 297. nec imperium 518
Beneficentiae requisita 206
Bodmeria 342

Digitized by Google

Bona ciuium quomodo ſummo imperanti ſubiecta? 597
Bona domini mortui ſtricto iure fiunt nullius 285
Bona fides quid? 299 quid iuris circa illam? ibid. ſqq.
Bonitas actionis quomodo differat a iuſtitia? 68
Bruta animantia voluntate deſtituuntur 14. erga ea non datur peculiare officium 95. 271. quo iure occidantur? 270

C.

Caelibatus I. N. indifferens 404
Capitalium poenarum ius demonſtratum 564
Caſus incidentes quando imputentur? 34
Cauſſae moralis requiſita 45
Ceſſio an I.N. differat a delegatione? 361
Ciuis bonus quis? 451. innocens an hoſti tradi poſſit? 562
Ciues an abdicare poſsint principem tyrannum? 508. eorū officia 631. 633. obligatio perfecta ad obſequium 632 quomodo tales eſſe deſinant? 540
Ciuitatis origo 413. 465. ſqq. bona 464. definitio 473 internae ſtructura 464 eam deſerere non licet pro lubitu 602. 640. ea tenetur ex rectoris actionibus 582. multis vitiis anſam dedit 458
Ciuitates ſyſtematicae 502
Ciuium ius ſe defendendi contra tyrannum 508. ſq.
Coacta actio quid? & quomodo imputanda? 40
Cogitationum abuſus miſeriae humanae fons 79. eae poenis ciuilibus non ſubiacent 573
Cognatio hominum naturalis parum iuuat officia promouenda 396
Cognitio ſui 128
Colliſio legum & praeceptorum iuſti & honeſti 376
Commiſſoria lex I. N. non requiritur 352
Commodatum 331
Communio primaeua 272. non ſublata eſt conuentione peculiari 274
Compenſatio debiti 355
Concubinatus iuſtitia pendet ex diſſolubilitate naturali matrimonii 411. ſq.
Condonatio 356

Coniecturae quid sint? 366
Coniugii doctrina multis urgetur difficultatibus 399
Coniugalia officia 417
Conscientia quid & quotuplex? 7. sqq. improprie norma agendi dicitur 8. dubia non datur 9. errònea est obiectiue 10. inualida est ad homines coërcendos 461
Consensus tacitus & praesumtus 220. in pactis summe necessarius ibid. eius impedimenta 222. signa varia 242
Consilia, circa ea quid iustum sit? 635
Consiliariorum officia 635
Consuetudinis efficacia in moralibus 24. male excusat actiones prauas 24
Contractus I. N. non differunt a pactis 325. eorum varia genera 326. sqq.
Corporis cultura 139
Creaturis utendi ius 270
Culpa quid? 71 leuissima quoque dat ius belli 185
Cultura animi secundum I. N. 125

D.

Damnum quot modis detur? 179
Debiti compensatio 355
Defensionis ius quale? 144. 157. non inuoluit leuis iniuriae patientiam 147. non requirit comparationem rerum & personarum 157. 168. eius termini 155
Defensio innocentis non est iusta belli caussa 151
Delegatio an I. N. differat a cessione? 361
Delicta poenis ciuilibus exemta 553. sqq. eorum quantitas unde aestimanda? 578
Democratia 493
Depositum est species mandati 332. qua diligentia custodiendum? 332
Depositarii officia 333
Deus, quae eius idea formanda? 99. non despotice tulit legem naturae 74. quomodo existentia eius probanda? 99. 100. prouidentia quomodo adstruenda? 107. 462. eius unitas 110. honor ad rectum de Deo sensum pertinet 112. cultus externus ex ratione constat 114

Discor-

Discordia ciuitatis corruptae indicium 547
Dispensatio sine causa facta valet 62. differt ab aequitate 63
Dissensu mutuo tolluntur obligationes 357
Dissimulare licet 248
Diuisio primaeua quibus caussis coeperit? 275. 278
Diuortia I. N. licita 411
Docentium officia 636. docendi libertas circumscripta 488
Dominium differt a proprietate, imperio &c. 275 eius origo 273 officia circa illud 298
Dominium eminens 600
Dominus nemo nascitur 436. an habeat ius vitae & necis I. N. in seruum? 441. eius officia 436. sqq.
Donandi animus non colligitur ex solutione pro inuito 354
Dormientes consensu destituuntur 222
Duella in statu naturali licita 159

E.

Ebrietas animi morbus quomodo excuset? 27. consensum impedit 222
Educatio palmarium parentum beneficium in liberos 430
Electio imperantis 518
Emtio venditio, an fraus in iis licita? 335
Error in solo mentis iudicio quaerendus 10. consensum impedit 225. error inuasoris iustae defensioni nil detrahit 157
Ethnicismus supremum coluit Deum 110
Eunuchi voluntarii peccant 167
Excusionis beneficium 350
Existimatio differt a ualore 586. simplex 586. intensiua 591. 595
Expromissor 350

F

Factiones in ciuitatibus an salutares? 547
Falsiloquium est indifferens 248

Fauorabile quid? & an ſemper extendendum? 371
Federa non differunt a pactis 623. an ciuibus licita ibid. federa de humanitatis officiis 624 aequalia & inaequalia 625 ſq. quomodo iniuſta 626. differunt a ſyſtematibus ciuitatum 626 realia, perſonalia 627
Fideiusſionis obligatio 349
Fidei requiſita 113. bona fides quid? 299
Formae reipublicae difficulter poſſunt cognoſci 493. de earum praerogatiua inutilis controuerſia 495
Forma certa negotiis a lege ciuili conſtituitur 556
Fraudes ad elidendam legem quae? 372
Fructuum aeſtimatio 181
Furioſi non poſſunt paciſci 222
Fur nocturnus iuſte occiditur 162
Furtum in caſu neceſſitatis licitum 171. ſq.

G.

Guarandia pacis. 622

H.

Hominis miſeria extra ſocietatem 77. pendet a cogitationis abuſu 78. hominem eſſe quanta dignitas? 191. 382 quilibet homo in ſtatu naturali habetur pro non-malo 586
Honeſtum non cedit iuſto 376
Honore noſtri quomodo erga alios utendum? 132
Honor vi extorqueri ab altero nequit 594
Humanitatis officia 201. eius laeſio non eſt iniuria 204
Humilitatis natura 198
Hypothecae iura 351. ſeq.

I.

Ignauia ciuium quomodo proſcribenda? 544
Ignorantia quid & quotuplex? 12. 35. ſeq. quaedam neceſſario ineſt intellectui 12
Illicita numquam obligant 234. quae ſint I.N? ibid.

Im-

Imperium ſummum quid? 505. eius ſanctitas 507. limites 474
Imperantium ſummorum officia 530. ſtudia 531. obligatio erga ciues 433. exempla magnam habent vim 546 eorum teſtamenta jure naturae nulla 521. ſeqq. conſenſus de ſucceſſione praeſumtus fingitur 522. mandata iniuſta non exſequenda 559. ſq. jus in bona ciuium 597
Imperium mariti in uxorem unde? 406. ſeq.
Imperium parentum in liberos quale? 420. an patris potius, an matris? 421
Impoſſibilia non imputantur 39
Imputatio quid ſit? 30. ejus fundamentum 30. quomodo imputentur actus a nobis non pendentes? 32
Inceſtus an ſit contra I. N? 414
Induciae 620
Infamia ſimplex 589. intenſiua 593
Infantes puniri nequeunt 43
Infortunium quid? 71
Ingeniorum discordia origo malorum 82
Ingrati animi vitium an detur? 208. aduerſus illud non datur actio 209
Iniuria & iniuſtitia quomodo differant? 70
Intellectus 4. principis in eum ius quale? 536
Internuncii, quid ad eos requiratur? 239. quomodo illorum actio nos obliget? ibid.
Interpretatio an ad Ius Nat. ſpectet? 362. eius regulae & diuiſiones 364. ſqq. 373
Interregna 519
Inuenta res aliena cui cedat? 280. 304
Inuidioſa argumenta quae? 203
Inuidia iuſte ali poteſt 135
Invita actio quomodo differat a coacta? 28. ſeq.
Irregularis respublica 501
Iudiciaria poteſtas quae requirat? 485
Iudicis officium 637. iudicum iniuſtitiam quomodo imperantes promoueant? 541
Iudicium pertinet ad intellectum 5. quando matureſcat 224

Iuramentum pertinet ad ethicam 255. & ad inſtituta humana 254. eius partes & comites 255. quid præſumant? 256. eorum vſus per atheiſmum tollitur ibid. per rem cariſſimam vera non ſemper fiunt iuramenta 259. ſeq. per falſos Deos 260. non inferunt nouam obligationem 262. 379. periurii poena ciuilis 265. iuramentorum interpretatio 267. ex mente deferentis ſenſus eorum pendet 267. eorum diuiſio 268
Iura ſummorum imperantium 481
Iuris circa ſacra demonſtratio 489. in eo iura collegialia gratis finguntur 489
Iuris naturae fundamentalis propoſitio quid requirat? 85 eius demonſtratio 89. ſeq. eius praecepta negatiua ſunt 177. ſeq.
Ius belli & pacis penes imperantem ſummum 486
Ius ciuile vniuerſale, eius fundamenta & ſcriptores 539
Ius imperantium in ciues 562. ſqq.
Ius parentum in liberos 424. 429
Ius poenae infligendæ 564. ſqq.
Ius principis in veritatem & intellectum quale? 536
Iuſta actio differt a bona 68
Iuſtitia & perſonis & actionibus tribuitur 67. attributrix & expletrix 69. diſtributiua & commutatiua 69
Iuſto non cedit honeſtum 376

K.

Kauf gehet vor Miete: iuris naturalis non eſt 339

L.

Laedendus nemo 176. ſqq.
Laeſio iniuſta iuris defenſionis fundamentum 157. ſq.
Legum ferendarum poteſtas 482
Legis definitio 47. eius vis obligans unde oriatur? 58. promulgationis requiſita 58. vis unica legis eſt, partes duae 60. eius noſcendi facultas neceſſario homini ineſt 6. ſine poena imperfecta eſt 484. 552. leges ſunt remedia malitiae humanae 560. earum requiſita 537
Leges diuinae poſitiuae uniuerſales non dantur 72
Lex naturae utilitatem hominis intendit 74. quomodo cordibus humanis inſcripta? 92. ſqq. non eſt obſcura 362. 555

Digitized by Google

555. hominibus coërcendis non sufficit 459. cur? 551
actionem ei accommodant leges ciuiles 551
Leges sumtuariae 545
Leges circa bona ciuium 597
Lex commissoria 392
Liberorum status diuersus 427
Libertas homini naturaliter adserenda 15. 20
Libertatis naturalis status 388
Libido principiis honesti prohibetur 402
Licentia in bello 615
Litterae ad vim consensus nil conferunt 220
Locatio conductio 337
Logice cultura an ab omni homine requiratur? 202
Lotteriae 348
Ludorum genera quo iure nitantur? 347

M.

Magistratus inferioris constituendi ius 487
Maiestas non immediate a Deo 477. sq. eius partes & iura 481. potest diuidi 490
Manus humanae habilitas & praestantia 81
Maiora vota quomodo concludant? 475
Mandatum ius habet perfectum 330
Mandata iniusta principum non exsequenda 559. sq.
Mare an dominii capax? 276
Mascopeyen 344
Mater an potius ius habeat in liberos? 422
Matrimonii doctrina cur perdifficilis sit explicationis? 399
I. N. non debet esse perpetuum 411. de eo, quod appellatur mariage de conscience 417. illius ineundi I. N. nulla est necessitas 404. sanctitas I. N. incognita 406
Membrorum defensio 160
Mendacii essentia quae? 251
Metus variae distinctiones circa pacta 229. sqq. in iureiurando quid valeat? 264
Metus crescentis potentiae violentiam non excusat 150
nec est iusta belli caussa 608
Metus reuerentialis quid sit? & quid operetur? 230
Militum officia 638
Ministri status qui eligendi? 540

Ministro sceleris an damnum imputandum? 183
Mixtae actiones 29
Monetae loco quaenam adhibita sint? 322
Morbi reipublicae 496. sqq.
Mors naturalis & ciuilis soluit obligationes 359
Mors non est poena omnium grauissima 582
Mundi aeternitas refutata 105
Munus quomodo ambiendum? 634. sq.
Mutui contractus 340

N.

Nationum vitia 26. sq.
Natura non est prima omnium rerum caussa 103. Natura coeca & fatalis, praeses uniuersi non datur ibid.
Necessitatis requisita 163. sq. ius quale? 164. sq.
Notitia nostri, quid iustum sit circa eamdem? 128
Numi inuentio & pretium unde? 320. signa quem in finem adhibita 322

O.

Obligationis requisita 50. non consistit in repraesentatione argumentorum mouentium 5. capacitas 51. ius obligandi quo fundamento nitatur? 56. quaenam sit imperfecta? 216. seq. quae solubilis? 354. seq. quibus modis tollatur? 353. interna & externa 216
Occasionis requisita 37. ea nonnumquam excitanda 37
Occupatio primaeua quomodo dominium produxerit? 273 278. occupatio bellica 517
Oceanus an dominii capax? 276
Odiosum quid? & an semper strictius interpretandū? 371
Officium I. N. quid? 2. quomodo differat a virtute? ibid. & 23
Officium erga Deum contra Spinozam & Hobbesium adseritur 98. non pertinet ad I. N. 126
Officia hominis erga seipsum non ad I. N. pertinent 123
Officia erga bruta animalia non dantur 95
Officia negatiua non sunt faciliora positiuis 176

Digitized by Google

Officium honesti non cedit officio iusti 377
Officia humanitatis 201. sqq. non pertinent ad I. N. ibid.
Olla fortunae 348
Otium ciuium quomodo proscribendum? 544

P.

Pactorum acceptio varia 211. finis 213. sunt seruanda per se 214. an cum angelis fieri possint? 222. an cum atheis? ibid. non dirimuntur errore impellente 226. tolluntur dolo etiam incidente 228. quo metu soluantur 229. sq. pacti materia 233. an differant a contractu? 325. pactum de retrouendendo 336
Pacta fundamentalia proprie non sunt leges 513
Parentum officia 418. consensus I. N. ad coniugium liberorum non est necessarius 433
Patria potestas quo se extendat? 424. 428. sq. an filium oppignorare aut vendere possit? 425. 432
Patrimonium principis, principatus & reipublicae differunt 601
Patrimoniale regnum non datur 515
Pax 621. an extorta valida? 621. an iuramento firmata validior? 621
Perfidia an soluat obligationem? 358
Permissio legis quid sit? 64. permissa a lege non semper iusta & honesta 376
Permutationis exempla 305. antiquitas 334
Pignoris ius 351
Poenae requisita 565. poenarum capitalium ius demonstratum 564. in statu naturali non datur ibid. & 567. conuentionalis non datur, ibid. poenae finis 569. sq. quaenam poenae non sint subiecta? 573. mala inolita vix punienda 574. poenae quantitas unde diiudicanda? 581 modus saepe inaequatus. 583
Politicum animal homo non est a natura 450
Pollicitatio non est iuris naturae 218
Polyandria non est contra I. N. 409. sq.
Polygamia non est contra I. N. 409
Porcus resti damnatus 189

Poſſeſſio bonae fidei 298. ſqq.
Praecedentiae fundamenta 595. ſq. in gradibus ab imperante adſignatis cur pauci quieſcant? 596
Pretii natura, diviſio, fundamentum 307. ſq. 315
Pretium adfectionis non attendendum iure ſtricto 316
Pretium eminens in numo 320. ſq.
Principum ſtudia & educatio 531. vid. imperantes ſummi.
Promiſſio imperfecta non eſt iuris naturae 217
Promulgatio legis 58
Protimiſeos ius 332
Pudicitia an cum caede alterius iuſte defendatur? 160
Pueri fictionibus non ſemper decipiendi 252
Puleritudo reip. vnde diiudicanda? 494

Q.

Quantitas delicti 578. poenae 579

R.

Raritas auget pretium 313. 318
Ratio legis plerumque obſcuriſſima 369
Rationis imbecillitas in pueris iure naturae non habet certos terminos 224
Regna patrimonialia non dantur 515. nec abſoluta 511
Regularitas reipublicae vnde noſcenda? 494
Religio naturalis non ſufficit ad ſalutem 115. non in I. N. tractanda 126. hominibus coërcendis non ſufficit 461
Religio ab imperio libera 534. ſq. Chriſtiana ciuitati non aduerſatur 534. pontificia aduerſatur ſummae poteſtati 547
Repreſſaliae quid? 613
Reſeruationes mentales 283. ſq.
Respublicae, earum formae difficulter agnoſcuntur 492. morbi 496. morbida quid ſit? 501. irregulares quae? 502
Retrouenditionis pactum 337

S.

Sacerdotum officia ex I. N. 635. ſq.

Sacrorum ius penes imperantem 488
Sanctitas imperii 507
Sanctio poenalis cur legi addenda? 552
Scientiarum ad societatem humanam habitus 138
Sensuum defectus impedit cognitionem legis 6
Sermo homini non est naturalis 241. non conuentione humana conditus 244. obscure interdum fundendus 246
Seruitus non a natura intenditur 436. eius occasio 437. sq. an bene sublata? 439. ex bello oriunda an contra naturam? 443. ex natiuitate naturaliter nulla 446
Seruo fieri potest iniuria 441. pretium a I.N. nullum statuitur 444. quomodo coërcendus? ibid. sq. an in eum ius vitae & necis competat domino? 412. an alienari possit absolute 444. eius damna data quomodo reparanda? 187
Seruitutum natura & origo 282. vrbanae & rusticae obscurae 284
Sexuum inter se procliuitas 401
Siderum cultus rationi absurdus 104
Silentium est indifferens 248
Simoniae crimen I. N. incognitum 312. sq.
Scholarum cura principi suadenda 535
Socialitas homini necessaria 85
Societatis contractus 383
Somnia & actiones somniantiũ quomodo imputentur? 44
Sors in successionis controuersiis adhibita 527
Sponsiones 345
Sponsiones bellicae 629
Spontaneitas quid sit? 141
Status quid notet? 381. status hominis ad creatorem 382
Status naturalis quotuplex? 381. an eum fingere liceat? 385 eius cura & conditio 388. an status ante legem fuerit? 388. eius incommoda 392. plurima non ex statu, sed subiecti malitia profluunt. ibid. quilibet in eo praesumitur amicus parum firmus 397. indifferens est ad pacem & bellum 398
Status mutatio soluit obligationem 358
Stratagemata in bello licita 609
Successio ab intestato an detur I. N? 295. ordo eius consue

ſuetus non eſt I. N. 285. arbitraria I. N. maxime conuenit. 288
Succesſio in regnis a populo pendet 523. haereditaria in I. N. qualis? 524 linealis 526. controuerſiae de eadem quomodo decidendae 527. an a populo? 528
Summum imperium. vide imperium.
Superbiae natura 197
Syſtemata ciuitatum 502

T.

Temperamenti hominis quanta vis ſit? 22
Tempus tollit obligationes 358
Teſtamenta non ſunt iuris naturae 291. ſqq. 521. teſtamentum tacitum fingitur 285
Theſaurus inuentus cui cedat? 279
Tributorum ius 487. officium imperantium circa eadem 542. eorum menſura & cautiones 599
Tutela inculpata 144. 157
Tyrannus difficillime poteſt deſignari 500

V.

Varietas voluntatum hominis 48
Venditio 335
Veniae dandae ius 575. eius fundamenta 578
Veneno uti in bello non eſt contra I. N. 616
Veracitas & veritas differunt 249
Veritas non eſt officium 248. ſq. eius occultatio quomodo fiat? 253. quale in eam principi ius ſit? 536
Victoriae ius fictitium 617
Vilitas ciuilis pendet ab arbitrio imperantium 590
Vindicta ſemper vitioſa etiam in ſtatu libertatis 190. in ciuitate 539
Vita non eſt palmarium beneficium parentum in liberos 430
Vniuerſitatis delicta unde aeſtimanda? 582. ſeq.
Vnio regnorum federalis & incorporatiua 504

Digitized by Google

INDEX.

Voluntas hominis in tres appetitus principales abit 19. variatur diuersimode 48
Voluptates quomodo degustandae? 134
Vota maiora an iuste concludant? 475
Vsucapio 290. sq.
Vsufructuarium regnum quale? 515
Vsurarum iustitia 341
Vsus creaturarum quo iure nitatur? 270

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google